ACADEMIARVM CELEBRIVM VNIVERSI TERRARVM ORBIS LIBRI VIII.

partim recèns conscripti, partim ita locupletati, vt planè noui videantur:

AVCTORE IACOBO MIDDENDORPIO,
Theolog. Iurisp. & Academiæ Coloniensis
PROCANCELLARIO.

Præcipua capita post Præfationem indicantur.

Approquinquate indocti, & cõgregate vos in domum disciplinæ, & comparate vobis sapientiam. Eccles. vlt.



IHS

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Gosuinum Cholinum.
ANNO DOM. M.DCII.
Cum gratiâ & priuileg. Cæs. Maiest.

L.D.

8.56 E.12

Digitized by Google

ERENISSIMO

REVERENDISSIMO PRINCIPI
Domino, D. FERDINANDO, *Archiepiscopatus*
niensis, & Eccles. Leodiensis, Berchtesgadensis,
Stabulensis, Coadiutori, & Administratori, &c.
iti Palatino Rheni, Vtriusq; Bauariæ Duci, &c.
Principi suo Clementissimo IACOBVS
MIDDENDORPIVS
S. E. O.

SErenissime & Reuerẽdissime Princeps, Domine clementissime. Præstãtissimis ingenijs, excellẽtiq; natura præditi, & maximarum ar. cognitione perpoliti viri, qui Philosophiæ partem, quæ Græcis i vocatur, & constituendæ gu. ndæque Reipub. rationem do. rtractarunt, duabus præcipuè in eam consistere putauerunt. Nin, si & populus adultior, veram nem, & leges, atque virtutes, à sapientibus hominibus doceaIuuentus à teneris rectè insti., imbuaturque ijs artibus, quæ nt ipsa, & appellantur, bonę berales. Nam Plato (qui inter phos diuini cognomen acce-

 pit)

pit) talem mox vniuersam fore Rempub. aiebat, qualis ætas iuuenilis appareret; quod benè educatus adolescens diuinum quoddam animal euaderet, neglectus autem in beluam potius degeneraret. Huius auditor, Peripatheticorũ princeps, Aristoteles Stagerites, legumlatoribus, vel in primis curandum afferebat, si florẽtem, si pacatam, tranquillamq; Remp. retinere vellent, vt ista duo diligentissimè obseruarentur. Quòd plurimùm referret, à quibus viris, qua doctrina, quibus artibus, moribusque, quo institutionis genere, quibus denique temporibus, locis & modis, adolescẽtia, dum flexilis est, erudiretur. Idem Chrysippus, Isocrates, Xenophõ, Pythagoræi, M. Cicero, Fabius Quintilianus, cæterique sapientissimi, & in hac palæstra versatissimi viri, vno ore profitentur. Et orthodoxi Patres, Conciliorumq; decreta, Summorum Põtificum, Gloriosissimorum Imperatorũ, Regum, & Principum constitutiones confirmant. Si enim velimus refricare memoriam temporum, & veteres recentioresq; omnium gentium historias, atque annales intueri, reperiemus: eas

Respu-

Reſpublicas, & prouincias proſperrimè diutiſſimeq; ſemper floruiſſe, quæ & religionis, & ſapientiæ veræ curam diligentem habuerunt: contra verò quotquot iſta neglexerunt, infelices, & inglorias extitiſſe: quando tam diuino præſidio, quàm prudentibus, ſanisq; conſilijs deſtitutæ, inobedientia, rebellionibus, conſpirationibus, tumultuque populari euerſæ, tandem conciderunt. Quod ſuperiorum annorum res geſtæ, multis in locis veriſſimum eſſe declararunt. Illæ autem vrbes & prouinciæ, vbi pij, & egregij Doctores plebis, probatæq; Academiç & Scholæ pro inſtitutione puerili vigebant, in amabili, & iucunda pace, & florenti ſtatu conquieuerunt.

Quantam ruinā florentiſſimis Imperijs, & Rebuſpub. adferat Academiarum deuaſtatio, nobiliſſima quondā Græcia omnium nationū in orbe terrarum celeberrima cū maximo malo experta eſt; quæ collapſis, & ſepultis Athenis, in barbaricas tragœdias perducta interijt. Similia exempla apud Scythas, Africanos, & Indos, (vt de Europçis prouincijs taceā) recenſeri poſſent, niſi à miſeranda iſta commemo-

Digitized by Google

ratione animus abhorreret. Quocirca in libris Machabæorum de pseudoIudæis, & de Iasone recēsetur: Quòd legem Moysis, & ceremonias sacras euersuri, Gymnasiū paganorum etiam sub arce constituerint. Et historiæ Ecclesiasticæ prodiderunt: Quòd Iulianus Apostata Christianam religionem extinguere cupiens, scholas claudere præceperit, vt religionem, quæ cum sapientiâ indissolubili vinculo cohęret, sapientię studijs denudatā, facilius opprimeret. Et nostrâ memoriâ homines quidā exorti sunt, quos non puduit Academias, lupanaria, & Satanæ synagogas, Sodomas & Gomorras appellare. Quorū absurdus sermo ad hoc excogitatus videtur, vt in cōmuni hominum vita, sublato sole, caliginem, & in Ecclesia Dei atq; republica Christiana perturbationē induceret. Ea impudētia mihi occasionē prębuit, de Academiarū origine, præstantia, & necessitate cōmētandi. Sūt enim Academię & Scholæ virtutum domicilia, Musarū sedes, omnisq; pietatis, & officij alumnæ, diuinæque & humanæ sapientiæ fontes, reipublicæ autem thesauri & bases, ex quibus animorum & cor-

corporum medici, prudentiſſimi Iuriſperiti, qui pacem, & incolumitatem publicam conſeruant, & lectiſſimi magiſtratus proficiſcuntur, qui & armis & legibus decorati, inſtructique, vtroque, & pacis, & belli tempore Remp. feliciter gubernant. Inde manant ſalutiferæ fluenta doctrinæ, quæ eſt mundi theſaurus pretioſiſſimus. Hinc vniuerſus orbis ſplēdidiſſimo ſapientiæ lumine illuſtratur, & inuictis prudentiſſimis columnis, ſtipitibus, propugnatoribus, ſtabilitur, confirmatur, regitur. Quare primus humani generis parens Adamus, cùm propter violatam Dei legem ex Paradiſo delitiarum, & ſapiētiæ, exularet, ſpe futuri aliquando Meſſiæ & ſaluatoris, erectus iterum filijs ſuis peculiares leges, & vitæ præcepta tradidit. Eiuſdemq; filius Seth atque nepotes ex eo bonarum artium primi inuentores & profeſſores in mundi exordio, antè diluuium fuerunt. Ideoque à Moyſe, & ſacræ hiſtoriæ ſcriptoribus filij Dei vocantur. Poſt diluuium bifrons ille Ianus, Propheta, & noui orbis inſtaurator Noachus, totum mundum ab irato Deo, propter im-

pietatem, & scelera hominum, vniuersali diluuio extinctum vidit: ipse igitur malis eiusmodi obuiam iturus, publica gymnasia literarum in nouo orbe erexit, vbi veræ religionis præcepta, & bonarum literarum studia traderentur: ne ad antiqui orbis Giganteos mores, & impietatem recciderent. Eodem consilio Ingeuon & Sarron, vetustissimi Germanorum & Gallorum reges, vsi fuerunt, vt agrestes homines, & à prisca lanigenarum doctrina aberrantes, ad humanitatem reducturi, publica bonarum artium Gymnasia introducerēt. Græcorum sapientissimi Athenienses, Colonijs, quæ in suo Imperio additas terras mittebantur, Philosophos, & ludimagistros coniungere solebant, vt ab ijs rectè instituti, fideles & idonei ciues euaderent. Eorum potentissimus Imperator Alexander Magnus, cùm Darium Persarum regem superasset, aliquot millibus puerorum ex Persia, probatos magistros dabat, vt Græcorum legibus, moribus & institutis imbuerentur. Orbis terrarum domini Romani, earum gentium, & regnorum, quæ armis subiugarant, iuuen-

tuti

:uti optimos præceptores præficiebant, vt in Romanorum fidelitate, & legibus perdurarent. Idem Augustus Cæsar, cæteriq; laudatissimi Imperatores imitabantur. Carolus re & nomine Magnus, Ecclesiam Dei, & Christianam Remp. à barbaris populis miserabiliter perturbatam, & oppressam veram religionem instauraturus, integramque perpetuò conseruaturus, à bonis literis, Academijs, & scholis exordiũ duxit. Videbat enim religionem & sapientiam indissolubili vinculo inuicem cohærere, ideoque Galliam, & Germaniam perturbatam esse perspiciebat, quòd hæc superioribus temporibus interijssent. Nec aliter tot laboribus in Germania & Gallia constitutum Imperiũ, diu istum splendorem retenturum perspexit, nisi literis & sapientia fulciretur. Hinc tam varia de instituendis Academijs, & scholis, deque instauranda educatione puerili, optimorum Principum mandata, & sacrorum Conciliorum decreta, promulgata reperiuntur. Quæ dum, vt fit, cum tempore negligerentur, factum est, vt indoctis & agrestibus ciuibus, Resp. impleretur: hæreses excrescerent,

cerent, & ingrati homines languentem sapientiam reprehendere, Philosophiæ studia, & Academias, bibliothecasque calumniari, & inuadere auderent: & per nimiam licentiam, inscitiã, arrogãtiamq;, disciplinã scholasticã deprauarent, veramq; docendi rationem corrumperent, vt quot magistri, & scholæ, tot diuersæ institutiones in vna Rep. sæpè cernerentur. Vndè grauissima perturbatio est consecuta. Vt quod de Musica veteres aiebant; eius antiquas leges, absque mutatione legum publicarum mutari non posse, hoc ad vniuersam Philosophiam & disciplinam scholasticã magis pertineret: aperteq; constaret, hãc sine totius Reip. perturbatione non posse cõfundi. Quapropter S. Romani Imp. Ordines sub Carolo V. & Ferdinãdo I. Gloriosissimis Imperatoribus, in Comitijs Augustanis necessariũ esse perspexerũt, vt huic tãto malo remediũ aliquod adhiberetur. Idem in Concilio prouinciali sub Adolpho Archiepiscopo Coloniensi prudentissimè animaduersum est, vt in reformatione Ecclesiastica, primo loco constitueretur, bonorũ studiorum, & disciplinæ scho.

ſcholaſticæ inſtauratio. Equidē anno 1570. cùm apud gubernatorem Belgij Albanum Ducem, pro patria & pro ſtudiorum priuilegijs legatione fungerer, Epiſcopi in prouincijs Belgicis, qui me aliquid ſtudij atque laboris in iſtarum rerum perueſtigatione poſuiſſe arbitrabantur, vrgebant, vt de reſtituendis Academijs & ſcholis, repurgandaque docendi, diſcendique artes ratione & methodo in vſus publicos commentarer. Iccirco pia eorū voluntas, patriæ, & publicæ ſalutis amor, effecerunt, vt quantum illius ætatis iudicium, & vires patiebantur, duos officiorū ſcholaſticorū libros in lucē ederem. Qui cū hilariter ab ipſis accepti, in manus hominū perueniſſent, varijs doctiſſimorū, clariſſimorumq; virorum humaniſſimis literis admonitus fui, vt de bonarū literarū & artium prima origine, Academiarumq;, & ſcholarū inſtitutionibus, & progreſsionibus, quæ cōperta haberem, eâdem ratione communicarem. Quod, etſi præſertim illa ætate nimis arduum & difficile apparebat: tamen adiutore Deo tentare cœpi, vt alijs peritioribus viris elaboratius perfectiusque

que ista describēdi materiam & occasionem præberem. Inuestigare ergo cœpi, qualiter bonæ literæ & artes statim in mundi exordio, ab Adamo & illius posteritate inuentæ, & post diluuium à Noacho vnà cum Colonijs per orbem terrarum dispartitæ, in Europam nostrā peruenissent, & quādo, per quos, qua forma, & quo modo singulæ prouinciæ studijs illis delectatæ, Academias, & scholas accepissent, differui. Cumque ijs lucubrationibus occuparer, multa de alijs materijs annotaui, & in peculiares alios tractatus cœpi redigere. Quæ omnia tunc per Dei gratiam, & aliorum sapiētiorum hominum consilia perficere cupiebā, nisi à libris, & professione scholastica ad publica negotia & miseriā aulicā præmaturè abreptus, atque impeditus fuissem: donec infelici fato in prouincia Coloniensi, apud quam florem ætatis detriui, infelices hæ turbę & bellorum clades ingrauescerent. Tunc M. Tullij Ciceronis exemplum imitari placuit. Ille autem: Quærenti, inquit, mihi, multū, & diu cogitanti, quanā re possem prodesse quàm plurimis, ne quando intermitterem consulere

sulere

sulere Reip. cùm Remp. non tenere, nulla maior occurrebat, quàm si optimarum artium vias traderem meis ciuibus. Ideoque mihi explicādę philosophiæ causam attulit grauis casus Reip. cùm in armis ciuilibus, nec tueri meo more remp. nec nihil agere poterā, nec quid potius, quod me quidem dignū esset, agerem, reperiebam. Dabunt igitur veniam mei ciues, vel gratiam potius habebunt, quòd ego tunc neque me abdidi, neque deserui, nec afflixi, nec ita, me gessi quasi homini, aut tempori iratus: neq; ita porrò, aut adulatus, aut admiratus fortunam sum alterius, vt me meæ pœniteret: sed hæc studia renouare cœpi. Itaque plura breui tēpore euersa, quàm multis annis stante Rep. scripsimus. Qua in re M. Tullium admodum prudenter egisse sapientissimi viri arbitrātur. Alioqui enim ille grauius forsan bello ciuili turbata rep. Romana, ob fortunę varietatem, & æmulorum potentiam impegisset, & nos pretiosissimis illis libris, quos de philosophia tunc in otio, & vita priuata conscripsit, caruissemus: & tā reip. quàm Ciceroni optandum fuisse iudicant,

ſi otium philoſophicum ad remp. & negotia (etiam coactus) non retuliſſet. Hoc enim cùm fecit, illas contemplationes, quas magno animo conceperat, quæque humano generi magno vſui, auxilio, ſolatioque eſſe potuiſſent, publicis negotijs impeditus abſoluere nequiuit, ipſe verò roſtra, in quibus ante floruerat, non cruentaſſet. Idē multos Philoſophos, & ſanctos Patres, ſi tempora ſic poſtularent, imitatos comperio, mihique turbatâ patriâ Colonienſi, minimè aſpernandum iudicaui. & per iſtam occaſionē, à grauioribus publicis occupationibus liberior, iam ante à me editos libros recognoui, & locupletaui. Nam creſcentibus annis, cōfirmatoq; aſsidua lectione & longo vſu iudicio, multa expoliri & excreſcere ſolent. Siquidem δεύτεραι φροντίδες, id eſt, vt prouerbio dicitur, ſapientiores eſſe ſolēt: reliqua, quæ ante nō potueram, nunc ad elaborādum in manibus habeo. Ab Academiarum verò libris exorſus, in præſentē formā eos redegi, vt in octo libros diſtinguere debuerim.

Quos S. T. potiſſimum dedicandos putaui. Cuius Maiores, ſanguine & affini-

affinitate coniuncti, Imperatores, Reges, & principes multarum celeberrimarum Academiarum, & insignium scholarum atque gymnasiorum fundatores, instauratores, & conseruatores, bonarumque literarum, & doctorum hominum benignissimi patroni extiterunt: quod in diuersarum prouinciarū Academijs pluribus verbis & exemplis declaraui. Serenissimus verò princeps Albertus, S. T. auus paternus (qui catholici Ducis cognomen accepit) nō solùm Ingolstadiensem Academiam & collegium Monacense in hūc splendorem adduxit: sed etiam per suum oratorem in S. Concilio Tridentino hac de re pulchram orationē habuit. Et Serenissimi Principes moderni S. T. optimi & suauissimi pater & frater, à sapientiæ cultura, & Gymnasiorum, atque scholarum amplificatione, magnam sibi apud omnes laudem pepererunt. Prętereà ex S. T. singulari ingenio, iudicijque acumine, egregijsque in bonis literis progressionibus, hæroicaq; erga sapientiæ studia, & earum professores atque alumnos voluntate, quæ in hâc ætate satis elucent, omnes boni

ſi otium philoſophicum ad remp. & negotia (etiam coactus) non retuliſſet. Hoc enim cùm fecit, illas contemplationes, quas magno animo conceperat, quæque humano generi magno vſui, auxilio, ſolatioque eſſe potuiſſent, publicis negotijs impeditus abſoluere nequiuit, ipſe verò roſtra, in quibus ante floruerat, non cruentaſſet. Idẽ multos Philoſophos, & ſanctos Patres, ſi tempora ſic poſtularent, imitatos comperio, mihique turbatâ patriâ Colonienſi, minimè aſpernandum iudicaui. & per iſtam occaſionẽ, à grauioribus publicis occupationibus liberior, iam ante à me editos libros recognoui, & locupletaui. Nam creſcentibus annis, cõfirmatoq; aſsidua lectione & longo vſu iudicio, multa expoliri & excreſcere ſolent. Siquidem δεύτεραι φροντίδες, id eſt, vt prouerbio dicitur, ſapientiores eſſe ſolẽt: reliqua, quæ ante nõ potueram, nunc ad elaborãdum in manibus habeo. Ab Academiarum verò libris exorſus, in præſentẽ formã eos redegi, vt in octo libros diſtinguere debuerim.

Quos S. T. potiſſimum dedicandos putaui. Cuius Maiores, ſanguine & affini-

affinitate coniuncti, Imperatores, Reges, & principes multarum celeberrimarum Academiarum, & insignium scholarum atque gymnasiorum fundatores, instauratores, & conseruatores, bonarumque literarum, & doctorum hominum benignissimi patroni extiterunt: quod in diuersarum prouinciarũ Academijs pluribus verbis & exemplis declaraui. Serenissimus verò princeps Albertus, S. T. auus paternus (qui catholici Ducis cognomen accepit) nõ solùm Ingolstadiensem Academiam & collegium Monacense in hũc splendorem adduxit: sed etiam per suum oratorem in S. Concilio Tridentino hac de re pulchram orationẽ habuit. Et Serenissimi Principes moderni S. T. optimi & suauissimi pater & frater, à sapientiæ cultura, & Gymnasiorum, atque scholarum amplificatione, magnam sibi apud omnes laudem pepererunt. Prętereà ex S. T. singulari ingenio, iudicijque acumine, egregijsque in bonis literis progresionibus, hæroicaq; erga sapientiæ studia, & earum professores atque alumnos voluntate, quæ in hâc ætate satis elucent, omnes boni

ni ſpem conceperunt, quòd creſcentibus annis, & viribus, Maiorum ſuorum gloriam in his ſit obſcuratura. Ad hęc S.T. Nobiliſſimi Archiepiſcopatus Colonienſis Coadiutor & Adminiſtrator, Almæque Vniuerſitatis Cancellarius eſt, & me nuper abſentem, Procancellarium ſuum declarauit. Quare de liberalium artium, & linguarum inuentoribus, atque patronis, deque Academiarum, & ſcholarum fundatoribus & amplificatoribus ſcripturus, nemini alteri, quàm S. T. hoc opus dedicare debui. Quod eo candore, quo à me profectum eſt, S.T. accepturam confido. Idem magnis laboribus hucuſque productum, doctorum hominũ expectationi. & S.T. Genio, aliqua ſaltem ex parte ſatisfacturũ ſpero. Quod ſi fuero cõſecutus, ad reliqua perficienda calcaria mihi addita opinabor. Coloniæ Agrippinæ ex Decanatu S. Andreæ 12. Calẽd. April. Anno M.DCII.



LIBRI

LIBRI I. PRAECIPVA
CAPITA.

Liber

Liber VII.

Academias Hispaniæ refert.

Liber VIII.

Academias Angliæ & Scotiæ commemorat.

VRBANVS VII. PONTIFEX MAX. (TVNC CARD. S. MARCELLI) admodum Reuerendo, & Doctissimo, amico charissimo, Iacobo Middendorpio Canonico Coloniensi, & Archiepiscopi Consiliario.

QVòd mihi de Cardinalatus dignitate amantissimis literis Præstantia tua gratulatur: ex eo satis apertè intellexi, te, quanquàm nullis à me prouocatum officijs, nihil omnino remisisse de singulari illa tua, quam Coloniæ expertus fui, beneuolentia: quam cùm plurimi semper fecerim, re ipsa gratiam referre potius, quàm verbis cupio. Quæ verò virtutum in me esse prędicas ornamenta, ea magis humanitatem tuam, quàm meā laudem aliquam declarant. Veruntamen vnū abs te omissum, laude quidem dignum in me esse non infitior. Quòd pios, ac virtute, doctrinaq; præditos viros, magno semper honore sim prosecutus. Cùm verò inter eos

tua tibi virtus & egregia doctrina locum tribuerit; non est quòd dubites, me semper in tui cõmodum atq; vtilitatem, vbicunq; dabit occasio, propensum futurũ. Vti ergo libere poterit, quantula in me erit auctoritate.

VRBANVS VII. PONTIFEX MAXIMVS (tunc Cardinalis S. Marcelli) admodum Reuerendo & doctissimo, amico charissimo, Iacobo Middendorpio, Vniuersitatis Colon. Rectori.

HAnc oportunitatem nactus, nolui prætermittere, pro mea erga R. V. beneuolentia, quin eam ex animo salutarem: simulque hisce literis significarem; Me probitatis, doctrinæ, studijq; eius pro Catholica religione tuenda memoriam amanter retinere: gratamque mihi futuram quamcunque occasionem illam amplificandi. Cæterùm R. V. non latet, vnam causam iniuriarum coram Rectore pendere indecisam: equidem valde oportunum expediensque existimo, vt huiusmodi negotium componatur potius, quàm diutius in iudicio agitetur. In eo si operam, dexteritatem, ac ingenij tui acumen intenderis:

ris: facies quidem rem tua probitate, prudentiaque dignam, & mihi gratam.

STANISLAVS HOSIVS CARD. VARmiensis Doctiss.mo viro Iacobo Middendorpio.

QVod serius tibi respondemus, nostra ab vrbe absentia, tabellarijque tui discessus, in causa fuerunt. fuit nobis iucunda tuarum literarum lectio. In Academijs colligendis egregiam operã nauasti Ecclesiæ Christianæ. Perge sic laborare in vinea Domini. Nos verò de te augendo ornandoque cum Illustrissimo Domino protectore Germaniæ, & si opus fuerit, cum ipso etiam Pontifice per omnem occasionem agemus.

GVVILIELMVS LINDANVS EPISCOpus Ruremundensis Iacobo Middendorpio, amico charissimo S.

MActe virtute mi Middendorpi, strenuus perge, auitam & Apostolicã fulcire & propugnare doctrinam. Vtinam & alijs Professoribus, ad vnum omnibus, ista esset mens, ista docendi ratio probata, vt huc omnia ipsorum collimarent studia, omnes

çuræ incumberẽt:profectò breui nobis aureum seculum polliceri auderẽ. Laudo pręclaram abs te operam huic argumento hisce temporibus aptissimo, de scholis datam.

AEGIDIVS DE MONTE, EPISCOpus Dauentriensis, eximio admodum, & vndequaque doctissimo, D. Iacobo Middendorpio S.

EXimie admodum & Doctissime Domine & amice, Accepi vestras postremas literas cum gratissimo munere, nempe, vestra Academia, à vobis summo studio, incredibili labore, & vigilijs in lucem edita. Magno, vt spero, cum studiosorum profectu, religionisque totius Catholicæ vtilitate & bono. Dominus Deus suppeditet facultates & vires, vt in tam pijs & sanctis conatibus pergas quo cœpisti pede. Reportaturus insignem sanctornm laborum coronam.

VIGLIVS ZVICHEMVS, PRAESES Regius, Doctissimo ornatissimoq; viro Iacobo Middendorpio S.

AGo, Doctissime Middendorpi, magnas gratias, pro transmissis Aca.

Academiarum tuarum libris: qui vehementer placuerunt & mihi, & amicis eruditioribus, quibus communicaui. Ego quod iam remitterem nō habui, quàm me ipsum. Amici, qui te ni his prouincijs Episcopum videre cupiebant, gratulantur vobis, qui istic securè, ceu in portu iam nos in hac reip. tempestate fluctuantes conspicitis. Quod vt vobis perpetuum sit; vtque idem nobis aliquando pristinam tranquillitatem restituat, Deum obnixè precamur.

ONVPHRIVS PANVINIVS HISTORICVS Romanus, ad quendam amicum.

IAcobum Middendorpium, virum doctissimum hortare, vt susceptū de Academijs opus absoluat: nam Catholica religio ex sacrorum conciliorum & Academiarum Consensu ac antiquitate multum confirmatur. Et viri docti peritum aliquem huius argumenti scriptorem diu desiderauerunt. Middendorpij dictio & studiū probantur.

GERARDVS MATHISIVS GELdriensis, *Candido Lectori.*

HVc ades, historiam variarum noscere rerum
Qui cupis, hanc præsens te docet iste liber.
Te docet inprimis Academica quæ sit origo,
Quæ vis, quæ ratio qualibet, ecce tibi:
Multaq́; præterea quoniam gratissima lectu
Continet, assidua volue, reuolue manu.

THOMAS HATCHERVS *Cantabrig. Anglus, Iacobo Middendorpio.*

MAgna est virtutis vis, multum valet, etiam disiunctissimis in locis, ingenuarum artium communitas & coniunctio. Equidem illa studio & amore tui iamdudum mirificè sum incensus, etsi te nunquam viderim. Quia enim in librum fortè tuum de celebrioribus vniuersi terrarum orbis Academijs incidi, & rerum præstantissimarum lectissimis verbis grauissimisque sententijs tractationem expendi, Reipublicæ Christianæ gratulatus sum, ei artificem tam peritum & defensorem tam eximium contigisse. Neq; verò quicquam à te cogitari vnquam potuisse crediderim, vel ad ingenij præclaras istas dotes, longè lateque

lateque diffundendas, vel ad virtutem tuam prædicandã commodius, quàm in Academiarum eruenda antiquitate, & dignitate illustranda, operam & studium posuisse. Tu interim mi Middendorpi perge, vt cœpisti, Academias totius orbis celebratissimas facere, orbis vt te totus cognitum artificem celebret, Academiæ vt suspiciant, ingenuarum artium præstãtissimi quique cultores omnibus vt humanitatis officijs, de officijs scholasticis scriptorem tam eximium prosequantur.

IOANNES COPVS OXONIEN. ANglus Iacobo Middendorpio.

Singularem illam præstantissimi ingenij tui indolem, & egregiam maximarum artium doctrinam, quæ ex scriptis tuis apparet, doctissimi in locis viri, terra à te marique disiuncti, summo amore & beneuolentia prosequuntur: mihique authores fuerunt, vt te per hanc occasionem, ad ex ædificationem exoptatissimi de Academijs operis diligentissimè adhortarer. Id enim Deo gratum, tibi gloriosum, & Christianæ Reipublicæ vtilissimum

ſimum fore arbitrantur. Præſertim cùm te in Theologia, & Iuriſprudentia, & Philoſophia, atque hiſtorijs, mirificè verſatum intelligant. Vt tantum ſtudij & eloquentiæ allaturus eſſe videaris, quantum cauſæ magnitudo poſtulat.

IOANNES CAIVS LIB. I. DE ANTIQ. Catabrigen. Academia.

IAcobus etiam Middendorpius, celebris Academiarum ſcriptor, Cantabrigienſem Oxonienſi antiquiorē dicit.

REINERVS REINECCIVS, IN METHODO legendi cognoſcendiq; hiſtorias.

SEd hîc iam expoſitio noſtra deſinat. Extat enim Iacobi Middendorpij de Academijs ſcriptum, ſanè eruditum & luculentum.

BERNARDVS CRONENBVRGIVS, PRAEſtantiſſimo viro D. Iacobo Middendorpio S. P. D.

HAud equidem facilè dixerim, neque tu promptè credideris, quantopere nouo facundoque ingenij tui fructu, de Academijs inſcripto, ſim

ſim delectatus, Doctiſſime Domine Middendorpi, amanter vtraque, vt aiunt, manu ſuſcipiens, intermiſſis alijs ſtudijs per occaſionem à cathenatis occupationibꝰ meis pauliſper nūc feriatus, vix credas, quàm auidè, quàm diligenter, ac conſtanter vniuerſum illū deuorauerim. Deum immortalem, quanta arcana tu eruis, quàm varia ex vetuſtiſſimis cùm Hebræorum, Græcorum, tum Latinorum promptuarijs, paucis audita, nedum cognita, dilucidiſsimè proponis. Quapropter minimè dubito, quin certatim omnes Academiæ te, ceu Patronū ſuum, colēt, ac venerabuntur, qui eas ipſas, tametſi per ſe celebres, calamo tuo celebriores, perenneſque efficere, & volueris, & potueris. Macte igitur virtute mi Iacobe, & quod feliciter diuino auſpicio cœpiſti, eodem feliciſsimè abſoluere perge. Nec eſt cur vllius vllam, ſiue obloquutionē, ſiue inuidiā metuas, qui tot tantoſque Proceres, tot Mecœnates, tot Muſas, tot linguas, non modò propitias, verùm perpetuo inſuper teſtimonio, tibi auctori optimo, obæratas, obſideſque poſſideas.

D. GVAL.

D. GVALTERI XYLANDRI, Leuthensis, liberalium artium & Sacrę Theologiæ Professoris publici, & Gymnasij Montani Colon. Regentis, ad clarissimum virum, D. Iacobum Middendorpium de librorum, quos de Academijs conscripsit recognitione, Carmen.

Te Middendorpi dulces ante omnia Musæ,
Quarum sacra nouas magno perculsus amore,
Accipiant, canosq; tuos, ac tempora firment.
Impietas, duri proles certissima Ditis,
Infelix monstrum, dum regno multa nefando
Permetuit, stygijs dirum caput extulit vndis.
Ore, oculisq; ignes, & vastis natibus efflans,
Sacratam Musis conturbat vbiq; iuuentam,
Terrificatq; viros, & inania murmura miscet.
Tu verò, assuetus Musas arcere periclis,
Ingentem magnis incuruas viribus arcum,
Et procul aduersum petis imperterritus hostem.
Exornas cathedras, veterum decora alta Scholarum
Instauras, retegisq; manus, & dona parentum:
Insontem reuocas pubem, foribusq; reclusis
Instruis, & docilem media in penetralia ducis.
Perge agè, dum superes, loca relligiosa reclude
Musarum, studijsq; cauens cæcam obrue pestem.
Ire per ingentem permitte volumina mundum,
Quæ facis, & prudens supremis consule rebus:
Perq; manus iuuenum, perq; ora excurre virorum;
Excipient lætis te plausibus vndique docti,
Viuendoq; scholis, vinces tua fata superstes.

Epigram-

Epigramma eiusdem in Zoilum.

Iliadem potis es non vana carpere lingua,
Zoile: sic multis hoc opus exagitas.
Materiam tibi do, non cessa Zoile: carpe
Omnia, non fallax spes tibi suggeritur.

Idem inuersum in eundem.

Exagitas opus hoc multis: sic Zoile linguâ
Carpere vanâ non es potis Iliadem.
Suggeritur tibi spes fallax, non omnia carpe,
Zoile cessa, non do tibi materiam.

REVERENDO ET DOCTISSImo viro, ac Domino, Iacobo Middendorpio, Philos. Iurisconsulto, & Theolog. clarissimo, Colonien. Canonico presbytero, & Academiæ Procancellario, & Magnorum Principum Consiliario, &c. Decano suo ad S. Andream, Arnoldus Suuaeluius Harderuicænus, S. Theolog. L.

SIt felix faustumq; precor quod suscipis, omnes
Conatus Christus promoueatq; tuos.
Inceptos peragas alios cum laude labores
Opto, nec accepta dimoueare via.
Perge iuuare sacras Musas sanctamq; Sionem
Fructiferis scriptis, vtilibusq; libris.
Doctor & ingenuas studijs florentibus artes
Defendas, spreta, quæ sine honore iacent.
Legum sis tutor, cultor fidissimus æqui,
Legibus insontes ac tueare viros.

Vrbi-

Vrbibus vt crescat magnis concordia rebus,
Qua nihil hac mundi machina maius habet.
Leges commendant diuina poemata vatum
Condita, & æthereo numine scripta colunt.
Sunt etenim leges vrbani vincula cætus,
Absq; quibus tutò viuere nemo potest.
Defendi possunt sine turribus oppida multa,
Nulla regi certa sed sine lege queunt.
His magni proceres audent submittere colla,
Has pia sceptra colunt, has simul astra colunt.
Has pelagus metuit, tellusq; tremiscit & orcus,
His sine relligio nulla vigere potest.
His spretis antiqua fides, pietasq; recedunt,
His spretis nullus tutus in orbe locus.
Has tua commendent post hac clarissima scripta
Doctrinæ exornent has documenta tua.
Hinc te Munificus Deus hanc produxit in auram.
Hinc dotes animi & corporis ecce tibi.
Hinc tibi reclusit Latiæ sacraria linguæ,
Et Sophiæ è viuo pocula fonte tulit.
Hinc etiam teneris temet nutriuit ab annis,
Et gemini titulum iuris habere dedit.
Ergo perge tua quò te vocat indole virtus,
Perge, nec à cœpta dimoueare via.
Sic te Magnificis extollent laudibus omnes:
Immensumq; tuum nomen ad astra ferent.
Æternamq; tuam famam virtutibus addent,
Admittet nunquam quam pia Musa mori.
Sed satis est, summo te nunc committo Parenti,
Qui studijs adsit nocte dieq; tuis.

CAR-

CARMEN IN OPERIS. ET AVctoris commendationem ab eodem conſcriptum ad Candidum Lectorem.

CVltor es Aonij, lector Chariſsime, fontis,
Et placet egregijs inuigilare libris?
Doctor Iacob⁹ quos MIDDENDORPIVS *auctor*
Edidit, aſsidua volue, reuolue manu.
Ordine nam facili primordia vera Scholarum
Monſtrat, quas orbis noſter vbiq; colit.
Quas Siculus, Gallus, Germanus, quas & Iberus,
Italus, in pretio Scotus, & Anglus habent.
Quas in eis artes priſci docuêre parentes,
Exponit ſimili dexteritate tibi.
Quanam magnificus Rector ratione creetur,
Atq; Magiſtratus relliquis inde mouet.
Quas teneatq; Scholas multis Academia in oris
Europæi orbis non ſine laude docet.
Omnibus his leges varias moresq; probatos
Adijcit, vt ſtudijs ſeruiat ille tuis,
Splendida quos virtus, doctaq; ſcientia mentis
Extulit, Heroas hoc & honore colit.
Quos quoque tu ſummo Diuina Colonia iure
Laudas, æternum nomen habere facit.
Fontibus vt capias è ſacris ſiue profanis
Id quod te doctum reddere rite queat:
Bibliotheca datur, quam miris extulit olim
Inclyta Roma modis Pontificesq; ſacri:
Inſtruat vt mentem variarum pondere rerum,
Abſq; quibus docti nomen habere nequis.
Plurima ab hiſtoricis ſynceris addita paſsim
Offert ecce oculis conſpicienda tuis;

Deniq;

Deniq; multa Sophon insignia dicta recenset,
Queis studijs lassum te recreare queas.
Hac, inquam, vigili contexta labore legenda
Proponit summa sedulitate tibi.
Hac IACOBVS *habet scriptor celeberrimus. ergo*
Syncera euoluas Lector amice manu.
Hic sacra Musarum summo veneratus amore,
Nil sine laude dedit, nil sine fruge dedit.
Clarus ob Ingenij totum monumenta per orbem,
Existit generis prima corona sui.
Clarus & ob donum facunda nobile lingua
Gloria Agrippina est lausq; decusq; Schola.
Clarus ob historia studium Iurisq; sacrati
Est gratus Doctis Principibusq; viris.
Cur etiam semper vasto splendescet in orbe,
Nomen ab aterna posteritate ferens.
Illius ergo tibi sint acceptissima scripta,
Commoda qua studijs multa datura tuis:
Inuenies certè quod te legisse iuuabit,
Mellifluus non te terreat iste labor.



ACA

ACADEMIARVM CELEBRIVM VNIVERSI TERRARVM ORBIS, LIBER I.

qui ad rem literariam vtilißima quædam προλεγόμενα complectitur.

DE NOMINE ACADEMIAE atq; Vniuersitatis, & quæ demum vera sit Vniuersitas.

CAPVT I.



Vanquam primo apud Græcos tam illi qui ad summam animi virtutem excreuerát, quàm qui in diuinarum humanarumq; rerum contemplatione studium ponebant, vno nomine σοφοὶ dicebantur, eodemque docendi loco, & vna tradendi ratione, vt videtur, contenti fuêre: tamẽ cùm posteriores eorum philosophi plus sapere quàm illi priores vellent, acerrimeque inuicem propterea dissidentes, contraria sæpè iisdẽ de rebus affirmarent, singuli etiam peculiarem sectam, & proprium nomen vsurpare cœperunt. Vt alij à ciuitatibus Elienses, Megarenses, Cyrenaici dicerentur; quidam à locis Academici, Stoici: ab euentu nonnulli vt Peripatetici: nonnulli ab ignominia, vt Cynici: alij à præceptoribus, vt Socratici, Epicurei: reliqui à factu, vt qui se φιλαλήθεις, ἐλεγκτικούς, ἀναλογητικούς

vocabant. Ecademia verò locus fuit extra vrbem nemorosus,in quo scholam Ecademus instituerat. Vnde Horatius:

Scilicet vt possem curuo dinoscere rectum,
Atq; inter syluas Ecademi quærere verum.

Tandem per vnius literæ mutationem Academia appellari cœpit,ter mille drachmis emptus Agellus. Ex qua vt omnes ferè præstantissimi Oratores,optimi Philosophi,& celeberrimi Poetæ prodierunt:sic eius nomen apud gratam posteritatem præ cæteris in vsu permãsit. Et si Peripateticorũ, qui Lycæo, quod alterum gymnasium erat, philosophabantur, doctrina, nunc sola adeò in scholis nostris propter multas commoditates retinetur. Fortè quòd Maiores nostri prudentissimi viri horum quidem rem,illorum verò nomen retinentes, vtrisque gratificari & satisfacere voluerunt. Recentiorum quidam scholas publicas,quòd auctoritate publica, siue, quod idem ferè est, publicè instituũtur,quidam Vniuersitates appellare malunt.Non tam quòd omnes liberales artes in eis doceantur (multæ enim ad certarum tantùm disciplinarum professionẽ eriguntur) sed quia professoribus & studiosis literarum collegium atq; vniuersitatẽ habere licet,quod alioqui iure prohibitũ est:&quia liberalia studia hic vniuersis publicè docenda discendaq; proponuntur. Insignes autẽ & celebres Vniuersitates vocantur,vbi primarij Doctores cum magno numero auditorum legunt.Post RebuffumMan-

dosius

dosius ad signaturam Gratiæ, titulo de licentia Doctorandi. Syri verò & Babylonij à cõcertatione, quæ veritatis indagandæ gratia instituitur, Cuniechiam appellare solebant. Verùm sicut Athenis olim Sophocles legẽ tulit, vt neq; scholæ erigerentur, neq; philosophorum quisquam præesset absque decreto Senatus: ita nos eam demum veram Vniuersitatem fatemur, quam summi Pontifices, Imperatores, Principesq; certis priuilegijs confirmârunt. Ne ad seminanda potius vitia, quàm propagandas virtutes, & ad euertendam Ecclesiam magis, quàm conseruãdam veram religionem à quibusdam priuata authoritate instituantur. Quare Iurisc̃osulti Doctorem creare (quod in veris solum Vniuersitatibus permittitur) Põtificis, aut Imperatoris, Principisque esse affirmãt, quod vel ipsos, vel ipsorum authoritate id fiat.

Et Azo, lucerna Iuris, eligendos, scholæque præficiẽdos docet, auctoritate publica, cum decreti interpositione. D. Augustus decreuit, vt nemo de Iure responderet, nisi Principis auctoritas accederet. Gymnasiorum præfecti apud AEgyptios, & Indos, sacerdotes erãt, & è publico honestè alebantur, & ab omnibus oneribus immunes auctoritate Regia pręficiebantur. Petrus Anchoranus ad capit. cùm de diuersis de priuilegijs lib. 6. Hinc ait colligitur, quantumcunque locus sit insignis, tamen ibi studentes non habent priuilegia studij, nisi sit ibi studium approbatum de iure, vel ex priuilegio, vel ex antiqua consuetudine illi hoc

Quæ sit vera Vniuersitas.

Gloss. clement. Dudum, de sepult. c. 2. de priuileg. in 6. Bartol. proœ. D. Pet. Tholos. lib. 8. Mandos. Iur. reg. 13. q. 7. & reg. 16. q. 20. Cõcil. Trid. sess. 5. c. 1. Azo c. de prof. ff. li. 12. § primus D. Augustus D. de Ori. Iur. & ibi Zasius atque DD. Vide etiã hic infra de scholasticis honoribus cap. 13.

competat. Et Clement. Dudum de sepulturis. Loca verò, quibus iura docētur, debent esse insignia, §. hæc autem tria, proe. ff & talia, quibus hoc competat ex priuilegio speciali, vel de iure communi, vel de antiqua consuetudine, cuius contrarij memoria non existit: hāc enim æquiparamus priuilegio. Sunt autem quædam studia generalia actu, & priuilegiata; quædam generalia, sed non priuilegiata; quædam priuilegiata, sed non generalia actu; quædam particularia, sed non priuilegiata. Quę autem dicantur studia generalia, Paul. dicit, quod hoc relinquatur arbitrio Iudicis, vt ille videat, si generaliter ibi sacra pagina, Iura, & artes docentur: vt notat Hostien. de Cleric. non residét. cap. tuæ. Licétia docendi cùm respiciat omnes, oportet vt cōcedatur ab eo, vel eius authoritate, qui est Iudex omnium, vt est princeps.

Sequitur eandem sententiam de studio Generali Mar. Socinus. cap. Quanto, extra de magistris. Et Paulus Citadinus de Iure part. 1. per Alexand. consl. 74. Ius videlicet habēdi studium generale acquiri Iure, vel priuilegio, vel antiquissima consuetudine. Publicè autem profiteri absque petita & obtenta licentia nemo debet. Mar. Socinus & DD. extra de Magist.

Ea verò licentia nemini facilè denegāda est, nisi fortè tot essent Doctores, vt inuicem impedirent, & viris idoneis gratis concedēda. Soci. & alij eodem loco. Cumque Parisiensis Cancellarius à singulis marcam argenti pro docēdi licentia exigeret, Alexander III. Pontifex Max.

eam

eam decretalem cõtra iſtum abuſum promulgauit, quæ cap. Quanto, extra de magiſtris, & ne quid exigatur pro licentia docẽdi, recitatur. Ad quem pertineat inſtitutio Doctorum, quiſue licentiam docendi largiatur, & ſalaria Doctoribus curare debeat, quibuſque virtutibus prędıtos Doctores eſſe oporteat copiosè ſatis Socinus d. loco, & Anchora. Clement. 1. de magiſtris pertractàrunt, & nos olim data opera in libris officiorum ſcholaſticorum declarauimus.

Petrus Gregorius Tholoſanus lib. 18. de repub, c. 1. & 5. & 6. Vniuerſalium ſtudiorum & academiarum fundationem, & priuilegiorum conceſsionem à ſolo principe dependere probat, & ex Theodoſ. & Valent. conſtitutione de ſtudijs lib. vrb. Ro. lib. 11. affirmat, illis vrbibus quibus Scholæ permiſſæ ſunt publico non priuato loco ſiue auditorio docendum eſſe. Ipſa enim Dei ſapientia Chriſtus Ieſus de ſua doctrina, & de diſcipulis interrogatus reſpondit Magiſtratui: Ego palam locutus ſum mundo, & ſemper docui in ſynagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil. Ioan. 18.

Illos verò, inquit, qui intra priuatorum domos eadem ſtudia exercere conſueuerunt, minimè prohiberi: dummodò liberalia, & honeſta, permiſſaque ſtudia exerceant. Apud Perſas ſcholã publicam literarũ & morum, ἐλευθέραν ἀγοράν, forum publicum vocabát, Xenophon. lib. 1. Cyroped.

Antonius Posseuinus lib. 1. bibliothecæ selectæ.c.6.7.8.multa de Scholis, de Academijs, deque seminarijs diuersi generis, atq; collegijs instaurandis eruditè disseruit. Carolumq; Magnum Ecclesijs à se fundatis, & extructis templis, scholas ilicò adiunxisse ait, quib. sacerdotes, tanquam à secularibus & externis rebus liberiores præfecerit. Plurimumque interesse affirmat, ludi literarij Magistros, & bonarum artium atque disciplinarum professores, à vita & doctrina per spiritualem magistratum accuratissimè examinari, cùm iuuentus cerea & flexilis sit, atque totius reip. seminarium: rationẽq; que optimam studiorum, leges, & ordinẽ præscribi, quæ reipublicæ literariæ speciem eo meliorem efficiant, quo rectius instituuntur ea, & obseruantur. Optimamq; instituendi & restaurãdi ideam Academias, in Salmanticensi describenda, indicare conatus est, quæ infra in descriptione Academiarũ Hispaniæ recitabitur.

Id hoc loco prætereundum non est, quod Maiores nostri suas Academias publicatur, vel exorsuri, memorabilem aliquem diem, & notabiles solemnitates adhibere solebant: vt res tam sancta, maiorem auctoritatem, & reuerentiam haberet, & memoria tenacius hæreret. Sicut in Colonien. Basiliensi, Bononiensi, Parisiensi & alijs quibusdã annotabitur. Reliqui ludi literarij oppidani, siue inferiores, particularesq; aut triuiales scholæ, pædagogia, siue intermedia quædam gymnasia, passim pro educatione iuuentutis eriguntur.

QVI-

QVIBVS IN LOCIS INSTITVENDAE *sint Vniuersitates.*

CAPVT II.

QVoniam diuinarum & humanarum legum scientiam in maioribus tantū ciuitatib. docere permissum est: §. hęc autem tria, procę. ff. ca. Episcopi di. 80. gloss. c. statutum, de rescript. in 6. iccirco Vniuersitates quoque in celebribus vrbibus instituendæ sunt. Sicut olim Iurisprudentia Romæ, Constantinopoli, & Beryti tantùm tradebatur. Metuebant enim veteres, ne sacrosanctæ leges obscurioribus in locis, propter doctorum virorum penuriam, lucri causa, ab indoctioribus corrūperentur. Bartolus tractatu represal. 9. 6. Leges, inquit, de iure non leguntur nisi in ciuitatibus priuilegiatis, aliæ scientiæ docentur vbique: sed consuetudine leges etiam alibi docentur. Nam hodie vbiq; tot sunt docti, vt cesset causa prohibitionis. Quemadmodum Xenophon libro 1. de institutione Cyri, Imperatori diligenter curādum scribit, vt castra in loco salubri collocet: Sic & ciuitatis & loci salubris & opportuni ratio, in instituendis Vniuersitatibus habēda est. Quod poetæ mihi perspexisse videntur, qui Musas in Helicone & Parnasso amœnissimis tutissimisque montibus habitare finxerunt.

Azo & DD. C. de stud. Bar. proe. D.

Et M. Cicero acutiores scribit esse Atticos, quia Athenis tenue cœlum erat, pingues verò & stupidiores Thebanos, quòd Thebis crassum.

De fato & lib. 2. de natura deorum.

Polit. l.3. Apollonius quoq; testatur, Indos acutiores existere Aethiopibus, quia in aëre puriore versentur. Sicut Asiatici Australes non modò rerum naturalium arcana, & arduas res hominibus reuelârunt, sed pernicibus alis, purgata mente, vel in cœlum feruntur, & optimarum artium clarissimos inuentores producunt. Septentrionales verò, propter loci frigiditatem & crassitudinem, viribus quàm ingenio & sapiētia præstant. Græcos etiam cæteris hominibus ad percipiendas disciplinas aptiores existere, scribit Rhodoginus, propter loci naturā. Ac ab aëre excitari ingenia fatetur Hipocrates. Tantum inter locorum naturas interest, & ab eruditis viris, atque studiosa iuuentute diligenter obseruantur. Strabo probat, Neapoli celeberrimam Vniuersitatem fuisse, ob salubritatem oportunitatemq; loci. Tharsensem quoque Academiam propter Cydni saluberrimā aquam, locique commoditates Alexandrinam & Atheniensem literarum gloria superasse ait. Quanquam veteres quidam scriptum reliquerunt, Academiam locum fuisse insalubrē, quē iccirco Plato elegerit, vt tanquā vitis quædam corporis superfluam fertilitatem exscinderet, discipuli verò nullam aliam sentirent voluptatem, nisi earum rerum quas discerent. Vnde & Nazianzenus varias causas reddit, quare Eudoxius philosophiæ operam dare debeat, inter cæteras quoque affert morbos ipsius & corporis infirmitates, quòd hæ non parum Platonis iudicio ad philosophiam conferrent.

Aristot. li. 7. c. 7. politicor. *Rhod. li. 3. c. 13. & l. 16. c. 18.* *Lib. 5. geographiæ.* *Libro 14.* *Aelianus li. 9. c. 10.* *Hier. li. 2. contra Iouinianum,* *Basilius sermone ad adolescentes. Inter epistolas Basilij est 117.*

Non

ó quod insalubritatem sectatus fuerit Plato, d vt nimiam corporis salacitatem vigoremue prescinderet,&subtilibus illis acutisq; Atcis ingenijs tanquam compedes inijceret,& ex asiore aëre temperaret. Nimis verò amœnus ernusque locus studiosos ad talia ferè inuitat, uæ literarum studijs repugnant. Nemora, sylas, præterlabentia flumina, inspirantes ramis rborum auras, auiumque cātus delectare quiem ait Fabius, sed ab intentione & studijs aniıum auocare. Videndum præterea est, tali vt oco Academiæ erigantur, vbi suppetat alimēorum, hospitiorum, ac quæ ad otium literariū equiruntur & copia, & vtilitas, vbertasq;: vbi uàm optimi, quàm honestisimi, recteq; moati ciues sint, paucisimi lenones, meretrices, ilites & scurræ. Nec illis in vrbibus erigātur, uæ solent crebris bellis molestari, aut seditioibus frangi, atque labefactari peste & morbis: ed vbi facile conuenire, & commodè degere, : necessarias res minore pretio studiosi comarare posint.

Fabius lib. 10. cap. 3.

Sapienter enim Aristoteles præcepit, studia iterarum loco apto, conspicuo & libero contitui debere, quæq; ibi Aristoteles differit, de oco vbi ciuitates constituantur, vt aëris, venti, luminum, & similium rerum consideratio haeatur: ea huc in primis pertinere affirmat Conradus Lancellottus in suo Decurione. De Alexino philosopho Eliēse refertur, quod etsi uditoribus vehemēter probaretur, tamen cū n loco insalubri doceret, vbi quoque rerum necessa-

lib. 7. polit. c. 12. Sequitur etiam hæc Petrus Tholosa. lib. 18. de repub. c. 6. & Anto. Posseuinus. lib. 1. bibliothecæ selectæ c. 8.

necessariarum inopia laborabant, omnes eum deseruerint. Nec curiosior hæc de loco Academiarum scholarumque cura videri debet, cùm tam diligenter certus, apibus mellificaturis locus prouideatur, quando melle sapientia longè præstantior est, suauiorque.

Talibus quoque in vrbibus, eo loco quantum fieri potest instituantur, qui ab omni strepitu & iniuria vulgi immunis sit, & à frequentibus publicisq; vijs, & commertijs separatus. Rectè enim dixit poëta:

Carmina secessum scribentis otia quærunt.

Philo.lib. 2.de vita MOSIS. Refert disertissimus ille Iudæorum PHILO, quòd septuaginta sacrarũ literarum interpretes diuinum & maximum opus aggressuri, secessum aliquem & purissimum locum elegerint, vbi nec morbos, nec prauos malorum hominum mores metuerent. Et Essæni Iudæi, vt pietatem atq; honestiores disciplinas liberius sectarētur, scholas suas ad lacum Asphaltitem, & hortos balsami atque palmarum instituisse leguntur. Magistratus verò ne amœniora & secretiora loca ab alijs occupentur, tanto diligētius curare debebat, quanto Reipub. plus interest vt Iuuentus bonis literis instituatur. Debentq; in varia gymnasia Academiarum scholæ partiri secundùm diuersa artium atque linguarum studia, ne discipuli inuicē posśint obstrepere, vel Magistri: neuè linguarum cōfusio permixta vel locum, aures quorũdam aut mētes à studio literarum auertat. Debent quoque magistratus auctoritate Principis remouere

Imp. rat. in lib. vni. C. de studijs lib.

les arcnces, per quorum strepitũ studia impediuntur, vt à gymnasijs recedant, quia intertotius reipub. vt studia non perturbentur. quib. vitijs alienos, quibusq; virtutib. prædis esse oporteat tam professores quã discipus, deq; officijs eorum, & forma institutionis, q; distinguendis & ordinandis diuersis classibus, pro vario adolescẽtium captu & quid singulis, & qua cautione tradendum, anno 1570. duob. libris officiorũ scholasticorũ perpurgai. Si verò propter pestis contagium, vel aliam istam causam Vniuersitas ad alium locũ transferatur, retinet nihilominus sua priuilegia. Anchor. cap. cùm de diuersis, de priuileg. in 6. Petrus Tholos. lib. 18. c. 6. de repub. Et Anchor roœ. lib. 6. *Bartolus & Baldus C. de studijs.*

DE RECTORE VNIVERSITATIS.

CAPVT III.

CVm Vniuersitas velut globus quidã sit, animatum corpus repræsentãs: icirco vnus aliquis eligatur oportet, qui Iuri dicundo præsit, & authoritate cæteris præcellat. Corpus enim sine capite imperfectum quid & monstrosum est, inquit Baldus. Et bona studia dissipari oportet, si litibus ad exterorum Iudicum tribunalia Iuuentus implicetur, & ea priuilegia quæ optimi Principes Vniuersitatibus tribuerunt, non conseruentur. Quanquam aliqui arbitrantur, Rectorẽ in Vniuersitate non necessariò requiri. Hunc veteres gymnasiorum præfectum appel- *Baldus authent. Habita cri si. lius pro patre Anchora proœ. lib. 6.*

Felinus cap. ex literis de constitutionibus.

appellabant (nam de Iudæorum Archisynagogo, de Aegyptiorũ Archisacerdote, Archimago Persarum, & Indorum Buddo, in singulis Academijs suo loco agemus) nunc ferè à supremo regimine Vniuersitatis Rector vocatur. Cuius magnificentia & authoritas tanta est, vt ex literarum g'oria vix maior euenire posit: quippe cùm sapientia ipsa, per quam reges regnant, & prudentes iusta decernunt, huius sese fascibus & imperio submittat, vt Musarum sacerdos & patronus rectè appellari posse videatur. De Iurisdictione Rectoris & pręceptorum in discipulos post alios plura disserit Harduigus à Dassel ad consuetudines Luneburgens.

Quoniam verò Vniuersitas studiosorũ plerumq; ex clericis & laicis permixta est: iccirco Iudicem habet Rectorem, vel Episcopum loci, Anchora. c. Ea quæ fiũt, de reg. Imp. in 6. Ad Rectoris verò huius electionem quod attinet, apud veteres Philosophos non eodem modo gymnasiorum præfectus instituebatur. Apud Aegyptios enim ex sacerdotibus tantùm, primò Reges, deinde Imperatores Romani constituebant. Apud Indos verò, per singulorum suffragia in demortui locum alius creabatur. Nonnulli etiam, præsertim apud Græcos successorem designabant, vt de Platone Laertius, de Aristotele Gellius, de Libanio sophista *Zozomenus* & Nicephorus scriptum reliquerunt. Lycon etsi à Stratone testamento successor Peripati datus erat, aliumque similiter designare posset: ab amicis tamen voluit talẽ præfici post

Laertius l. 3 Gellius l. 13. c. 5. Niceph. lib. 13. hist. eccle. ca. 2.

mortem

ortem suam.qui vtilissimus esset,&quàm diti ssimè in schola mansurus. Sic in nostris A- demijs variæ consuetudines pro diuersitate ›corum introductæ in Rectoris electione ob- ruantur. Sunt enim, vbi ex nobilissimis tantū ligitur Rector, sunt vbi ex philosophorum antùm collegio,siue facultate artiū: sunt etiā plurimę,vbi ex omnibus facultatibus per ordi- nem. In quibusdam trimestris, in quibusdam annuus hic Magistratus est, nusquā verò nunc, quod mihi constare potuit,perpetuus.Hoc tamen inter omnes ferè cōuenit, quod ab ea electione,quæ contra inueteratam cuiusque Vniuersitatis consuetudinem instituitur, rectè appellari posit. Et quanquam in electionibus ferè requiritur consensus & confirmatio superioris, ne indigni aut turpes eligantur, tamen consuetudo obtinuit, vt ab Vniuersitate electus confirmatione non indigeat. Ipsi enim Doctores non nisi dignum atque vtilem, idoneùmque virum electuri creduntur. Si autem inter singularum facultatum Decanos, aut (vt nūc ferè appellant) Intrantes electores, schisma oriatur, vt duo simul Rectores nominentur, quorū alter nolit alteri cedere: tunc consulēdus superior, vt ille pro sua auctoritate & prudentia instituat aptiorem. Licet hoc iuris nūc in quibusdam Academijs vsurpet,qui istam dignitatem deposuit.

Zozomenus lib.8. cap.2.

Vtrum Vniuersitas absque Rectore esse possit,Doctores interrogati responderunt;Rectorem,Vniuersitatis caput existere.Si ergo Vniuersitas

uersitas Rectore destituatur, acephalam atque deformem euadere. Anchora.proœ. lib.6. decret. Bald. auth. habita. c. Ne filius pro patre, Benius de priuileg. Iurisp. priuilegio 16. Nec vxoratum, nec bigamũ, nec laicum, Rectorem eligendum asserunt.

Sed cum magna ferè studiosorum pars sint Clerici, quibus Rector laicus Ius dicere nequiret, propterea Clericum esse debere probant. Anchora. proœ. lib. 6. Bald. auth. Habita Baptist. Villalobos in communibus opinionibus Iuris, verbo Rector.

Dignitate omnibus antecellit, & Principis personam repræsentat: ideoque omnes, etiam Episcopos, præcedit. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 68. Benius priuileg. 16. Iurisperitorũ. Nec intelligitur nomine studiosorum, Hippolit. singulari 520. Iniuria Rectorem afficiens capitis pœna plectitur. Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. cas. 263. Benius priuileg. 19.

Peculiaria supremæ dignitatis insignia portat, vnde ipsius Iurisdictio cognoscatur, quæ si non gerit, pro tali non reputatur. Menoch. adipiscend. remed. 4. num. 690. Non continuatur Rector in officio vltra biennium, vbi non est alia consuetudo.

Socinus Regula Iuris 413.

Quam

QVAM PRAECLARE VTILITERQVE FAciat Magistratus, qui Vniuersitates instituit, collapsas instaurat, tuetur, atque defendit.

CAPVT IIII.

QVia Vniuersitates & Academiæ ad eradicãdos ex animis hominum prauos errores, & propagandam orthodoxã religionem Christianam, atque virtutes, conseruationemq; Rerumpublicarum plurimum conducunt: cum primis illarum rationem habere Magistratum oportet. Nam si velimus refricare memoriam temporũ, reperiemus illas Respubl. diutissimè semper floruisse, quæ optimorum studiorum diligentem curam habuere, & in quibus ingenuarum artium atq; linguarum scholæ extiterunt: cõtrà verò quæ eas neglexerunt, res suas parum fœliciter gubernasse. Haud enim minima pars vitæ ac fœlicitatis humanæ sita est in bonis literis, quibus eruditi ciues Magistratibus obeũdis, & Reipubli. gubernandæ accommodatiores reddũtur, in publicis simul & priuatis officijs excellunt, ciuitatesq;, si nihil prohibeat, & constanter & peritè & fœliciter administrant. Quare sapientissimus ille & Reipubli. gubernandæ peritissimus Moses amicus & propheta Dei, populum suum Israel, quem legibus formarat, diu in pace & syncera religione conseruaturus, in singulis ciuitatibus synagogas instituit, quibus viri sapientes, diuinas leges interpretarẽtur. Et Iosaphat rex Iudæ

vt regnum confirmaret primò, deinde ornaret quoque, & verum Dei cultũ longè lateque propagaret, anno Imperij sui tertio misit viros doctos, qui per vniuersam Iudæam populum in synagogis leges docerent. Qua ratione factum est, vt regnum Iudæ pacatum redderet, & Respub. Iudæorum nihil amplius ab hostibus detrimenti caperet. Factus est enim pauor Domini super omnia regna terrarum, quæ ipsi certatim munera deferebant & vectigal argẽti: ipse autem Iosaphat rex creuit vehementer, & magnificatus est vsque in sublime, inquit Scriptura. Verùm vbi traditam sibi à maioribus professionem intermitterent Iudęi, verasque leges in synagogis interpretari cessarent, in horrendos errores, & quod omnium turpissimum est, idololatriam prolapsi, in Babylonem, vt digni erant, abducti sunt. Prudentissimus autem & pijssimus sacerdos Esdras, post reditum è captiuitate, superiorum temporum negligentiam castigaturus, in primis sacræ Scripturę libros in ordinem redegit, & collegit iterum, atq; synagogis restituit. Perspiciebat enim pro sua singulari prudentia, quod sine eruditione, & literis sacris syncera religio, verus Dei cultus, & Reipublicæ tranquillitas conseruari non possent. Sicut Sarron Gallorum rex, cùm eius populi ferociam aliter compescere, & in officio retinere non posset, publica gymnasia introduxit. Intelligebat enim ferociora hominũ ingenia institutione & bonarum artium cultura mitigari potius, quàm armorum metu in officio reti-

ineri posse. Sicut, diu post, CAROLVS MAGNVS id habuit antiquissimum, vt post relatas hostibus victorias, Episcopatus & templa struerent, & eisdem scholas & Academias adiuueret: ne vel inermis esset religio, vel inanis sapientia, quæ indissolubili inuicem vinculo coærent, & illucescens Euãgelij, & veræ sapientiæ splendor vndique affulgens, per totum orbem diffunderetur. Cumque veram religionem in Gallia languescere accepisset, eò quòd literarũ studia intercidissent, aliquot ibi Academias erexit. Paulatimq; cœnobia religiosorum huic literario negotio se addicebant. Nam Gregorius ille Magnus Britannorum Gymnasia ad Monasteria transtulisse scribitur, vt hæresis Pelagiana, quæ tradebatur in scholis, extirparetur, veram religionem in Gallia ferè periisse intelligebat, quod literarum studia intercidissent, aliquot ipse Academias erexit. Laudatusque ob id in primis PTOLOMAEVS rex AEgypti, quòd Alexandriæ scholam omni disciplinarũ genere florentem, optimisque libris refertam bibliothecam, erexerit. Quod saluberrimum vtilissimumque Maiorum studium inuictissimi Romanorum Imperatores, ne tam Reipub. necessarium opus prætermitterent, imitari voluère. Nam IVLIVS CAESAR post bellum ciuile, ex Aegypto in Italiam reuersus, ad ornandum imperium Romanum se conuertit, vt quod tantis laboribus pararat, in pace diu feliciterque conseruaret. Nulla verò hoc ratione commodius fieri arbitrabatur, quàm si bonis

Sabell. Clemēt. de Mag. Possevinus l. 1. biblioth. sel. 8.

literis ornaret, augeretq; viris sapientibus. Adduxit ergo ex Aegypto insignes Mathematicos, & autor fuit, vt Mathematicæ disciplinæ in Italia colerentur: amplissimas quoque Græcas & Latinas bibliothecas erexit. Augustus verò omnium Prouinciarum, quas imperio adijcere potuit, Iuuentuti optimos præceptores dedit, vt non minus accuratè educati eruditiq; quàm proprij filij, in Romanorum fidelitate & legibus perdurarét. Traianus Nerua, vt in vita eius Dion Cassius Niceus refert, multa in emendationem publicorum negotiorum constituit, in scholarum verò, & puerorum sustentationem plurima. Quare ad restituendum bonas artes & diuini humaniq́ue iurisprudentiam, cœlitus à Deo missus credebatur, vt autor est Sextus Aurelius Victor. Anthoninus Pius Rhetoribus & Philosophis per omnes prouincias honores & salaria detulit. Iul. Capitol. in vita. Titus Imperator Romam breui tempore beatam & felicé redditurus, studia sapientiæ & liberalium artium promouit, & Iosephi libros, manu sua descriptos, in Romanam bibliothecam reposuit. Diocletianus & Maximinianus sepositis armis & Imperio philosophari cœperunt. Adrianus verò quia in Academijs omnium artium atque linguarum clarissimos professores, & florentes bibliothecas dedit, Imperium Romanum in optimam formā restituisse, & nullus post Augustum tam vtilis Reipub. Imperator extitisse prædicatur. Constantinus ille Magnus omnia bonarum literarum studia florere voluit, partim

Lampridius & Carion.

Nicephor l. 3. c. 11.

Niceph. l. 7. c. 10.

Vrspergensis & Aurelius Victor.

n vt religionem Christianam longè latequè
opagaret: partim etiã vt per ea imperio Ro-
ıno rectius consuleretur. Quare superato Li-
ıio tyrãno,& tam religionis quàm sapientiæ
ste, pulcherrimam illam constitutioné edi-
se videtur, quæ apud Iustinianum in L. Me-
:os C. de professoribus reperitur.

Quanto studio Constantius ipsius pa-
r bonas literas resuscitârit, quamque erga
rum professores liberalis extiterit, etiam
nc, cùm ærarium ferè exhaustum esset, nec
auissimis bellis distentus quicquam de hac
ıra literarum remiserit, in Gallia ex Eume-
o rhetore sum recitaturus. Præterea Gra-
ınus Imperator valdè adhuc adolescens, pri-
ıisque statim Imperij sui annis, vt eius funda-
enta firma & diuturna iaceret, edixit ad An-
nium præfectum Prætorio Galliarum, in
nnibus Galliç metropolibus excitanda alen-
que esse studia literarum. Sicut contra Iulia-
ıs Apostata religionem Christianam, vti spe-
bat euersurus, scholas ademit, & bonas literas
scere vetuit. Theodosius verò, vt refert Ca-
:tus, Omnes hæreses, quæ Ecclesiam Christi
isere vexârant, proscripturus, sacrorũ libro-
m, eorundemque interpretum conquiren-
ırum tã studiosus fuit, vt ea laude Ptolomæo
ferior non esset. Discipuli IESV CHRISTI
enturioné prædicabant, propterea quod ipsis
nagogam extruxisset.


August. li. 18. de ciui tate DEI capite 52. Nic. phoru lib. 10. c. p. 52. & li. 14. c. 3.

Luca. 7.

Cùm Carolus V. Romanorum Imperator
unetum in Africa occupasset, Muleasses Rex

omnium maximè deplorabat, Arabicos antiquiſsimos libros intercidiſſe, qui omnes diſciplinas, ſuperiorum Regum hiſtoriam, Mahometanæq; ſuperſtitionis interpretationem cõtinerent. Præclarum certè barbari Regis id ſtudium fuit erga bonas literas. Italicarum rerum ſcriptores (vt ad noſtra etiam tempora reuertamur) Nicolaum PP. V. Leonem 10. Pium II. & præter alios quoſdam Pontifices Romanos, clariſsimum illum Coſmam Medicem Florẽtinum, cùm alijs multis in rebus, tum eò potiſſimum optimè de Republica meritos fatentur, quod doctos & literatos viros ex vniuerſa Grçcia & Italia, ad iuuẽtutem Grçcis Latiniſq; literis inſtituendam, præmijs ampliſsimis euocarint. Factum enim eorum liberalitate & induſtria eſt, vt adoleſcentia ſe ad politiorum literarum ſtudia referret, quæ per multas iam ætates, ob perpetuas bellorum clades, quas Italia à Barbaris nationibus pertulerat, obſoleuerant, atque in eo fortunatos fuiſſe ferunt, quibus cõtigerit (id quod maximè optandum erat, qui Reipublicæ conſulere, & ex hominum ſermone famam nomenque immortale colligere cuperet) illis vt temporibus florerent, quibus reuiuiſcere literæ, quarum ferè erat intermortua laus, & liberales diſciplinæ cœperunt. Maiores ergo noſtri prudentiſsimi pijſsimique viri, ea ſemper in ſententia fuêre, vt non ad imperij ſolum ſplendorem, ſed fidei quoque & religionis orthodoxæ propugnationem, reformationẽq; Eccleſiæ catholicæ ab Academijs & bonarum artium

rtium studio dependere iudicarent. Quapropter postquam animaduertebant hæreses tam atè per totum ferè orbem dispergi, quod in omni artium atque linguarum genere admirailiter exculti viri, earum defensionem, suasoe diabolo, susciperēt (sicut de Valentino, Doato, Sabellico, Pelagio, Arrio, Ioanne Philoono, & Philosophis, qui in Concilio Nicæno cerrimè repugnabant, fidelissimi historici notri memoriæ prodiderunt) plurimas & ipsi scholas, vt in eis bonę artes traderentur, erexeunt, multasque Academias maximis sumptious fundârunt. Ipsi quoque pro incredibili in Rempub. amore professi sunt, vt in singulis Academijs breuiter aperiemus. Qua quidē ex e & illi ipsi immortalem in omni hominum nemoria laudem, æternamq; felicitatem conecuti sunt: & Ecclesia CHRISTI doctissimos emper propugnatores habebat, qui hæreticoum fraudes differendi peritia, copia, vbertateue dicendi animaduertere primò, deinde eislem artibus, quibus cōstructæ erant, dissoluee, & antequam eos fallaci conclusione impliarent, qua in parte vitium lateret, explicare ossent. Vt enim quis distinctè cernat, ad quam otissimùm rem vitiosarum argumētationum xplicatio referēda sit, nisi prius modos omnes uibus struuntur & fiunt, exploratos habeat, ieri certè id quidem nō potest. Doctissimi veò Ecclesiæ Patres, Iustinus, Clemens, Lactanius, Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, &c. quia diuinarum & huma-


BIBLIOTECA NAZ. ROMA

rarum rerum inuestigatricem philosophiam egregiè didicerant, philosophorum & hæreticorum nugas facilè euerterũt. Nec ita omninò tegi possunt viciosarum argumentationũ fallaciæ, quin si ad præclaram indolem perspicuitatemq; ingenij, doctrina, quæ vim insitam promoueat, accesserit, deprehẽdi & explicari queant Basilius autem Magnus ad Episcopos Italię & Galliæ inter reliqua Ecclesiæ Oriẽtalis mala, hoc in primis deplorat, quod nulli Christianorum cœtus, nullę Doctorũ pręsidentiæ, siue, prælectiones fierent. Nã propterea traditiones Patrum, orthodoxa fides, & vera religio interibant. Quare reuerẽdissimi Patres, in Cõcilio Lateranensi (sicut à Clemente Papa quinto in Concilio Viennensi quoque decretum est) Academias & bonarum artium studia diligenter conseruari, atque promoueri debere statuerunt.

Concilij Toletani hac de re pulcherrimam constitutioné narrat Gratianus, can. 2. 12. q. 1. Nec vlla ferè celebrata synodus fuit, in qua nõ de ratione studiorum & institutione Iuuentutis, actum, pręcipuaq; cura scholarum Ecclesiasticis viris demandata sit.

Possevinus l. 1. biblioth.

Dist. 37. c. de quibusdam.

Ex concilio Eugenij refert Gratianus, necessario curandum Epis. vt in ciuitatibus constituantur Magistri atque Doctores, qui studia literarum, liberaliumque artium dogmata assiduè doceant.

Possevinus ibid.

Et in Collegijs atque Cathedralibus nomina eorum adhuc seruantur, qui scholastici, vel Ca-

Capischolę, vel Magistri scholę appellātur: qui pauperes scholasticos apud templa gratis instituere solebant, Canonesque voluerunt in qualibet Ecclesia haberi Doctorem siue Magistrū literarum, & eidē reditus assignari. Socinus c. quia, de Magistr. Anchora. clement. eodem titulo. Sicut ex Alexandrina schola deriuatum, adhuc in nostris collegijs obseruatur. Ioannes Bohemus lib 3. de omnium gentium ritibus ca. 1. refert, etiam apud veteres Germanos domum publicam iuxta singulos parochias fuisse, in qua ciuium filij à probatis viris virtute & doctrina inbuerentur.

Concilij Tridentini pulchram constitutionem de hac materia asscribendam non putaui. Nam ea in omnium manibus versatur. Notius quoque est quàm pluribus verbis demōstrare oporteat, quòd sine bonis literis omnis felicitas interire, perniciosi errores introduci, & homines in summa ignorantia versari solent: cum ipsis verò vberrimos fructus & maximas vtilitates in remp. Christianam prouenire.

Reformatione Ecclesiāstica, sub Carolo V. & Ferdinando I. edita, statutum fuit: Scholæ seminaria sunt, non Prælatorum tantùm, & ministrorum Ecclesiæ, verùm etiam Magistratuum, & eorum qui consilijs suis respublicas gubernant: quæ si negligantur, aut deprauentur, necesse est & Ecclesias, & respublic. hinc periclitari. Propterea de earundem instauratione magna cura habenda erit.

Quapropter Ecclesiarum proceres omni cura, ope,& industria vbique per vniuersas suas prouincias studia, præsertim generalia,instaurare, promouere,& conseruare satagant. Scholæ vbi fundatæ non sunt, debent singula Collegia, vt parua magnaue fuerint, ita paruas magnasue apud Collegia erigere: quibus præficiāt Magistros & prædagogos incorruptæ vitæ, & sanæ doctrinæ. Vbi Collegia nō sunt,debent nihilominus in singulis, ciuitatibus esse scholæ, quarum Magistri boni,honesti & docti sint.

Experientia docti Turci & Saraceni olim furiosè euersas Academias, scholas, bibliothecas restituere incipiunt. Et in nouo orbe,ad cōseruandam & propagandam Christianam religionem plurima gymnasia extruūtur. Vt quorundam hominum temeritatem & impudentiam demirari non pòssim qui humaniores artes,quibus nec dari melius à DEO, nec optari maius ab hominibus potest,cōtemnere,& tam necessarias Academias prorsus euertere conātur,à quibus omnem suam fortunam,atq; eam ipsam,quā nunc ingratissimi oppugnāt, eruditionem hauserūt. Quod nisi facere destiterint, breui futurum spero, vt Musæ gloriam suam per seipsas tueantur, talemque in Academijs vocem edant, quæ multa etiā post secula exaudiatur: & posteras commonefaciat, non esse vllam rationem disputare aduersus ipsam disserendi magistram,& quàm rudes sint non argumentandi solùm, sed etiam rerum inuestigandarum ac veritatis indagādæ, à quib. Musæ oppug-

oppugnantur: doctissimi autem viri eos sic reprehendant, vt voluptatem, quam malè dicendo fortè ceperunt quod ea, quę contra ipsos afferentur, sustinere non possint, malè audiendo amittant. Nunc verò quo vtiliores sunt, & quãto magis hodie improbissimorum quorũdam inuidia laborant, tanto diligentius sunt fauore præsidioque Principum subleuãdæ, erga quos nequaquam ingratæ futuræ sunt, si defendantur: quod vel regis IOSAPHAT exẽplum iam antè allatum declarat. Præcipuè verò fauendũ illis studijs, quæ conducunt ad pietatem, Christique principis & doctoris nostri gloriam: & sine quibus respublica Christiana consistere nõ potest. Ioannes Casus in Sphera ciuitatis, Tyranni, nõ Principis esse ait, Academias tollere, artiumque scholas prohibere. Nam Academiæ & artes sunt lumina & fontes sapientię, à quibus splendor saporq; virtutis in omnes partes reip. fluunt, velutiq; Musarum orbes, & artes sydera in ijs fixa. At nisi orbes suum motum, sydera suam lucem habeant, quæ vita rerum, quæ influẽtia erit? Præterea, vt oculi sunt in corpore, ita Academię & artes sunt in ciuitate: & vt oculi omnia mẽbra corporis, ita Academię omnes reip. partes illustrant. Oculos autem euellere natura prohibet, iustitia Musas tollere.

Deinceps, contra Ius naturæ ac rationis est, Academias tollere: quia natura confusionem, ratio ignorantiam fugit: quæ tamen duo sublatis Academijs, artiumque scholis necessariò sequun-

quuntur. Quæ enim cognitio rerum sine arte, quis ordo sine toga, quæ administratio ciuitatis sine doctrina & sapientia esse potest? Insuper quæ sunt honorifica, bona, necessaria in rep. tollere non oportet: Academiæ verò, artiumque scholę sunt in repub. honorificæ, quia verum honorem: bonæ, quia candorem vitæ: necessariæ, quia ciuium ordinē & amorē pariunt. Huc adde: Quod principes perpetuo studere debeant bono, & conseruationi ciuitatis. Quod certè facere non videntur, si Academias tollant. Nam quid magis licentiam morum, perturbationem rerum, barbaritatem plebis, Tyrannidem Principis gignit, quam bonarum literarum naufragium & casus? Porrò atroces Tyranni hoc agunt, iustis ergo Principibus id agere non licet? Truculenti olim carnifices Athenas (fastum totius Greciæ, sydera, & lumen) extinxerunt. Sic Iulianus funestus Apostata Christianorum Gymnasia sustulit, artiumque professoribus silentium iussit: Sic in Hungaria, alijsque eximijs mundi partibus, quas Mahometes vicit, Academiæ, scholæ & artes immanitate oppressæ iacent.

Norunt enim crudelitatis monstra, Palladem & tyrannidem, amorem artis, & Martis furorem, sapientiæ lumen, & ignorantiam, simul cohabitare non posse. Ideoque omnes ætates hominum Academię & artes approbarūt. Cùm constet Tubalem Adami filium Musicā inuenisse, omnesq; sciētias post diluuiū colūnis lapi-

lapideis inſcriptas poſteris apparuiſſe: Chaldæos quoque in omni arte fuiſſe inſtructiſsimos. Quod fieri non potuit, ſi à maioribus ſuis artes non didiciſſent. Vt nihil dicam de Moſe, alijſque gubernatoribus, qui omni ſcientia Chaldeorum ac Aegyptiorum fuerunt eruditi: nihil de Samuele, cæteriſque Prophetis, qui Rama Gilead ſua collegia, & Academiam habuerunt: nihil de Paulo, qui diſputando ſæpe in ſchola cuiuſdam Philoſophi, nomine Tyranni, adeoque Athenis non contempſiſſe, ſed approbaſſe, venerabile nomen Academiæ videtur: nihil de Conſtantino, Theodoſio, alijſque verè Auguſtis Imperatoribus, qui ſcholas, Collegia, Academias magnificè extruẽdo, Eccleſiam Chriſti plurimum propagarint: de beatiſsimis noſtris fundatoribus, qui in Anglia, duo totius orbis nobiliſsima gymnaſia, Oxoniam & Cãtobrigiam ædificârunt: in quibus docti & ſapientes viri, non aliter quàm ſtellæ, (vt loquitur Propheta) lucent, ſuos radios in omnes mundi plagas & regiones diffundunt.

Nihil magis barbaritatem, vim, perfidiam, licentiam vitæ, hæreſim, Atheiſmum, & confuſionem omnium rerum parit, quàm ſcholarum & Academiarum defectio. Si ergo iuſti, ſi tuti, ſi pij, ac religioſi eſſe Principes volint, non tollere, ſed fouere; non euertere, ſed conſeruare debent Academias: in quibus ſplendor regis, honor ciuitatis, amor virtutis, omniumque bonorum ſapor, & influ-

entia

entia ineſt. Pernitioſa igitur vox eſt iſta, & planè tyrannica: tollãtur ſcholę, tollantur Academiæ. Imo oraculum hoc ſit: viuant ſcholæ, viuant Athenæ, artes, ac ſcientiæ, quæ ſunt radij diuinæ ſapientiæ, ad gloriam beatæ Triadis, in ſempiternum viuãt. Pius eſt qui aſſentitur, improbus qui amẽ nõ acclamat. Nam vt ſole ſublato tenebrę, ita philoſophię ſtudio extincto, rerump. ſequuntur ruinæ: quippe in hoc ſtudio eſt aſylum pacis, ſapientiæ lumen, ordo vitæ, inſtitutio morum, legum anima, ſcientia rerum, ſplendor hominis, gloria & honor ciuitatis.

QVANTVM REIPVBLICAE VTROque & pacis & bellorum tempore ſemper vtilitatis attulerint bona literæ.

CAPVT V.



Mihi quidem multa eximia diuinaque videntur Athenæ peperiſſe, inquit apud Ciceronem Atticus: tum nihil melius hominum vitæ attuliſſe illis myſterijs, quibus ex agreſti immaniq; vita exculti ad humanitatem, & mitigati ſumus, initiaque, vt appellantur, ita reuera principia vitæ cognouimus. Neque ſolum cum lætitia viuendi rationem accepimus, ſed etiam cum ſpe meliore moriendi. Nam bonarum artium mater Philoſophia primò vrbes peperit, & beluinos diſſipatoſque homines in vnum locum, vt ciuitates

nitates appellarentur, literarum & vocum cō-
munione coniunxit, atque inuentrix legum, morumque & disciplinæ magistra fuit. Easque sola adhuc vias demonstrat, quomodo pax in ciuitatibus, & in Rep. tranquillitas foris & domi quàm diutissimè conseruari, tumultus verò & cruenta bella, vel caueri, vel rectè administrari, feliciterque finiri possint. Quę duo hoc capite paucis sic proponemus, vt nemo sit, qui per se deprehendere non queat. Valerius ergo Maximus vbi docuisset quantum clarissimorū Imperatorum, & optimorum ciuium virtutes Reip. profuissent: in hanc sententiam prorumpit: Est & alia vehemens & constans militia, literis pollens, venerabilium doctrinę sacrorum antistes Philosophia, quæ vbi pectore recepta est hominum, inhonesto atque inutili affectu depulso, totum in solidæ virtutis munimento confirmat, potentiusq; metu ac dolore (quod Reipub. & vtile, & necessarium est) facit, &c. *Valerius li. 3. cap. 3.*

Sicut egregiè mihi perspexisse videtur Tyberius, qui Mauritio imperium Romanum traditurus, sic eum alloquitur: Tu verò Mauriti potestatis insolētiam ratione fac frenes, & philosophiæ artibus sapientiæ scapham gubernes, purpuram perinde ac vilem pannum tibi iniectum esse per philosophiæ studium existima, coronā, qua caput cingitur, nihil à lapillis, qui circa littus fluctibus alluuntur, differre puta. *Nicephor. li. 10. hist. Eccl. ca. 6.*

Et Leo Pap. 10. in epistola quadam ad Henricū Anglorum regem: Extat, inquit, quoddam nostrum studium erga homines doctos, & huius-

modi

modi literas,quæ & re sunt ipsa, & appellantur bonæ, & animi affectio singularis, innata quidem nobis à pueris & domestica disciplina cōfirmata; sed ætate progrediente etiam iudicio aucta. tum quod homines, qui artes & bonas literas sectantur, minimè malos esse, integerrimaque fide præditos, sæpe iam experti sumus, tum quod ab hac scientia, & sanctæ Ecclesiæ Doctorum eloquentia, scimus maxima nō adiumenta modò, verùm etiam ornamenta in Christianam Remp. profecta fuisse, &c quod etsi tam Philosophorū quàm Sanctorum Patrum apertis testimonijs confirmare possem: tamen quia à studiosissimis viris iam antè partim alibi allata sunt, partim apud Gratianum recitata reperiuntur, nos exempla quædam illustriora (quibus imperitiores hoc tempore plurimùm commouentur) proferemus. Indicarum ergo, Aethiopicarumq; rerum scriptores literis prodiderunt, illos populos fateri, quod liberales artes & gymnosophistarum sapientia, vtilissima semper & inprimis necessaria fuerit: quod hi propter amicitiam & commercium Deorum immortalium siccitates, ventos, pluuias, morbosque prædicere, & quæ etiam apud inferos agerentur, rimari, & Reip. salutaria in apertum proferre potuerint. Romanus verò populus cùm post exactos reges à Patribus propter quasdam simultates defecisset, nec deformis solùm, sed etiam miser imperatricis vrbis status esset, à capite reliquis partibus per seditionem auulsis, nisi Valerius sapien-

Gratianus multis canonibus distinct. 37. & 38.

Valer. Max. lib. 8. cap. 9.

pientiſsimus philoſophus, maximus Orator, ſumma induſtria, & maximo labore ad ſaniora conſilia reuocaſſet: ſacri imperij ſpes citra controuerſiã in ipſo penè ortu ſuo corruiſſet. Ariſtoteles Stagirites tantũ apud patriã ſuã beneficium poſuit, vt eã ab hoſtibus armis ſolo æquãdam Macedonũ manibus eriperet. Hipocrites expertiſsimus medicus, cùm peſtis vniuerſam ferè Græciã abſumeret, contrà aerem infeſtũ, vndè ea oriebatur, ingentẽ ſyluam exuri iuſsit, ſeruauitq; hoc pacto Græciã incolumẽ, quam omnes illiterati conſeruare nõ potuiſſent. Antoninũ Piũ Iuſtini philoſophi & Martyris pro Chriſtianis oratio, Valentẽ partim Themiſtoclis philoſophi, de orthodoxorum Patrum in negotio religionis cõcordia liber, partim Baſilij eruditio, à furore & incredibili in Chriſtianos odio ſic reuocârunt, vt ipſos quidem cõtra pietatem, & vera religione atque bonis literis egregiè cõfirmatos viros, vlteriùs progredi & ferocire puderet: reliquæ verò Rom. Imperatores, illas Reſp. vbi bonæ literę florerẽt, optimis priuilegijs, atq; libertatibus, propter maximam earũ vtilitatẽ, præ cæteris ornarent, vti doctiſsimorum virorũ de priuilegijs cõmentarij declarãt, & nos in ſingulis Academijs ferè demonſtrabimus. Fieri enim prorſus non poteſt, quin plurima ad Remp. cõmoda veniant, ſi moderatrix omniũ rerum præſto eſt ſapientia, quę & officiorum omnium, & benè beateq; viuendi etiam citra leges rationem continet. Vt rectè Ariſtippus dixerit: Etſi omnes leges interirent,

Idem lib. 5. cap. 6.

Soc. lib. 4. hiſt. cap. 32. Theodorus lib. 4. c. 19. Nicephor. lib. 11. c. 18.

interirent, posse tamen philosophos æquabiliter viuere, & alijs rectè viuendi rationem præscribere. Multaque loca nominari possent, quę ante institutas ibi Academias & scholas, obscura & tenua habebantur, sed ex studiorum splẽdore, maximas opes & gloriam insignem collegerunt. Cõtra vero axioma sonat: Quanto mutatur Musica, etiam mutatur respublica. Nam post Platonem Cicero negat, mutari leges posse sine mutatione rerumpublicarum. Ex cultura bonarum artium felicitas & opulentia: ex earundem contẽptu confusio & miseria. Quòd verò liberalium artium atque linguarum doctrina, scientiæ militari & rebus bellicis (vt secũdo loco propositum erat) vtilissima semper & propè necessaria fuerit, duobus ferè integris libris Strabo, & Polybius Megapolitanus lib. 9. historiarum elegantissimè copiosissimeq; cõprobarunt. Et vniuersa Græcia tempore Xerxis regis Persarum reuera experta est, quando illam solus Themistocles philosophus metu Persico liberauit, & potentissimum hostem, qui cum infinita lectissimorum virorum multitudine in Græciam venerat, turpiter in Persiam redire coëgit. Quare summæ ipsius laudes præ reliquis omnibus Ducibus, quos Græcia clarissimos habuit, referuntur. Quem cùm ingratissimi Athenienses vrbe expulerunt, nihil laude dignũ gessêre: Themistoclis verò apud Xerxem tanta autoritate fuit, vt diceret, non posse malum aliquod grauius optare se suis hostibus, quàm hac dementia excæcati huiusmodi

lib. 2. de legibus.

Artium vtilitas in re militari.

modi sapientes viros à se alienârent. Sicut Thebani, Epaminondæ grauissimi Philosophi clarissimiq; Ducis prudentia, cæteris ciuitatibus præcellere & imperare potuerũt: sed eo mortuo in pristinam seruitutẽ relapsi sunt, vt Thebanorum gloria cum illo nata & rursus extincta videretur. De clarissimo & verè profecto oratore Demosthene in potẽtissimorum Macedoniæ regum commentarijs scriptum reperitur: Fœlix & beata vrbs, cui talis ciuis contigit: Si vnus non fuisset Athenis Demosthenes, faciliùs potiti fuissemus in ea vrbe, quam Thebis aut Thessalia. Nam vnus ille vigilat intentus in omnes occasiones, & nostros obseruat impetus & instructus aduersus nostra consilia, nunquam fallere, nec agendo, nec insidiando, nec consulendo possimus, hic inuitos excitat, & Mandragora sopitos expergefacit, ac velut secans & vrens castigat ignauiam summa libertate, nihil ad gratiam dicens, publicas pecunias, quæ antè in ludis dissipabãtur, cõfert in stipendium, conscribit classem, quæ penè perierat confusione veterum tributorum, vrbem, quæ nihil ampliùs generosè cogitabat, restituit in pristinam dignitatem. Excitauit ciues fractos ad imitationem gloriæ maiorum, & Græcos inter se societate & fœdore deuinxit. Hunc ergo magis formidare oportet, quàm omnes triremes & vniuersam Græciam, &c. Vt verè dixerit Phocilides:

Robusto sapiens longè præstare videtur.

Et alius scriptor profanus:

Epaminondas.

Demosthenes.

Egregium principis exemplar.

Ad summum sapiens vno minor est Ioue, diues,
Pulcher, honoratus, liber, Rex deniq; Regum.

Eccles. 7. & 9. Sap. 7. Et ante illum sapientissimus Ecclesiastes: Melior est sapientia quam arma bellica aut vires. Et melior vir prudens quam fortis.

Pulchre hac de re Fabius li. 1. institut. cap. 18. Nam L. Paulo aduersus Persarum regem bella gerente, luna subitò serena nocte defecisse legitur, eoque velut diro quodam monstro perterritus exercitus Romanorum, manus cum hoste conserere non audebat, verùm Gallus Sulpitius de cœli ratione, & natura syderum ornatè & eleganter differens, alacrem eum in aciem misit, atque inclitæ Paulinianæ victoriæ liberales artes Galli aditum dedêre. Nisi enim Gallus philosophus metum Romanorum militum vicisset, Paulus Imperator hostes vincere non potuisset. *Valer. lib. 8. ca. 11.* Narrat in methodo historiarum Bodinus, quod Selimus Turcarum Imperator commentarios Cæsaris primus in vernaculam linguam transferri curarit, & eius bellandi arte instructus, breui magnam Africæ & Asiæ minoris partem cum Imperio maiorum coniunxerit. Sicut Mithridates rex Ponti grauissima bella præter omnem expectationem confecisse creditur, quia *Virgerg. & Plinius secundus de viris illustribus.* multarum artium atque linguarum ipse peritus erat & præstantissimos philosophos semper in exercitu adhibebat. Propterea Alexander Seuerus, auctore Lampridio, quando de iure & rebus imperij controuersia erat, solos Literatos in consilium adhibere solebat: si verò de re militari, præter veteranos milites, li-

teratos quoque præsertim historiarum peritos aduocabat, requirens quid in talibus causis veteres imperatores vtiliter egissent. Quemadmodum & vniuersi terrarum orbis flagellum Gothi in eam curam diligenter incubuere, vt doctißimos secum viros haberent. Nam quantum vnius sæpè literati prudentia & autoritas in conseruãda Rep. valeat, testis ist imperatrix Roma. Cùm enim Catilina arma nocturna, & flammas domibus templisq; pararet, & nemo Romanorum ciuium patriam conseruare, ac hostibus, qui eam prorsus euertere conabãtur, resistere propter eorum potẽtiam auderet: ob singularem eruditionem & eloquẽtiam, incredibilemque in agendo dexteritatem:

Vrspergē. in Chronicis.

Eruditi plurimum in Repub.

Roma parentem,
Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit

Iuuenalis satyr. 8.

Testes quoq; nobilißima Cõstantinopolis est. Philippus enim rex cùm Bysantium deleturus adueniret, Leo Bysantius Platonis auditor, & nobilis sophista: Dic agè, inquit, Philippe, qua tu causa mœnia nostra oppugnaturus aduenisti? Cumque Philippus responderet, amor patriæ tuæ huc pertraxit: at amantibus, inquit ille, instrumenta musica haud bellica cõueniunt, quare placatus rex, statim ab vrbe discessit, Quam ego rem Græcorum imperatores permouisse credo, vt regiam quandam domum fundarent, quia duodecim doctißimi viri, de quorum sententia consilium capere

Volater. lib. 16.

Volaterr. lib. 21. possent, alerentur. Illustrissimus præterea Ioannes Galeatus acerrimus Florentinorum hostis dicere solebat, plus sibi detrimenti afferre Colutij Pierij, oratoris, poetæ & Florentinæ Reip. tabellionis, doctissimas epistolas, quàm mille alioqui equites armati. Vt rectè profectò Alphonsus Aragonum rex mihi respondisse videatur: Nescire quidem se, vtrum maiorem gratiam literis, an armis deberet, quod ex literis arma & armorum vsum didicisset.

Eumenius in oratione de scholis instaurandis hoc argumento vtitur: Quod ædem Herentis & Musarum in circo Flamineo Fuluius ille Nobilior ex pecunia Censoria fecerit. Nam in Græcia Imperator cum esset, cognouerat: Herculem Musagetem fuisse: id est, comitem ducemq; Musarum.

Quia mutuis operibus & præmijs iuuari ornarique deberent: Musarum quies, defensione Herculis, & virtus Herculis, voce Musarum.

Lib. 1. offi. & 13. Philip. Rectè etiam dixit Cicero: Parua sunt foris arma, nisi sit consilium domi.

Et fortitudo non potest à sapientia seiungi.

li. 12. c. 1. Et Fabius: si sit ad prælium miles cohortandus, ex medijs sapientiæ præceptis erit oratio depromenda.

Et Iurisperitos sapientesque viros Reip. vtiliores, magisq; necessarios esse, quam strenuos vel fortes milites, eleganter probat Cic. lib. 1. Offic. & Iacobus Benius priuilegio Iurisperitorum 54. confirmat. Huc pertinet quod Themin Deam veteres Regibus assidere finxerunt.

Et

Et quod Alciatus præfatione tituli Digestorum, Soluto matrimonio declarat: viros Principes Remp. absque Doctis viris gubernare non posse, eorundemque opera & consilio Rempub saluam consistere. Et Homerus Agamemnoni Nestorem iugiter assedisse commemorat. Queritur Rebuffus quod Mercatores & indocti laici, quia doctos contemnerent, ita Remp. Montepessulanam gubernarint, vt tam Remp quam Academiam perderet. Præterea, inter Regionũ & Vrbium laudes haud postremum locum obtinet, quod multos doctos & sapientes viros procrearint atque effecerint.

Strabo Miletum prędicat, quod produxerit Thaletem, vnum è septem sapientibus Gręcię, qui primus physiologiæ & Mathematicæ auctor fuerit inter Gręcos. Et Anaximandrũ eius discipulum, præceptorem verò Anaximenis. Hæcateum quoque Historiographum, & Aeschenem Oratorem clarissimum. *Strabo lib. 14 geogr.*

Idem Nyssam laudat, quòd ex ea prodierit Apollonius philosophus Stoicus, Panætij familiaris. Menecrates Aristarchi discipulus. Aristodemus eius filius. Sostratus Aristodemi frater. Et alius Aristodemus eius consobrinus, qui Pompeum Magnum erudiuit. *Strabo lib. 14.*

Guidum commẽdatur ab eodem, quod dederit Eudoxum Platonis sodalem; Agatarchidem peripatheticum, Theopompum Cæsari familiarem & amicum, & Artemidorum illius filium. Et Ctesiam, qui Xerxem curauit, & res Syrias atque Persicas conscripsit. *Ibid. lib.*

Et Alabandam vrbem, quod ex ea extiterint Menecles & Hierocles Oratores fratres, item Apollonius & Molon.

Et Pompeopolim, ex qua Chrisippus Philosophus Stoicus, & Philemon Poeta Comicus, & Aratus qui de astris versu conscripsit. Similia de alijs vrbibus historici commemorant. Vnde quoque factum est, quod de patria Homeri tot vrbes contendisse legantur.

Cum ergo diuinarum humanarumque rerum mater philosophia ipsas ciuitates constituerit, auxerit, & exornarit, nec sine bonis artibus regi, conseruari, administrari poßint, nullumque illustrius Regum & Principum nobilitatis insigne, nulla canorior tuba ad laudes ipsorum celebrandas existat, quam sapientes & eruditi viri, & contra nihil tam obscuret, sepeliatque eorum gloriam, quam si bonas artes & literatos viros contemnant negligantúe: quantopere viciſsim à Magistratu honorari & coli debeant, res ipsa loquitur, & sequenti capite aperiemus.

DOCTOS VIROS MERITO honorari, atq; defendi à Magistratu debere.

CAPVT VI.

ISocrates ad Nicoclem Regem: Cordatos, inquit, & qui longiùs prospicere possunt, magni facito: persuasum habés bonos cõsiliarios vtilisſimã, & Rege omnium dignisſimam esse possesſionem.

Et

Et in epistola ad Mitileneorum Principes: Diligentissime in repub. considerandum præcipit, vt magni in primis faciant bonos & iustos rerump. gubernatores: proximum honoris gradum tribuant eruditis, qui ciuitatibus ornamento, honori, auxilio esse, easque vel cóseruare, vel funditus euertere possint. Quod mihi quidem suo iure à Republ. postulare doctissimi viri posse videntur. Quorum alios bonarum artium, quas in patriam inferrent, studio, vltimas terras lastrasse accepimus, sicut de Platone Pytagora, Democrito, libro quarto Tusculanarum quæst. Cicero scribit. Vt rectè affirmare possint: Ciuium nostrorum gratia, *Exilium eruditionis gratia.*

Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua.

Alios Reipub. iuuandæ ornandæque causa, propè supra naturam, vigilias suscipere, & neglecta tam valetudinis, quàm rei familiaris ratione, famem sitimque intolerabile frigus, & æstum, libenter perferre, maximisque curis & laboribus consumi, & si res ferat, fortiter pro patriæ atque ciuium suorum salute vitam profundere videmus. Vt rectè cum Ouidio respóderint.

Me quoq; debilitat series immensa laborum,
Ante meum tempus cogit & esse senem.

Lycurgus enim Lacedæmoniorum Legislator vt ea Respublica suis legibus diutissimè floreret, perpetuum exilium suscepit. Et Crates Theban. vt nudas virtutes pauper melius acquireret, atque in patriam inferret, omnia

sua reliquisse legitur. Polybius autem Megapolitanus. Non aliam, inquit, ob causam tot labores & pericula peragranda Aphrica & Hispania, prætereà etiam Gallia suscepimus, quam vt veterum scriptorum ignorantiam emédantes, eas orbis partes hominibus nostris, quam notissimas redderemus. Democritus verò octoginta integros annos literarum amore patria abfuisse creditur. Sed quæ te ad hanc rem Democrite ratio impulit? an vt opes & diuitias congereres? sed eas cum plurimas haberes patriæ studiorum instaurandorum gratia reliquisti. An vt honores amplissimos consequereris? sed eos Philosophos debuisti contemnere. Relinquitur ergo, quod Reipub. iuuandæ causa abfueris. Neque hoc philosophi tantum, in quibus alioqui mirum videri poterat, sed celeberrimi quique Ecclesiæ nostræ doctores fecêre, sicut de Origine, Diuo Hieronymo, Augustino, Epiphanio, Clemente &c, omnes historici tradiderunt. Basilius verò ille Magnus bonorum studiorum gratia, quib. Ecclesiam aduersus hæreticos defenderet, in Aegyptum, Syriā, Persiamque profectus est, & grauissimos inde morbos cōtraxit, vt in epistola ad Eustachium Philosophum fatetur. Rectè ergò Lucianus in ea se sententia permansurum profitetur, vt credat in hoc solummodò ingenuarū artium cognitionem, eruditos viros comparasse, ne patriæ indecori, sed multò vtiliores euaderent, Quapropter in media etiam barbaria crudelissimæ gentes, doctos viros & bonarum artium studio-

Euseb. lib. 10. prepar. Euangeli. cap. 2. Clemens lib. 1. Val. r. lib. 8. cap. 7.

In patriæ encomio.

ſtudioſam iuuentutem mirificè ſemper colue-runt, honorarunt, atque defenderunt. Nã quã-to in honore apud Aegyptios, ſacerdotes; apud Babylonios Chaldæi, apud Indos Gymnoſo-phiſtæ, apud Perſas Magi fuerint, in ſingulis ea-rum gentium Academijs eſt demonſtratum.

De Ptolomeo Philodelpho refert Ioſephus libro 12. Antiquitatum: Quod per literas ab E-leazaro Pontifice Iudæorum petierit, vt ſapiẽ-tes illos 72. Interpretes ad ipſum redire cupiẽ-tes non prohiberet, dicens: quod vehementer delectaretur, cùm eruditis viris ſemper habere ſermonem, & diuitias ſuas talibus libenter im-partiri. Nec in Gymnaſijs tantum eos honora-bant, ſed in balneis quoque bonarum artium ſtudioſis certa quædam loca, quibus de literis colloqui poſſent, erexerunt ex Vitruuio narrat Rhodog. lib. 30 c. 19.

Et Philoſophos Deorum amicos, & velut mundanos quoſdàm Deos venerabãtur. Plato ab Aeginetis captus, & capitali ſententia affici-endus, quòd cõtra legem ipſe Athenienſis eam vrbem intraſſet: Aniceris Cyreneus Platonem hac ratione liberauit: Quod de hominibus eã legem latam eſſe diceret, non de Philoſophis, qui heroicæ cuiuſdam naturæ participes, inter Deos & homines medij eſſe viderentur.

Neque viuis tantùm, ſed mortuis quoq; ho-nores decernebant, tam eorum ſcripta, quàm imagines & ſtatuas in bibliothecis publicis & priuatis aſſeruantes. Nam Mithridates rex Põti Athenis imaginem Platonis dedicaſſe legitur.

Docti post mortem honorati.

Mithridates

Sicut Alexander Seuerus imperator, Virgilij & Ciceronis imagines in larario habebat, authore Lampridio. Etsi Caius Celigula eas ex omnibus bibliothecis, vt ipse solus honoraretur, exterminare voluerit. Vniuersa verò Græcia Leontino propter singularem eruditionem statuam ex auro, in templo Apollinis Delphici collocauit, cum cęterorum hactenus auratas posuisset. Macedones verò quomodò Euripidis Poetæ mortui, ossa & sepulchrum honorarint, ipsius epitaphium declarat:

Valer. lib. 8. cap. 16.

Gellius 15. Noct. Atti car. ca. 20.

οὔποτε σὸν μνῆμα Εὐριπίδης ὄλεται.

Nunquam tua memoria, tuum monumentum Euripides peribit.

Valerius li. 8. 5. vltim. Volaterranus lib. 18.

Crotoniatæ Pytagoram dum viueret præ omnibus venerati sunt, post mortem verò domum ipsius, Cæreris sacrarium fecerunt. Sicut Epicteti philosophi lucernam fictilem tribus drachmarum millibus emptam fuisse, Lucianus refert. De gloriosissimis Romanorum Imperatoribus quid dicam? quantum illi pro sua pietate literatos cæteris hominibus prætulerint, omnium ferè vetustissima optimorũ authorum monumenta, & priuilegia, atq; immunitates quas Academijs & studiosæ iuuentuti contulêre, declarant. Prædicat Suetonius Tranquillum Augustũ, quod eruditos viros magno honore affecerit, & ingenia puerorum fouenda curârit. Alexandrum Seuerum Lampridius, quod in omni consilio doctos viros cęteris imperij ordinibus prætulerit. Panormitanus Alphonsum Aragonię regem, quod vel militibus

suis,

suis, qui libros repertos afferrent, magna munera donarit, ipse verò apertum librum pro symbolo gestarit, re ipsa declarans ingenuarũ artium doctrinam Regibus inprimis necessariam esse. Cùm autem aliquandò ad Ouidij Nasonis patriam victor venisse: Ego, inquit, huic regioni, quæ non parua regni Neapolitani, nec contemnenda pars est, libẽter cesserim, si temporibus meis datum esset, hunc Poetam vt haberent, quem mortuum, pluris ipse facio quàm Aprucij dominatum. Caietam verò oppugnaturus, saxa & tormenta, quibus vehementer eo tempore indigebat, ex viciniori agro depromi iussit, sed vbi villam Ciceronis fuisse intelligeret, malle se inquit, tormentis nunquam vti, quàm eam villam violare. Quemadmodum & Sigismundus imperator ab imperij principibus reprehensus, quod literatos viros altius prouehere videretur: Ego verò eos inquit amo, quos natura alijs antestare voluit. De Cæsare literis mandatum est, quod Alexandriam victor ingressus, Arium Philosophum celebrem, in magna corona clarissimorũ hominum, solũ adeò sibi iunxerit, & vt ciues eum suspicerent, diu manu familiariter colloquens, tenuerit.

Ouidij patria honoratur.

Ciceronis villa.

Sigismundi Imperatoris præclara sententia.

¶Alexãder Magnus Aristotelem præceptorẽ suum merito coluit. Anaxarchum quoq; maiorem in modum obseruauit. Diogenemq; Cynicum se esse velle dicebat, nisi Alexander esset. Tantoque studio Iliadem Homeri dilexit, vt eam rei militaris viaticum appellaret, eádemq; dormiens sub puluino cum pugione teneret.

Afri-

Africanus Ennij poetæ ſtatuam in ſepulchro ſuo collocari iuſsit, vt poſteri cernerent, quanti Africæ victor, feciſſet poëtam illum, qui primus apud Latinos heroicum carmen ſcripſit, & geſta Romani populi celebrauit. Gn. Pompeus confecto bello Mitridatico Poſsidonij domum ingreſſurus, fores à lictore percuti ex more vetuit, & faſces lictorios ianuæ ſubmiſit is, cui ſe Oriens Occidenſque ſubmiſerat. M. Anthonius ad Apolonij philoſophi ædes diſcendi cauſa non raro ſe contulit. Talem honorem pagani, Principis olim literis habuiſſe leguntur.

M. Cicero cùm pretura fungeretur, Anthonij Guiphonis, qui Grammaticam profitebatur domum frequentabat. Carolus V. Imp. Caſparum Cótarenum Mediolani ſuo lateri ob maximam eruditionem & prudentiam in omni illa pompa hærere voluit. Et cum Bononiæ coronaretur à Cleméte PP. VII. illius Academiæ Profeſſores inſignijs & priuilegijs equitum comitumque perpetuo honorauit. Porrò viri Philoſophi non ſolum in conſilijs capiendis, & dextrè, feliciterque grauiſsimis legationibus obeundis ſuam operam nauare Imperatoribus potuêre: verùm etiam eorum res geſtas, præclarè dicta, factaque ad poſteritatem cum dignitate tranſmittere, vt multi ad eorum imitationem excitarentur. Rectè enim M. Cic. ſcribit tantas omnium virtutes eſſe, quantas videri eas voluerint, qui vniuſcuiuſque facta deſcripſerunt. Quare Alexáder Magnus vbi ad Achilles

Ioannes Caſa in Hiſt.

lis sepulchrum venisset, grauiter ingemiscens. Flauius Vopiscus in Probo.
O felicem te, inquit, iuuenem, qui Homerum tuarum virtutum præconem reperisti. Cumq; nuntius fortè egregiã ipsi victoriam referret: quid mihi ait, bone vir magni nuntiabis, nisi nunties Homerum reuixisse. Talem historiæ præconem requirens, qualis fuit Homerus. Et Ennius Poëta gratam sui in epitaphio memoriam renouaturus:

Aspicite ò ciues senis Ennij imaginis formam, Cic.lib.1.
Hic vestrum panxit maxima facta Patrum. Tusculan. quæstion.

Sicut Horatius fontem Blandusium se authore immortalem fore pollicetur. Lib.3.Car. Ode 13. Nam doctorum virorum elaborati commentarij, optimorumque Poëtarum versus multo diuturniorem memoriam gignunt, quàm statuę aut Pyramides.

Exegi monumentum ære perennius, Horat.lib.
Regaliq; situ Pyramidum altius: 3.Ode.vlt.
Quod non imber edax, non aquilo impotens.
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, & fuga temporum.
Quid foret Ilia
Mauorti&q; puer, si taciturnitas Li.4.Ode 8.
Obstaret meritis inuida Romuli?
Dignum laude virum Musa vetat mori
Cælo Musa beat, &c.

Macedonum Rex ante prælium Musis sacrificabat, vt præclara facinora præclaræ orationes sequerentur, C. Pompeium, inquit Vopiscus, multarum rerum maiestate sublimem

quis

quis tandem nosset,nisi eum,M.T.& T.Liuius in literas retulissent?P. Scipionem Africanum, Scipiones omnes, Lucios, Nasicas,nonnē vmbræ possiderent ac tegerent,nisi commendatores,istorum historici nobiles atq; ignobiles extitissent. Tacitus Imperator,C.Tacitum historicum,patrem appellabat,eiusdemq; libros decies per singulos annos,ne perirent,describi curabat,teste Vopisco. Ipse Cicero ad Luciū Luceium scribēs, petit vt nomen suum ipsius scriptis celebretur, quod vnus Xenophontis liber in Agesilao rege laudando facilè omnes imagines hominum,statuasq; superauerit. Similiter Plinius ad Tacitum : Auguror, inquit nec me fallit augurium, historias tuas immortales futuras, quo magis illis inseri cupio. Nam si esse nobis curæ solet,vt facies nostræ ab optimo artifice exprimantur,nonne dabimus operam,vt operibus tui similis prædicator contingat?

Alexander Seuerus,amabat doctos,& reformidabat quoq;, ne quid asperum de se scriberent,teste Lampridio. Dionysius Siciliæ Tyrānus doctissimos semper viros apud se habere conabatur,vt si non Doctior meliorq; saltē admirabilior hominib. fuerit. Plutarcho authore Quintilianus Mandosius semper signatura gratiæ titulo de dispensatione ad plura beneficia, Doctis viris præmia & honores deberi affirmat,per hoc sapiēt.c. 7. Venerunt mihi pariter omnia bona cum illa, sapientia,& innumerabilis honestas per manus illius & per hoc Esdræ: Magnifice exaltati sunt in verbis legis quibus edocti

lib. 2. Esd. c. vlt.

edocti erāt. Nec enim viri docti viui atq; præsentes tantum docendo prosunt, sed hoc idem etiam post mortem monumentis literarum assequuntur.

Quoniam ergò doctissimi viri bonarum literarum præsidio, Principū & Rerumpub.curas & negotia deuorare: atque perpetuam ipsis apud gratam posteritatem memoriam parare possunt: meritò ab ipsis iterum honorantur. Alioqui à docendo resiliunt, & in alia gratiòra loca non sine grauissimo earum vrbium dedecore,& maximo sępè detrimento proficiscuntur.Nam quia artibus inquit Iuuenalis, honestis,

Nullus in vrbe locus,nulla emolumenta laborum: Satyra 3.
Res hodie minor est,heri quàm fuit, atq; eadē cras
Deteret exiguis aliquid, preponimus illuc
Ite,fatigatas vbi Dedalus exuit alas.

Rursus.

Pœnituit multos vana sterilisq; cathedra
Sicut Trasimachi probat exitus atq; secundi
Carinatis,& hunc inopem vidistis Athenæ,
Nil præter gelidas,ausa conferre cicutas.

Ideoque Iuuenalis Traianum Cęsarem predicat à cultura studiorum Satyra 7.

Et spes & ratio studiorum in Cæsare tantum
Solus enim tristes hac tempestate Camænas
Respexit ,cum iam celebres notiq; Poetæ
Balneolum Gabijs Romæ conducere furnos
Tentarent:nec fœdum aliq;,nec turpe putarent,
Precones fieri,cùm desertis Agamippes
Vallibus esuriens migraret in atria Clio.

Quæri-

Quæritur Molinæus in tractatu de vsuris, quòd in ista temporum iniquitate non suppeditentur necessaria ad repurgandam Iurisprudentiam ijs viris, qui sua industria magnum lumen officinæ iustitiæ & reip. adferre possent. addit quod ipse propter turbas Gallicas ex vno loco in alium fugere, & de suo viatico tributum soluere cogeretur. Ob istam igitur ingratitudinem fit, vt docti viri stationem deserant, & ad quietem se componant.

Propter inopiam doctorũ virorum libri pereunt.

Aut si maximè fortunæ iniuriam ferre, & in officio & Reipub. negotijs persistere velint, optimi clarissimorum autorum libri propter sumptuum magnitudinem pereunt, qui Magistratus liberalitate ab ipsis in lucem proferri potuissent.

Iuuenalis satyr. 3.

Iamq; vetus Græcos seruabat cista libellos,
Et diuina opici rodebant carmina mures.

Non sine magna ratione tam diligenter asscripsit Nicephorus, lib. 5. c. 15. Quod Origeni vtiles libros scripturo Notarij & puellæ quædam adhibitæ fuerint.

Imperante autem Constantino, plurima studiosissimorum hominum ingenia floruere. Ipse enim Imperator eruditos viros, & bona studia liberaliter colebat. Iustinia. propter pecuniæ inopiam liberalium artium Professoribus, constituta à maioribus stipendia, ademit: Sed pernitiosissimum illud consilium, authore Zonora, rescissum est. Nam vt temperies & clementia aëris, copiam atque vbertatem frugum: sic humanitas & munificentia Principum bonas

bonas artes, excellentiaque ingenia producit. Sicut tempore Basilij Magni per Cappadociam multi doctissimi viri extitisse legũtur, quia omnes Cappadocum filij, vt cum pietate bonas artes coniungerent, & liberaliter instituerentur, eruditi verò ad maximos honores peruenirent, diligentissimè curabat. Vtinam hoc Episcopi nostri imitarentur.

Porrò Candiani Iouem Saturnum apud se natos ignorant, eo quòd literas non discant. Sic apud hos, qui literas ignorant in magna obscuritate latent ea, quæ apud alios in summa laude collocantur.

Magnæ igitur & pręgnantes causæ legumlatores & Principes impulerunt, vt bonarum artium Academijs, & professoribus atque alumnis tanta priuilegia decernerent. De quibus DD. ad auth. Habita C. Ne filius pro patre. Et titulo de Magistris.

Petrus Rebuffus. Ia. Benius, Menoch. de arbit. Iudicum, & alij ex professo scripserunt.

Procuret autem Magistratus ne in republica studiosi iniuriam patiantur. Nam qualiter Athenienses olim à Seuero Imperatore propterea puniti fuerint, in eorum Academia ostendetur.

PLVRIMVM RESPVBLICA debet bonarum artium professoribus, & præclarum est alios docere.

CAPVT VII.

MVltum profectò debet respublica ijs ciuibus, qui probos & ingenuos libe-

Quæritur Molinæus in tractatu de vsuris, quòd in ista temporum iniquitate non suppeditentur necessaria ad repurgandam Iurisprudentiam ijs viris, qui sua industria magnum lumen officinæ iustitiæ & reip. adferre possent. addit quod ipse propter turbas Gallicas ex vno loco in alium fugere, & de suo viatico tributum soluere cogeretur. Ob istam igitur ingratitudinem fit, vt docti viri stationem deserant, & ad quietem se componant.

Propter inopiam doctorũ virorum libri pereunt.

Aut si maximè fortunæ iniuriam ferre, & in officio & Reipub. negotijs persistere velint, optimi clarissimorum autorum libri propter sumptuum magnitudinem pereunt, qui Magistratus liberalitate ab ipsis in lucem proferri potuissent.

Iuuenalis satyr. 3.

Iamq; vetus Græcos seruabat cista libellos,
Et diuina opici rodebant carmina mures.

Non sine magna ratione tam diligenter asscripsit Nicephorus, lib. 5. c. 15. Quod Origeni vtiles libros scripturo Notarij & puellæ quædam adhibitæ fuerint.

Imperante autem Constantino, plurima studiosissimorum hominum ingenia floruere. Ipse enim Imperator eruditos viros, & bona studia liberaliter colebat. Iustinia. propter pecuniæ inopiam liberalium artium Professoribus, constituta à maioribus stipendia, ademit: Sed pernitiosissimum illud consilium, authore Zonora, rescissum est. Nam vt temperies & clementia aëris, copiam atque vbertatem frugum: sic humanitas & munificentia Principum

bonas

bonas artes, excellentiaque ingenia producit. Sicut tempore Basilij Magni per Cappadociam multi doctissimi viri extitisse legũtur, quia omnes Cappadocum filij, vt cum pietate bonas artes coniungerent, & liberaliter instituerentur, eruditi verò ad maximos honores peruenirent, diligentissimè curabat. Vtinam hoc Episcopi nostri imitarentur.

Porrò Candiani Iouem Saturnum apud se natos ignorant, eo quòd literas non discant. Sic apud hos, qui literas ignorant in magna obscuritate latent ea, quæ apud alios in summa laude collocantur.

Magnæ igitur & pręgnantes causæ legumlatores & Principes impulerunt, vt bonarum artium Academijs, & professoribus atque alumnis tanta priuilegia decernerent. De quibus DD. ad auth. Habita C. Ne filius pro patre. Et titulo de Magistris.

Petrus Rebuffus. Ia. Benius, Menoch. de arbit. Iudicum, & alij ex professo scripserunt.

Procuret autem Magistratus ne in republica studiosi iniuriam patiantur. Nam qualiter Athenienses olim à Seuero Imperatore propterea puniti fuerint, in eorum Academia ostendetur.

PLVRIMVM RESPVBLICA debet bonarum artium professoribus, & praeclarum est alios docere.

CAPVT VII.



MVltum profectò debet respublica ijs ciuibus, qui probos & ingenuos liberos

ros producunt, longè plura debet magiſtris, quam benè beatæque viuendi authores ſunt: Quique hoc ſuo labore & induſtria faciunt, vt non ſolum numero rempublicam augeant, ſed tales quoq; euadant, qui periculoſiſsimis temporibus rempublicam tueri atque defendere poſſunt.

Plurimum opinor Themiſtocli ſe debere florentiſsima quondam Græcia libenter fatebitur, quod potẽtiſsimi hoſtis metu ſaluberrimis conſilijs eam liberarit, at longè maiorem gratiam debet his qui talem virum fecerunt. Veteres quidẽ benè de republ. meritis ſtatuas, arcus, & neſcio quos titulos honoris gratia ponebant: ſed nulli magis eo honore digni ſunt, quàm qui in educãda iuuentute, & inſtituendo populo Chriſtiano fidelem operam nauãt. Supra modum reipublicæ intereſt, vt probos rectéq; moratos ciues habeat, & bonũ magiſtratum, principemq; bonum: at hoc ipſum debet magiſtris quàm ſommo labore tales reddiderunt, qui grauiſsimo omnium exitio mali euadere potuiſſent, aut in malitia, vnde eos per fidelem doctrinã reuocarunt, perduraſſent. Plutarchus neminem de republica melius mereri arbitratur, quàm qui iuuenum & præſertim principum animos optimis artibus & virtutibus imbuerit. Et Iſocrates regnum vehementer amplificare ſcribit, qui regis mẽtem excolunt: eoſque tam his quam imperant, quam qui parant imperio præclarè mereri affirmat. Imò Socrates rogatus, quare non adminiſtra-

ret

ret rempublicam cùm administrandi rationem optimè sciret, respondit, eum vtiliorem reipublicæ, qui multos ad gubernandam faceret idoneos, quam qui ipse eam gubernaret. Tybicen in bello captus, insontem se esse, neminemque occidisse, ideoque dimittendum aiebat: hostes contra, tanto magis puniendum clamabant, quod alios ad dimicandum imitaret. Qui præterea etiam libros scribunt, non modò præsentes viuique prosunt, sed hoc idem post mortem quoque monumentis bonarum literarum assequuntur.

Iam verò quantum in eo momenti sit, vt populus in sacris concionibus ad pietatem & ad obediendum DEO, & legitimo magistratui, virtutumque studia incitetur, quotidiana exempla declarant, quando vnus sæpè homo totam ciuitatem conseruare, & perdere cernitur. De difficultate & molestijs quæ, hanc functionem consequuntur, quid dicam? Terentianus Geta cùm puerorum magistrum se relictum à senibus affirmaret, respondet Dauus: *prouinciam ò Geta cæpisti duram.* Nam adeo varium, & multiplex, corruptumque nunc est puerorum ingenium, vt præceptoribus facessat negotij plus satis. Vt rectè in eos quadret illud Horatij: *Vide lib. 4. Esdræ ca. 14.*

Vellunt tibi barbam
Lasciui pueri, quos tu nisi fuste coerces
Vrgeris turba circum te stante, miserq;
Rumperis, & latras magnorum maximè regū.

D 2 Nam

Nam vt rectè instituatur iuuentus, & erudiantur auditores, infinitos labores perferre, & incredibiles molestias deuorare coguntur. Vt de suo præceptore scribit Persius:

At te nocturnis iuuat impallescere chartis,
Cultor enim iuuenum purgatas inseris aures,
Fruge Cleanthea.

Præterea multi ludimagistri atque pastores, dum reipubl. bonos ciues & gratos principes efficere per fidelem institutionem atq; doctrinam conabantur, trucidati fuerunt, quidam in grauissimum vitæ & fortunarum discrimen propterea venerunt. Vnde apparet quàm præclarè de republica & Ecclesia DEI mereantur boni magistri, & populi Christiani doctores: ac quantoperè propterea honorari debeant. Quod si verò bonis quandoque inferiores, aut etiam fortè mali, ex fauore & vitio malè iudicantium, præferantur: minimè desperent, sed ex eo potiùs ad spem diuinæ mercedis æternæque beatitudinis excitentur, authore Iustino philosopho & martyre, vbi erit pœnæ & præmij differentia, bonorumque & malorum discrimen. Certò sibi persuadentes, quanto plus reliquis laborarint, minusque pro laboribus mercedis acceperint, tantò vberiùs sit iustus iudex Deus remuneraturus. Nam suis professoribus, auctoribus, defensoribusque ipsa sapientia vitam æternam pollicetur. Qui operantur in me, non peccabunt, qui me elucidãt, vitam æternam habebunt. Hæc est enim liber vitæ, testamentum altissimi, & agnitio veritatis.

Iustinus quæst. 126

tatis. Quo pertinet illud Esdræ 3. ca. vlt. Magnificè exaltati sunt in verbis legis, quibus edocti erant. Nam docti, teste Daniele, fulgebunt sicut splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Propter quod immortale præmiũ, libenter se profiteri affirmat Iason Iurisconsultus. Sicut Isocrates clarissimus Orator etsi vehementer improbat, quod qui pro republica huiusmodi labores capiunt, animoque ita se parant, vt quamplurimis prosint, nullo aut perexiguo honore dignentur ciuitates: tamen gloriam ipsam, quę bonos viros semper comitatur, sat magnum laboris præmium iudicat. Regum omnium sapientissimus Salomon, agnoscenti, diligenterque consideranti, atque pascenti pabulo sapiẽtiæ & veritatis pecus & gregem suum, sempiternam coronam promittit. Ecclesiast. verò taxat eos, qui sapientiam suam abscondũt, nec quicquam ipsis inde periturum ait, sed scientiam eorum magis tanquam inundationem abundare, & consilia eorum sicut fontem vitæ permanere. Apostolorum vertex Petrus Prælatis, magistris, atque Doctoribus Ecclesię Christianę, suo tempore coronam immarcessibilem à Christo recepturus affirmat. Ipse etiam saluator omniumque magistrorum supremus magister Iesus Christus, cùm Apostolos suos sal terræ, & lucem mundi pronuntiasset: multas iniurias ab improbis hominibus odium inuidiamque ab vniuerso mundo ipsis imminere prædicit, sed sempiternũ inde gau-

Prouerb. cap. 27.

Eccl. 20. & 21.

Petrus 1. cap. vlt.

dium, perpetuamq; beatitudinem pollicetur. Magnos quoq; futuros, ait in regno cælorum, qui & piè ipsi vixerent, & rectè alios docerent. Quo præmio cùm nullum aut maius promitti, aut exhiberi præstantiùs queat: nemo propter ingratitudinem reipublicę, vel etiam auditorum inciuilitatem, facilè à docendo abstinere debet.

Hom. 79. in Matth. Chrysostomus enim nullam rem Deo gratiorem ait esse, quàm vitam suam ad communem vtilitatem, & conseruationē rerumpublicarum conferre. Nec quenquam propterea excusari asseuerat, quòd parum sibi eruditus videatur: quia etsi Petrus, Ioannes, cæteriq; Apostoli rudes & illiterati fuerunt, tamen quòd magno studio communem vtilitatem complexi fuerant, cælorū principes euaserunt. Vix enim vlli hominum ordini verius conuenit illud Ciceronis: *In somnio Scipionis.* Omnibus qui rempublicā conseruant, certum esse in cælo definitum locum, vbi beati sempiterno æuo fruantur. Nam inter ea quæ ab hominibus colendi Dei gratia rectè fiunt, nihil illi tam gratum, acceptumque est, quàm pro virili operam dare, vt homines reddantur meliores. Auctore Iustino martyre. *Libro de Arist. dogmatibus.* Ne dicam quòd ipsius veræ sapientiæ natura sit, cupere dilatari, & velut lux quædam velle accendi, ac in multorum animos transfundi. Cur ergò, cum & ipsa hoc desideret, & reipublicæ necessarium sit, nollet vir bonus eam profiteri? Cur quod scire, pulcherrimum est, non esset gloriosum docere? Præsertim cùm rectè

Stoici

Stoici dixerint: quæ in terris gignuntur, hominum causa creari, homines autem hominum gratia esse genitos, vt ipsi inter se alij alijs prodessent: ideoque in hoc naturam ducem sequi oportere, vt quisque communes vtilitates in medium afferret. Plato etiam ortus nostri partem sibi aliquam patriam vendicare aiebat. Et Cicero sapientum atque senum officia, ait, postulare, vt & amicos, & iuuentutē, & rempublicam consilio & prudentia adiuuent. Præterea ad perfectam eruditionem mirificè adiuuat, docere. Putei qui exhauriuntur, inquit, Alexandrinus Clemens, emittunt aquam magis perspicuam: corrumpuntur autem ij, quorum nullus est particeps. Ferrum quoque vsus seruat purius, vsus verò defectus ei generat rubiginem. Quid iuuat sapientia, quæ non efficit sapientem illum qui potest audire? Docens aliquis plus discit, & dicens sæpè vna audit cum ijs qui ipsum audiunt: vnus est enim magister & eius qui discit, & eius qui audit, qui & mentem irrigat & rationem. Idem probat insignis ille Iurisconsultus Panormitanus ad c. 1. extra de magistris, vbi recitat hos versus.

Clemens lib. 1. stromatum.

Discere si cupis, doceas, sic ipse doceris
Nam studio tali tibi proficis atque sodali.

LIBERALIVM ARTIVM atq; linguarum studia Christianis non tantùm permissa, sed necessaria existere, & quod hæc ad salutem Ecclesiæ atq; Reipub. Christianæ referenda sint.

CAPVT VIII.

VTrum in philosophia, & linguarum, bonarumque artium studio tantum operis atq; laboris ponere Christianis liceret, ac quamobrem hæc perdiscenda viderentur, qualemq; humana eruditio sibi propositum finem haberet: Aliqui superioribus temporibus dubitauerunt, & varia in vtramq; partem argumenta ab ingeniosissimis hominibus deprompta fuêre. Vnde etsi supra pluribus à me verbis edissertum est, breuiter tamen hoc loco demonstrandum putaui, non modò hoc studium viro Christianissimo permissum esse, sed vtilissimum quoque & prope necessarium existere, si rectè vsurpetur, ac finem suum norit. Quod non modò diuinarum rerum scientia, & humaniores literæ, bonarumque artium atque linguarum studia ab ipso DEO, ad salutem humani generis demonstrata, & authore spiritu sancto propagatæ sint, supra demonstraui, & apud Gratianum, Mosis, Danielis, Salomonis, & aliorum exemplo comprobatur, qui in omni scientia Aegyptiorum, & Chaldæorum eruditi fuerunt. Additur: Quod propterea DEVS voluerit per Iudæos Aegyptum auro & argento spoliari, vt homines doceret, si

aurum

aurum sapientiæ, vel argentũ eloquentiæ apud Poëtas inuenerimus, in vsum salutiferæ eruditionis vertamus. In Leuitico etiam primitias mellis, id est, dulcedinem humanæ eloquentię, Deo iubemur offerre. Magi quoque tria munera obtulerunt, in quibus nonnulli tres partes philosophiæ volunt intelligi. Et Ambrosius super epistolam ad Collossenses ait: Omnis ratio supernæ scientiæ, & terrenæ creaturæ in eo est, qui est caput earum & auctor. Et Cassiodorus in expositione psalterij testatur, quod omnis splendor rhetoricæ eloquentiæ, omnis modus poeticæ locutionis, à diuinis Scripturis sumpsit exordium. Gratianus c. legimus dist. 37. Et venerabilis ille Beda in lib. Regum. Turbat acumen legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis secularibus libris omnibus modis existimat prohibendos In quibus si quæ inuenta sunt vtilia, quasi sua sumere licet. Alioqui Moses, & Daniel sapientia & literis Aegyptiorum Chaldæorumque nõ paterentur erudiri: quorum tamen superstitiones & delitias horrebant: nec ipse magister gentium aliquot versus Poetarum suis scripturis vel dictis indidisset. Cur ergo legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legenda probantur. c. Turbat, distinct. 37. Iterum Hieronymus Danielis exemplo probat, non esse peccatum secularibus literis erudiri, ad ca. 1. Danielis: Qui de mensa & vino Regis nolunt comedere ne polluantur, vtique si sapientiam atque doctrinam Babyloniorum scirent esse peccatum, nunquam ac-

quiescerent discere, quod non licebat. Discunt autem non vt sequantur, sed vt iudicent atque conuincant: quomodo si quisquam aduersus Mathematicos velit scribere imperitus mathesios, risui pateat, & aduersus Philosophos disputans, si ignoret dogmata Philisophorum. Discant ergò ea mente doctrinam Chaldaicam, qua & Moses omnem sapientiam Aegyptiorum didicerat. Idem si quando cogimur literarum secularium recordari, & aliqua ex his discere, quæ olim omisimus, non nostræ est voluntatis, sed (vt ita dicam) grauissimæ necessitatis: vt probemus ea, quæ à sanctis Prophetis ante secula multa prædicta sunt, tam Græcorum quam Latinorum & aliorum Gentilium literis contineri. c. Qui de mensa distinct. 37. De quibusdam locis ad nos refertur, neque Magistros neque curam inueniri pro studio literarum. Idcirco ab vniuersis Episcopis subiectis plebibus & alijs locis, in quibus necessitas occurrerit omnino cura & diligentia adhibeatur, vt Magistri & Doctores constituantur, qui studia literarum, liberaliumque artium dogmata assiduè doceant, quia in his maximè diuina manifestantur, atque declarantur mandata. c. De quibusdam distinct. 37.

Et Augustinus contra Faustum Manichæum lib. 13. cap. 15. Si quid veri de Deo Sybilla, vel Orpheus, alijúe gentilium vates, aut Philosophi prædixisse perhibentur, valet quidem ad reuincendam paganorum vanitatem, non tamen

men ad iſtorum auctoritatem amplectrndam. Quantum enim diſtat de Chriſti aduentu inter prædicationem angelorum, & confeſsionem dæmonum, tantum inter authoritatem Prophetarum, & curioſitatem ſacrilegorum. c. Si quid diſt, 37.

Idem Auguſtinus in libris de Ciuitate Dei, ingentem fructum capi ex lectione veterum Poëtarum atque Philoſophorum demonſtrat, ſi quis rectè vtatur. Vt rectè dixerit Quintilianus Mandoſius: fateantur omnes ſcientiarum Profeſſores, ſe Ariſtoteli multum debere. Hic enim omnia optimè nouit, omniq́ue mirabili quadam methodo ſcripta poſteritati reliquit, vt eo ducè cuilibet non obtuſi ingenij datum ſit, adire Athenas, adoptatosq́ue ſcientiarum quarumcunq; fines peruenire. Gregorius Nazianzenus, quem ab inſigni eruditione ſapiens quondam Græcia Theologũ vocabat, in monodia Baſilij Magni auctor eſt, quod ipſe cum Baſilio harum doctrinarum gratia in diuerſis Prouincijs & Academijs ſummos labores & maxima pericula ſubierit.

Exiſtimo enim, inquit, apud omnes qui ſapiunt, iam eſſe in confeſſo, quod eruditio ſeu diſciplina primum eſt omnium bonorum: nõ ſolum Chriſtiana, quæ nõ dictionum pulchritudinem, ſed rerum ſenſum & intelligentiam ſequitur: Verùm & ea, quæ extra fidem eſt, quámuc Chriſtiani nonnuli velut à Deo ſeparatum odio habuêre. Male quidem iudicantes,

Sic enim quoniam aliqui ex philoſophia aliena noxam contraxerunt, ac in errores varios inciderunt, ea de cauſa illam deſpiciũt,eodem modo & hi cælum,terramque, & omnia quæ in eis ſunt, odio poterint habere. Quando plures inueniuntur qui hæc Deos conſtituunt, aut his alioqui abutuntur. Similiter autem & ignis, & elementa cætera, & cibus ipſe, quæ interitum ac perniciem malè vtentibus ferunt, ab omnibus mala videbuntur. Verùm contra conſpicimus, quòd non ſolùm ea quæ de genere ſunt meliorum, ſed omnino etiam peſtifera atque vitanda, interdum probè ea accommodantes iuuare inueniantur. Iamque ex viperæ carne ſingulare morbis remedium eſt inuentũ, quod theriacam appellant. Sic igitur ex Græcis doctrinis quæcunq; ad naturæ cognitionem morumque inſtitutionem faciunt ediſcamus, quæ verò ad errores & ſuperſtitionem, vitemus. Nec enim ex eorũ dogmatis parum proficimus. Quomodo,inquis? Si noſtra cum illis conferamus, ac comparatione, vt ſancta,pura, & integra, vera illis probroſis,impuris,ineptis, longè præſtare noſcamus. Non itaque vlla deſpicienda eſt diſciplinæ cognitio, cùm de genere bonorum ſit omnis ſcientia: quin potius ipſam ſpernẽtes, vt ruſticos & planè ignauos exiſtimare debemus, qui liben er omnes pariter ignaros eſſe vellent, vt ipſorum ignorantia in communi latens minimè deprehendi, aut ab alijs taxari valeat. In eandem ſentẽtiam Socrates grauiſsimus hiſtoriæ Eccleſiaſtæ ſcriptor: Gen-

Socrates li. 3 cap. 15.

Gentilis, ait, eruditio neque à Christo, neque ab ipsius discipulis, vel, vt diuinitus instituta, probata est, vel, vt noxia, reiecta est. Et hoc, vt opinor, non inconsideratè fecerũt; multi siquidem eorũ, qui apud gentiles philosophati sunt, haud procul à cognitione Dei fuerunt. Nam illis qui prouidentiam Dei sustulerunt, vtpote Epicureis, & alijs contentiosis per scientiam logicam fortiter restiterunt, inscitiamque illorum subuerterũt: & hisce libris vtiles illis sunt, qui pietatem cupidè amplectuntur. Etsi ipsum doctrinæ caput non apprehenderunt, vt Christi mysterium à generationibus ac seculis absconditum cognoscerent. Cumq; hoc Paulum Apostolum ad Romanos apertè declarasse docuisset Socrates, subiungit: Igitur per hoc quod non vetuit gentilium discere literas, sententiæ volentium liberum permisit. Et hęc vna ratio ad propositam nobis sit dicta quæstionem: altera huiusmodi est Scripturæ diuinitus inspiratæ admiranda quidẽ ac verè diuina dogmata docent, multumque religionis, ac rectam vitam auditoribus induunt, & piam studiosis fidem exhibent: artem verò dicendi non docent, qua posit illis resisti, qui veritatem impugnare volunt. Fortiter autem expugnantur hostes, quando aduersum eos ipsorum armis vtimur. Hoc Iouinianus considerans lege statuit, vt Christiani Gentilium literis imbuerentur. Ipseq; Christus nobis & huius Apostolus hoc significat, vt simus probati Trapezitæ, qui omnia probemus, & quod bonum est retineamus,

neamus,attendamusque ne quis nos per philosophiam & vanam seductionem depredetur. Hoc autem nobis non accidit, si armis hostium potiamur, & potiundo non qua hostium sunt sapiamus, sed quod malũ est aduersemur, bonum verò & veritatem habẽtes,omnia probemus & vsurpemus: Bonum enim vbicunq; fuerit, proprium est veritatis. Quòd si quis nos ista violenter dicere putat, consideret Apostolum non modò uon prohibere gentilem eruditionem, sed perspicuè & ipsum eam non neglexisse, eo quòd multa à gentilibus dicta nouerit. Alioqui vnde motus dixit: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri, nisi quòd Epimenidis Cretensis viri initiati oracula legit? Aut vnde & illud nouit: cuius genus sumus, nisi quam quæ videntur Arati Astronomi didicit? Quin & illud: Corrumpunt bonos mores colloquia praua, ostẽdit illi Euripidis dramata non fuisse inaudita. Et quid opus est multis? inde ab initio tanquam ex consuetudine quadam non prohibita ecclesiastici doctores gentilium literas ad ipsam vsque senectutem exercere deprehenduntur, partim vt linguam instruant, & mentem exerceant, partim vt eos ipsos condemnent qui illis sunt vsi, hactenus Socrates. Quòd infinitis clarissimorũ scriptorum testimonijs, nisi per se clarum esset, comprobarem. Nam ego quidem philosophiam artesq; liberales nõ sine grauissimis de caussis ab ipso Deo hominibus monstratas fuisse existimo, quarum adminiculo rectè suam rem publi-

publicam gubernarent, & singularum rerum caufas naturasque peruestigarent, multoque facilius per eas ad sui ipsius atque adeo Dei sui notitiam peruenirent, verum à falso discernerent, veritatem retinerent, propugnarent, atq; imperitos docerent: falsitatem verò & errores, hæresesque redarguerent. Id quod sine linguarum & bonarum artium doctrina fieri nō potest. Quocirca Christianorum Cicero, Lactantius Firmianus: Discendæ sunt literæ istæ communes propter vsum legendi, quia in tanta rerum varietate nec disci audiendo possunt omnia, nec memoria contineri. Grammaticis quoque non parum operæ dandum est, vt rectam loquendi rationem scias, nec oratoria ignoranda est, vt ea quę didiceris proferre atque eloqui posis. Geometria quoque & Musica, & Astrologia necessaria est, quòd hæ artes cum philosophia habent aliquam societatem. Cumque docuisset philosophos oratores atque poëtas suauitate sermonis, & carminum dulci modulatione in quamcunque sententiam facilè imperitos permouere: Ob eã inquit, causam volui sapiētiam cum religione coniūgere, ne quid studiosis illa inanis doctrina possit efficere: vt iam scientia literarum nihil noceat religioni atq; iustitię, sed etiã prosit quàm plurimum, si is qui eas didicerit sit virtutibus instructior, & veritate sapientior. Nec tam in malo statu res est, vt desint sanæ mentes quib. & veritas placeat, & monstratũ sibi rectũ iter & videãt & sequãtur; circũliniatur modò poculũ cœlestis

Lib. 2. Institutionum c. 25.

Lactantius præfat. lib. 5 ad Constantinũ Imp.

cæleſtis ſapientiæ melle, vt poſsint ab imprudẽtibus amara remedia ſine offenſione potari, dum illiciens prima dulcedo, acerbitatem ſaporis aſperi, ſub prætextu ſuauitatis occultat. Nam hæc in primis cauſa eſt, cur apud ſapientes, doctores, & principes huius ſeculi Scriptura ſancta fide careat, quòd Prophetæ communi ac ſimplici ſermone, vt ad populum, ſunt locuti: contemnuntur itaque ab ijs, qui nihil audire vel legere niſi expolitum ac diſertum volunt: nec quicquam inhærere animis eorum poteſt, niſi quod aures blandiori ſono permulcet, illa verò quæ ſordida videntur, anilia, inepta, vulgaria exiſtimantur. Ideo nil verùm putant, niſi quod auditu ſuaue eſt, nihil credibile, niſi quod poteſt incutere voluptatem, nemo rem veritate ponderat, ſed ornatu.

Et lib. 1. ca. 1. Multum nobis exercitatio fictarum litium contulit, vt nunc maiore copia & facultate dicendi cauſam veritatis peroremus. Quæ licet poſsit ſine eloquentia defendi, & eſt à multis ſæpè defenſa, tamen claritate & nitore ſermonis illuſtranda, & quodammodo differenda eſt, vt potentius in animos influat, & vi ſua inſtructa & luce orationis ornata.

Alioqui non credunt diuinis, quia fuco carent, ſed ne illis quidem, qui eas interpretantur, quod ſint parum docti.

Idem ait Auguſt. l. 1. c. fin. de Ciuitate Dei.

Ideoque lib. 2. cap. vlt. maiorem difficiliorem que luctationem ſibi propſitam eſſe conqueritur, cum philoſophis, quod eorum ſumma

ma doctrina & eloquentia, quasi moles aliqua sibi opponatur,&plus sit momēti in paucioirb. doctis, quàm in pluribus imperitis. Et propterea lib. 3. cap. 1. Tullianam, vel saltem proximam eloquentiam optat, vt quantum veritas vi sua propria valeat, tantum ingenij viribus nixa exerceret se, & humano generi clarissimum lumen inferret. Quod quidem duabus de causis vellet, tum vt magis credere homines possent ornatæ veritati, qui etiam mendacijs credunt, capti orationis ornatu, lenocinioque verborum: tum vt ipsi philosophi suis armis, quibus placere sibi & confidere solent, opprimerentur.

Et lib. 3. cap. 25. Hinc Plato ciuitatem de sapientibus voluit componi, & ipse Epicurus omnes ad philosophiā inuitabat, & Stoici etiam seruis atque mulieribus philosophandum esse dixerunt.

Iterum lib. 5. cap. 2. Philosophos extitisse tunc ait Bythiniæ, qui Paulum & Petrum, cæterosque Apostolos tanquam fallaciarum seminatores, rudesque & indoctos piscatores lacerarent.

Lib. 4. cap. vlt. queritur: Multos ad hæreses deflexisse, quòd sacris literis non essent satis eruditi, & veritatis accusatoribus respondere nequirent.

Vnde Vellæius apud Ciceronem lib. 2. de natura Deorū: Næ ego incautus, qui cum Academico & eodem rhetore congredi ausus sum. Nam neque indisertum Academicum perti-

muissem, neq; sine ista philosophia rhetorem quamuis eloquentem: tu vtraque re vales.

li.1.c.1

Propterea Lactantius suo exemplo omnes hortatur, vt cum bonis literis veram & piam diuinam sapientiam coniungant, seque ad eam tanquam portum tutissimum conferant.

Nic ph.lib. 4.& 5.

Quemadmodum Nicephorus Calixtus Pantenum, Origenem, Clementem, fecisse refert. Dorotheus autẽ Antiochenus in omni artium liberalium genere apprimè eruditus floruit, & diuinarum literarum gratia Hebraicam linguam egregiè perdidicit, Pierioque & Achillæ sacrarum Scripturarum professoribus, multũ in ea prouincia rectè obeunda profuit, studiũ philosophiæ, quæ sincera Euangelij dogmata & instituta clarissimè in apertum protulit. Quę studiorum ratio tantum quoque effecit Melitiũ vt mel Atticæ diceretur, & philosophis admirationi esset. Origenem Adamãtium tantopere coluerũt philosophi, vt libros ei suos dedicarent, & nonnunquã eos iudicio illius submitterent, magnamque vtilitatem ex artibus cyclicis & philosophia capi ad sacrarum disciplinarum doctrinam asserebat.

Nic ph. l.6.c.35.

Nicephorus eodem loco.

Idem l.7. c.12.

Lact.l.5. c.1.

Tertullianum quidem virum in omni genere literarum peritum extitisse astruit Lactantius sed in loquendo parum facilem, minus comptum, multumque obscurum, ideoq; parum gratum. Cyprianum verò, ait, pręcipuum & clarum fuisse, qui magnam sibi gloriam ab eruditione & eloquentia quæsierit, sed à doctis tamen huius seculi eius scripta derideri,

quòd

òd mystica sint quæ locutus est,& ad id prę- rata vt solis fidelibus audirentur. Parum cer contra veritatis hostes valiturum docet,nisi suis authoribus atque argumentis conuin- ntur: propterea que Cyprianum non potuisse sceptam contra Demetrianum veritatis & fi- i Christianæ defensionem perpurgare, ait, uòd hominem veritatis ignarum, qui argu- ientis & ratione refellendus erat, sacræ scri- turæ testimonijs, quā ille vtiq; vanam, fictā, ommentitiamque putabat, redarguere atque rgere studuerit. Quod ergo nunc contra tu- nultum popularem, & acerrimos veritatis & sepientiæ hostes quidam viri Catholici tā pa- ū proficiunt, minimè profectò miror. Nā si ac cidit Cypriano, scricit Lactātius, qui fuit inge- nio facili, copioso, suaui, & aperto, ornatus in lo quēdo, in explicando facilis, ac potēs in persua- dendo, vt per contemptū Cyprianus vocare- tur, quid accideret illis, quorum sermo ieiunus est & ingratus, qui neq; vim persuadēdi, neq; subtilitatē argumētādi, neq; vllā prorsus acer- bitatē ad reuincendū habent? Relinquitur er- go quod linguarum & liberaliū artiū cognitio in repub. Christiana perquàm necessaria sit: quippe sine qua nec imperiti rectè doceri, nec publica trāquillitas retineri, nec homines in of- ficio cōseruari possunt. Nullus deniq; in maxi- marum atq; supra modum necessariarum dis- ciplinarum studio, medicinæ nimirum, vel iu- risprudentiæ, vel sacræ Theologiæ, sine hac o- peræ pretium facturus est. Vnde Aurelius Au-

Lact. ntius lib. 5. c. 4. & 13.

Præfat. li. 5.

E 2 gustinus,

Lib. 2. de doctrina Christiana c. 31. & 37.

gustinus: Disputationis disciplina ad omnia genera quæstionum, quæ in literis sacris sunt, penetranda & dissoluenda plurimum valet. Tantum ibi cauenda est libido rixandi, & puerilis quædam ostentatio decipiendi aduersarium.

Libro de cognitione veræ vitæ.

Hiero. super Ezechi. lem.

Scientia conclusionum, & definitionum, & distributionum plurimum lectorem scripturarum adiuuat: tantum absit error, quo videntur homines sibi ipsam beatæ vitæ veritatem didicisse, cùm ista didicerint. Dialecticam quoque futuro theologo, quique feliciter in sacrarum literarum studio versari velit, vtilissimã fore probat, sed cùm nimium ea sibi tribuit, atque in diuinitatem intendit, tantę maiestatis luce pauidum caput tremefacta reflectat. Alioqui certè quicquid in seculo peruersorum dogmatum est, authore Hieronymo, & quicquid ab hæreticis putatur esse robustum, hoc dialectica arte subuertitur, & instar incendij in cineres fauillasque dissoluitur, vt probetur nihili, quod putabatur esse fortissimum. Et verè quidem. Nec enim ita tegi possunt vitiosarum argumentationum fallaciæ, quin ab his, qui philosophia perpoliti sunt, deprehendi & explicari queat. Quapropter veteres orthodoxi patres huic studio multum temporis tribuerunt, vt hæreticorum fraudes disserendi peritia, copia, vbertateque dicendi animaduertere, atque ijsdem artibus, quibus constructæ erant, dissoluere possent. Vt enim quis distinctè cernat ad quam potissimum rem vitiosarum argumentationum explicatio referenda sit, nisi

prius

us omnes modos, quibus struuntur & fiunt, loratos habeat, fieri certè id quidem non est.

Verùm enimuerò M. Cicero de Epicuro bit, quòd nullam eruditionem duxerit, nisi beatæ vitæ disciplinam adiuuaret. Quintilianus omnium quidem artium fu- oratori (quales iam populi Christiani do- es atque concionatores esse debent) cog- nem necessariam esse asserit: verùm si vis inquit, dicendi malitiam instruxerit, nihil publicis priuatisque rebus perniciosius elo ntia: nosque ipsi, qui pro virili parte con- aliquid ad facultatem dicendi conati su- , pessimè mereamur de rebus humanis, si oni comparemus hæc arma, non militi. Ip- rerum natura in eo quod præcipuè indul- homini videtur, quoque nos à cæteris ani- ibus separasse: non parens, sed nouerca fuit, cultatem dicendi sociam scelerum, aduer- innocentię, hostem veritatis inuenit. Mu- nim nasci, & egere omni ratione satius fu- , quàm prouidentiæ munera in mutuam iciem conuertere. Quæ præclarissima Fa- ntentia ad omnes artes & linguas similiter enda est. Vt nimirum ad aliorum homi- vtilitatem, & reipublicę Christianæ salu- , veræque & Catholicæ religionis conser- onem discãtur. Meritoque eos castigat Io- s Chrysostomus, qui vel gloriæ, vel pecu- & quæstus tantum hac in re consideratio- habent. Basilius quoq; Magnus sui tempo

Cicero lib. I. de finibus.
Fabius lib. 12. cap. 1.
Hom. 60. in Matthæum.
Basilius epistola 61.

ris abusum deplorat, quod contemptis atque neglectis sacris literis, dogmatibus sanctorum Patrum, & traditionibus Apostolicis, solā Philosophiam tractarent, & mundana sapientia primas ferret. Ipseque Augustinus errorem suum fatetur, quòd profanas artes, & fabulas poëtarum literis sacris & diuinarum æternarumque rerum scientiæ aliquando prætulerit: atq; illis solum delectatus, hanc contempserit. Matremque suam predicat, quod philosophiæ & bonis artibus operam dare ipsum coegerit, vt ad cognitionem veri Dei perueniret.

Augustin. lib. 1 Confess. & 3. 4. 13.

Sicut Iuuenalis satyra 6. Iudęos commēdat, quòd pueros ad religionem, & ad instituta maiorum rectè instituerent.

Eruditionem literarum Christianis necessariā esse colligunt ex illo Pauli Apostoli ad Collossenses 3. Habitet inter vos verbum Dei abundè, cum omni sapientia.

De linguarum origine, earundemque diuersitate & natura infra suis locis agetur.

De linguis.

Reg. 20. q. 1.

Harum cognitionem homine Christiano dignam, atque ei necessariam esse probaturus Q. Mandosius, ad regulas Cancellariæ scribens, ait: Linguæ Christiano necessariæ, & pro quib. edocendis Romæ, Bononiæ, Parisijs, & alibi deputari debent magistri, sunt Hebraica, Arabica, & Chaldaica, textus Clemēt. 1. de Magist. vel secundùm Card. & alios ibi, Hebraica, Gręca, & Latina: quæ totum orbem diuidunt. Nec enim sine magno mysterio descriptus fuit, diuinus ille titulus sanctisimę Crucis, latinè, græcè,

græcè,& hebraicè, & signatus ante faciem
nium populorum.

Quarum duæ, græca & latina omnibus sunt
ɔmunes, hebraica sancta vocatur, & sacra
ptura translata fuit ex hebraica in græcum
ıtinam linguam. L. §. vlt. & Iason,& alij ff.
'erb oblig. §. alienationis, auth. de non alie.
2.

'etrus Mosellanus oratione de trium lin-
-um cognitione paranda, inquit: Tres lin-
;, Hebraicam, græcam, & latinam salutis
rę author & Princeps Christus Iesus, Cru-
'o nobis affixus, sanguine suo innocentissi-
consecrauit: vt quas diuinitatis, humanita-
/itæ cruciatuum, postremò mortis, resur-
ionis, & triumphi testes esse ad finem vsq;
ıdi voluerit. Tum quas Theologis omni-
discendas non solum Hieronymus & Au-
inus suadent: sed summorum Pontificum
oritas iubet. Nimirum quod citra harum
idium arcanæ illę literæ nobis partim He.
:è à prophetis, partim gręcè ab Apostolis
tę pro dignitate tractari nullo modo que-
Nec alia fuerit via per quam ad veterem
ı Theologiam redire posśit orbis. Nam
nadmodum in ipso nascentis Ecclesiæ ru-
ento, vnicus veræ Theologiæ Doctor Spi-
sanctus Apostolos dissectarum & ignea-
linguarum specie afflauit: ita nunc rectis-
quadrat, vt trium linguarum cognitione
ıarati, & mentibus nostris diuini amoris
præaccensis eundem Spiritum in singulis

ſacræ ſcripturæ apicibus latitantẽ requiramus. Inſignis ille dicendi artifex Fabius Quintilianus eloquẽtiæ candidatum à Græco ſermone vult incipere. Nimirum, quod hinc ſermo Romanus magna ex parte ſit conuerſus. Tum & M.Tullius, alterum Romanæ facundiæ decus, an non antequã in latina lingua dicẽdi ſpecimen ederet, eloquentiæ Tyrocinium Græcè declamando exercuit? Deinde vel ipſe ad hoc ſtudium ſe amicorum conſilio fidiſsimo perductum hac cauſa teſtatur, quod Græcorũ exercitatio plenius alat ingenium. Poſtremò, ſuo ipſius exemplo filium quoque hortatur, vt quo par ſit in vtriuſque orationis facultate, latina cum gręcis coniungat. Sed & perfectæ eloquentiæ exemplar, &, vt Plinius ait, dicendi normam Demoſthenem proponit. At hunc citra gręcæ literaturæ cognitionem ne legere quidẽ poteris, ne dum imitatione exprimere. Non & Gracchos illos in dicendi gloria ſummos, hoc potiſsimum nomine commendat, quod matris diligentia græcis literis fuerint eruditi? Ipſeque Cicero, vel inimicus, Græcis perfectionem, latinis conatum tribuit. Quid Fabius? an non & ipſe ad rerum verborumque copiam parandam gręcos ſcriptores potiſsimũ futuro oratori legendos cenſet? atque inprimis illum literarum principem Homerum, vt quẽ nemo in paruis proprietate, in magnis ſublimitate ſuperarit. Horatius denique vel Hiero. teſte, doctiſsimus & grauiſsimus Poeta, non ad Poeticam eloquentiam parandam Socraticas chartas,

ırtas,& exemplaria græca nocturna versare nu, versare diurna iubet? Quicquid in discẽ- linguis inest tędij, si modò est aliquid, quod :rarum velut radix habet, non vltra prima limenta durat. Mox, quod elementarijs fu- t tædio, paululum progressis in oblectamẽ- n vertitur. Tum quid sibi voluit Hesiodus n virtutem in ardui montis vertice habita- cripsit, ad quam tametsi omnium dulcissi- m viatorem etiam sudantem longa & aspe- lucat via? Dulcedinem ergo & pulchritudi- n ambient, viam, quę vna eo perducit, decli ·e non oportet. Huc ergo manibus pedibus- e tendamus, dies ac noctes discendis linguis pendamus. Suadet hoc ipse linguarum geni- suadet summi Pôtificis Leonis 10 exemplû, i non hoc contentus, quod ipse latinè & grę- felicissimè didicit, insuper Romam Christi- . orbis caput, græcis disciplinis sic illustrat, breui vel cum laudatissimis illis Athenis cer- ·e possit. Nuper adeo ex vniuersa græcia fœ- issimæ indolis pueros multos vnà cum eo- m pręceptoribus Romam euocauit, pruden nimirum consilio, vt vel sic apud Romanos ıdatissima illa olim græcorum eruditio re- uiscat, & hinc quasi per gradus in omnes hristianæ ditionis partes perueniat. Tum ıc vocat Inuictissimus Ro. Imperator, Max- nilianus, qui sua munificentia linguarum ·ofessores ex ipsa vsque Italia in Germaniam :cersit. Quem etiã hac laude superat Christi- ıissimus Galliarum rex Franciscus, Hic quò

Galliam suam alijs rebus omnibus multo omnium florentissimam, linguarum studijs florentiorem reddat, nihil nõ facit, nec vllis parcit sumptibus. Hortatur & Maximus ille Burgundionum Princeps, Hispaniarumque rex Carolus, qui præterquam quòd linguarum peritos fouet multos, Academiam suam Louaniensem trium linguarum Doctoribus, magnificè instruxit, adornauitque. Nec aliud agũt Germaniæ Principes, Ingolstadij Ernestus Bauariæ dux: VVittenbergę sapientissimus & pientissimus Saxonum dux, & Sacri Rom. Imperij Elector illustrissimus Fridericus. Imprimis autem magnificus Princeps noster & ipse Saxonum dux GEORGIVS, qui nos ipsos quantumuis humileis, quantumuis tanti Herois fauore indignos, in nullum alium vsum magnificis ornat præmijs, quàm vt hęc schola iam ante latinis artibus, quantum fieri potuit, florentissima, nunc nostra qualicunque opera græcis quoque literis clarius illustret? Sequamur igitur homines studiosi, quo nos tantorum procerum & totius orbis summatum, imò Heroum cœlestis sapientia ducit.

Hoc opus, hoc studium parui properemus & ampli:
Si patriæ volumus, si nobis viuere chari.

Certè vt Flacci quoque versibus orationem finiam studium est, quod

——— æquè pauperibus prodest, locupletibus æquè,
Aeque neglectum pueris senibusq; nocebit.

Græci suam linguam putant, à Deo electam, vt in ea per orbem nomen suum inuocetur & colatur.

atur. Nam nouum Testamētum, præter E-
ngelium Matthei, Græca lingua cōſcriptum
r:& primitiua Ecclesia, greca lingua funda-
ſt:& Χριςὸς, vnde Christiani dicuntur, græ-
n eſt:ipſaque nomina dignitatum ſiue offi-
rum, quę ad rem Christianam ſpectant, &
i cultū concernunt, omnia verè greca ſunt:
leſia, papa, patriarcha, archiepiſcopus, epiſ-
ous, presbyter, diaconus, hypodiaconus, a-
ytus, clericus, laicus, &c.
Alij labium electum latinam linguam affir-
nt: quia plurime regiones, Italia, Germania,
nonia, Gallia, Hiſpania, Anglia, & pleræq;
iones ea vtantur, & nomen Domini inuo-
t. Sed communior & verior ſententia eſt,
ium electum eſſe linguam Hebraicam.
a patribus locutus eſt Deus, & legem ſuam
lit, ipſamque legem ſuam, & penè omnia,
phetis reuelata, ſcribi voluit. Quare ſancta
atur. Sicut ante confuſionem Babylonicā
nes vna hac lingua vtebantur, ita poſt re-
ectionem omnes ea loquētur. Eadem lin-
primi parentes in paradiſo locuti ſunt, &
nes electi in ſtatu innocentiæ locuti fuiſ-
, ſi in gratia Dei permanſiſſent. Galatinus
12. de arcanis Catholicæ veritatis cap. 3.
Latinam verò linguam locupletiorem, dig- Reg. 20.
rem, & frequentiorem, omnibuſque natio quaſt. 10.
us communem eſſe, poſt Felynum Sandæ-
, ad rubricam de conſtitut. aſſeuerat Man-
ius. Itaq; Auguſtus Cæſar ſplendidum vi-
n, Græcæque prouinciæ principem, ſed la-
tini

tini ſermonis ignarum non ſolùm albo Iudi-
Mand. ibi cũ eraſit, ſed etiam in peregrinationem dedit.
Locutio autem diuinarum ſcripturarum teſte
ca. Locutio Auguſtino, ſecundùm cuiuſque linguæ propri-
diſt. 38 etatem accipienda eſt. Habet enim quæuis lin-
gua propria quædam locutionum genera, quæ
cum in aliam transferuntur, vidẽtur abſurda.

Sed his artibus (quæ maioribus diſciplinis
ſeruire debent) nimis deditum eſſe, eiſdemúe
abuti, merito reprehenditur.

Cam. Sacer- Hieronymus enim ad Damaſũ de filio prodi-
dotes diſt. go, Sacerdotes Dei, ait, omiſsis euãgelijs & pro-
37. phetis, videmus comœdias legere, amatoria Bu
colicorum verſuum decantare, tenere Virgiliũ
in manibus, & quod in pueris adeſt cauſa ne-
Can. Nonne, ceſſitatis, crimen in ſe facere voluptatis.
diſt. 37. Et lib 2. comment. ad c. 4. epiſtolæ ad Ephe-
ſios: Nonne vobis videtur in vanitate ſenſus, &
obſcuritate mentis ingredi, qui diebus ac no-
ctibus in dialectica arte torquetur, qui phyſi-
ces perſcrutator oculos trãs cælos leuat vltra
profundum terrarum, & abyſsi in quoddã ina-
nę demergitur, qui iambum feruet, qui tantam
metrorum ſyluam in ſuo corde diſtinguit, &
Can. Vino congerit?
diſt. 37. Iterum ad caput 24. Eſaię: Vino inebriantur,
qui ſacras ſcripturas malè intelligunt, atq; per-
uertunt: ſycera, qui abutuntur ſeculari ſapien-
tia, & dialecticorum tendiculis.

Et ad Pammachium: Eccleſiaſtica interpreta-
tio etiamſi habeat eloquentiæ venuſtatem, diſ-
ſimulare eam debes, non fugere, vt non otioſis
philoſo-

hilosophorū ſcholis, paucisq; diſciplinis loquantur vniuerſa hominum genera. Et ad caut 1. epiſt. D. Pauli ad Titum: Si quis artem ouit grammaticam vel dialecticam, vt rectè loquendi rationem habeat, & inter falſa veraq; judicet, nō improbamus. Geometria, Arithmetica, Muſica habet in ſua ſcientiā veritatem: d non eſt ſcientia illa ſcientia pietatis. Scienia pietatis eſt, Noſſe legē, intelligere prophes, euāgelio credere, Apoſtolos non ignorare. rammaticorū doctrina poteſt proficere ad tam, dum fuerit in meliores vſus aſſumpta.

Iſidorus li. 3. c. 13. de ſummo bono: Ideo, init prohibetur Chriſtianis legere figmenta etarum, quia per oblectamenta fabularum nium mentem excitant ad incentiua libidim. Non enim thura ſolùm offerendo dæmo ous immolatur, ſed etiam eorū dicta libens capiendo. *Cano. Ideo diſt. 37.*

Indignumque valde exiſtimo, ait Auguſtis, ad Alexandrinum Epiſcopum, vt verba eſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati. *Can. Indignum diſt. 38* Quocirca in Lateranenſi concilio, ſub Leone philoſophis iniūgitur, vt rationes. quæ ſunt ntra fidem, & veram Chriſtianam ſapientiā plicando diſſoluant. Dum hæc recognoſco, idi in Anthonij Poſſeuini libros, quos Bibliecæ ſelectæ inſcripſit. Quibus de bonarum ium atque linguarum neceſsitate, & fructu, qua cautione gentilium literæ, philoſophi, etæ & hiſtorici legendi ſint, eruditè diſſet.

DE

DE TEMPORE ET MODO Philosophandi

CAPVT IX.

DE hac materia Aulus Gellius libri decimi, Noctiũ Atticarum, c.22. sic refert.

Plato veritatis homo amicissimus, eiusque omnibus exhibendæ promptissimus, quæ omnino dici possint in desides istos, ignauosq;, qui obtentu Philosophiæ nominis, inutile otium, & linguæ vitæque tenebras sequuntur, ex persona quidẽ non graui, neque idonea, verè tamẽ, ingenueque dixit. Nam & si Callicles, quem dicere hęc facit, verę Philosophiæ ignarus, inhonesta, indignaque in Philosophos confert: perinde tamen accipienda sunt quæ dicuntur, vt nos sensim moneri intelligamus, ne ipsi quoque culpationes huiuscemodi mereamur, neue inerti inanique desidia, cultum & studium Philosophiæ mentiamur.

Platonis verba Græca, ex libro qui Gorgias appellatur, refert ibi Gellius, quæ latine sic reddi possunt.

Philosophia sanè, ò Socrates, res est elegans, si modicè quispiam per ætatem attigerit: at si supra modum tempus in ea contriuerit, hominum est corruptela. Nam si quis vel amœno sit acrique ingenio, vltraque ætatem Philosophetur, necessum est eum rerum omnium esse imperitum, quarum vsum calleat oportet, quisquis honestus probusque est futurus. Legum

enim

im ciuiliũ peritia & orationis vacat: quibus
actionibus ac commercijs cum hominibus,
m priuatim tum publicè vti conuenit. Vo-
ptatum item, atque cupiditatum humana-
n, & morum euadunt prorsus insolentes.
m itaque in illam quampiam incidunt pri-
am publicamuę actionem, habentur deri-
uli: perinde ac viri ciuiles ipsi, vbi vestra a-
nt studia, & disputationes, irridentur. Acci-
ijs enim illud Euripidis. Qua in re clarus
sque est, ad eam properat, & dici partem illi
rimam impertit, in qua ipse se exuperet:
tra, in qua stupidior ac nihil sit, inde effugit
ique contemnit: alteram verò sui beneuo-
ia commendat, arbitrans ita sese laudare.
præstat (sicuti opinor) vtriusque esse par-
em: Philosophiæ, inquã, quo ad illius ho-
as sinit, disciplinæ gratia compotem fieri.
ue turpe habetur adolescentem philoso-
i. At cùm grandis iam natu philosophatur
ula res ô Socrates geritur. Atq; equidem
s philosophantes afficior, veluti erga bal-
ntes ludentesque. Cùm enim puerulum
am, cui decorum adhuc est, sic lingua bal-
entem, ac ludentem, demulceor, resq; mi-
idem festiua & liberalis videtur, puerilisq;
congruens. Quod si volubiliter puerulũ
entem audiam, acerba quæpiam res mihi
itur, & aures meæ molestia afficiuntur,
urque nescio quid esse seruile At si quis
n audierit balbutientem, aut ludentem
t, res videtur & deridenda & puerilis, &
denique

js consilium integrum cepisti. Atqui amico
crates, quod ægrè ne feras velim, (loquor e-
n tua causa summa cum beneuolentia) An
i non turpe videatur, ita te gerere, vt ego te
ere existimo, & cæteros qui vltra iustum
gant philosophari. Nam si quis te nunc, aut
un eiusmodi quemlibet ad carcerem rapi-
niuriam te quidem intulisse argués, qui cul
mnino vaces, nostine, te minimè habitu-
, quonam te pacto tuearis? sed vertigine
eris, ac cõsilij inops oscites quid dicas, quid
. In iudicio item suggestum conscendens,
nprobus admodum ac nequam aduersarius
sit, mori de facili queas, si te ille capitali
rat crimine Verùm quonam pacto Socra-
oc sapientis sit, si qua ars aliquem præstan-
ingenio virum nacta, deteriorem illum
erit? qui neque sibiipsi auxilio esse possit,
ulisque extremis liberare, neque se, nec a-
quéquam, sed ab inimicis bonorum om-
facultate spoliari necesse sit, & palã qui-
infelicem degere. Liceat enim, quanquam
tius, vera dicere, si quis in genam te per-
rit, pœnas non det. Sed heus bone vir, mi-
tempera, atque à redargutionibus istis te
e, rerumque elegantiam cole, & eam fa-
de rectè sentire videare, alijs missa faciés,
guta, siue deliramenta, siue nugalia dece-
el lare: quibus efficiatur, vt domos inanes
es, atque sequens non eos, qui exigua ista
endunt, sed illos potius, à quib & facul-
& gloria, & bona alia permulta possiden-

Hæc Plato sub persona quidem, sicuti dixi, non proba, sed cum sensu tamen intelligentięque communis fide, & cum quadam indissimulabili veritate disseruit, non de illa scilicet Philosophia, quæ virtutum omniũ disciplina est, quæque in publicis simul & priuatis officijs excellit, ciuitatesque & Rempublicam, si nihil prohibeat, constanter & fortiter & peritè administrat: sed de ista futili atque puerili meditatione argutiarum, nihil ad vitam neque tuendam, neque ordinandam promouente, qua id genus homines consenescunt malè feriati, quos Philosophos esse & vulgus putat, & is putabat, ex cuius persona hæc dicta sunt.

Et lib.16. cap.8. Sed hoc iam breue ex dialectica libamentum dedisse nunc satis erit. Atq; id solum addendum admonendũque est, quòd huius disciplinæ studiũ atq; cognitio in principijs quidem tetra, & aspernabilis, insuauisq; esse, & inciuilis videri solet: sed vbi aliquantulum processeris, tum denique & emolumentũ eius in animo tuo dilucebit, & sequetur quædã discendi voluptas insatiabilis. Cui sanè si modum non feceris, periculum nòn mediocre erit, ne, vt pleriq; alij, tu quoq; in illis dialecticæ gyris atq; meandris, tanquàm ad Syrenios scopulos consenescas.

Iterum l.5. c.15. Quorundam argutos, & inanis desidiæ aculeos aspernatus, Ennianũ illud approbauit: Philosophandum est paucis, nam omnino haud placet.

Quò pertinet Epicuri epistola ad Menæceum, apud Laertium lib.10. Neque

Neq; iuuenis quiſpiã dum eſt, philoſophari
negligat:neq; ſenex cùm ſit,philoſophando fa-
tigetur.Neq; enim intempeſtiuus vllus eſt,ne-
que ad animæ ſanitatem tempus nõ habet ido-
neum. Qui autẽ dicit,aut nondũ philoſophan-
di tempus eſſe,aut tempus præteriſſe,ei ſimilis
eſt,qui dicit, ad beatã vitam aut nõ adeſſe tem-
pus,aut nõ amplius eſſe. Philoſophandũ igitur
& iuueni & ſeni:illi quidem,vt ſeneſcens in vir
tutibus vigeat, præteritorum gratia:huic,vt iu
uenis vnà & vetulus ſit,quod futurorum care-
t metu.Meditandum ergo quę faciant beatam
vitam. Siquidem ſi adſit illa, omnia ſuppetunt:
ſi verò abſit, agimus omnia vt illã habeamus.

Philoſophica ergo, bonarumque artium &
linguarum ſtudia contemnere, aut negligere
periculoſum : contra verò in his ſolis conſi-
ſtere,& omnem ætatem terere, & ad ipſam ve-
rum ſapientiam,cui illa deſtinata ſunt,non aſpi-
rare,ineptum:congruũ modum adhibere,pul-
cherrimum eſt. Sicut non modò veteres illos
laudatos philoſophos , ſed etiam Alexandrinũ
illum magnum Pantęum,Origenem,Heraclã,
Clementem,Tertullianũ, & alios orthodoxos
patres philoſophatos fuiſſe Eccleſiaſticę hiſto-
riæ commemorant. Qui ſacram Theologiam
cum bonarum artium & linguarum ſtudijs di-
ligentiſsimè cõtulerunt.Sicut de ſingulis pro-
dit Rabanus Maurus libro 3. de inſtitutione
clericorum.

Ioannes Caſus Sphæræ ciuitatum, lib.8.c.2.
hunc materiam tractans, ait. Studendum eſt

 alijs

alijs virtutibus tanquam medijs, alijs tanquam, finibus bonisque summis. Studio longiore mediarum virtutum & artium à summis & diuinis fruẽdis bonis distrahi non debet. Nam qui in medijs semper hærent, ipsum optatum finem nunquam acquirent. Non in artes ipsas declamo, sed vel excessum in earum studio, vel nimis accommodatum vsum iure reprehendo. Excessus est, si adolescentes sint nimis in earum contemplatione curiosi: minus accommodatus vsus est, si labores in eis politi, non sint ad bonum publicum destinati. Multi enim artes liberales discunt, vt illas sciant tantùm, & hoc est vanitatis. Multi eisdem incumbunt, vt earum studio & ipsi castius viuant, & reipub. in qua versantur, melius consulant, & hoc est sapientiæ. In medijs ergo & destinatis scientijs sic immorandum, ne quid, vt aiunt, nimis.

QVARE PAVCI AD SOLIDAM doctrinam perueniant: & quanam sit commodissima eò perueniendi via.

CAPVT X.



Omnis quidem homo, teste Aristotele, natura scire desiderat, & variarum rerum cognitione delectatur.

Et Sapientia ipsa apud sapientissimum Salo-
Prouer. 8. & 9. monem. Ego, inquit, diligẽtes me diligo, & qui manè vigilauerit ad me, inueniet me, delitiæ meæ sunt, esse cum filijs hominum. Sapientia
Eccl. 24. ędificauit sibi domum, excidit columnas septẽ,
misit

misit ancillas suas, vt vocaret ad arcem & mœnia ciuitatis, intelligite paruuli & audite me. Si quis est paruulus, veniat ad me.

At insipientibus locuta est: venite, comedite panem meũ, & bibite vinum quod miscui vobis, relinquite infantiam & viuite, & ambulate per vias prudentiæ.

Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum. Qui manè vigilauerit ad me, inueniet me.

Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domum disciplinæ, Quid tardatis? facile videtur ab his qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui quærũnt illam, præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat. Qui de luce vigilauerit ad illam non laborabit; aßidentem enim foribus suis inueniet: dignos se ipsa circuquærens, & in vijs suis ostendet se hilariter, in omni prouidẽtia occurret illis. Si quæsieris illam sicut pecuniam, & sicut thesauros effoderis, inuenies. Sine argento comparatur, & proximo est inuenire eam. Deus ergo humanam mentem ad religionem & sapientiam exit, multisque egregijs præsidijs ad earum perceptionem muniuit, ipsaque sapientia facilem aditum præbet. *Eccl. 1.* *Sapien. 6.*

Pauci tamen ad veram solidamque doctrinam perueniunt, & multis bonarum artium studia tetrica, aspera, difficiliaq; esse videntur. Quod tribus potißimum ex causis euenit. Vel enim parentes in culpa sunt, vel præceptores,

vel ipsi adolescentes: vel in modo & forma institutionis peccatur.

Quando aliqui parentum inopia vel incuria negliguntur: aliqui indoctos, infideles, ineptosque præceptores, vel incongruam scholam, aut prauam institutionem accipiunt: alij si omnia ista suppetant, sibi ipsis desunt. Dum nobilitate generis aut diuitijs inflati, vel voluptatibus delitijs & vanitatibus mundanis abrepti, bonarũ artium & sapientiæ studia contemnunt, vel nõ querũt doctrinã, vel non rectè querunt, sed per seipsos absque duce & magistro comprehendere conãtur, & sapientium scholas prælectionesque temerè aspernantur: vel per inanem sapientiæ persuasionem, Doctores se arbitrantur esse, priusquam rectè incipiant discere, Philosophosúe simulant, antequam norint, quid sit philosophari: nec considerant naturę suę inclinationem, & ingenij vires, quid ferre valeant humeri: sed temerè absque delectu aliquo ad artem prosiliunt, quæ ipsis nõ congruit, nec apportant huc, quæ in omnibus artibus etiam mechanicis perdiscendis necessariò requiruntur: nec illam patientiam, diligentiam, constãtiamque adhibere volunt, quæ vbique desideratur, nec qua decet methodo progrediuntur, sed præposteram rationẽ studiorum ingressi, tempus nobilissimum & facultates parentum frustra consumunt.

Quibus grauissimis & inueteratis morbis, atq; erroribus, ex ordine oportunum aliquod remedium demonstrare, in libris officiorum scholasticorũ conatus sui. PRAE-

PRAECLARE FACIVNT ADOLESCENTES, qui bonis literis operam dant: insipienter verò agunt, qui vel nobilitate generis, vel opibus confisi, aut vanitatibus alijs abrepti, bonas artes cõtemnunt, & contraria argumenta explicantur.

CAPVT XI.


Xtitisse olim refert Cicero in Academicis quæstionibus, & de Finibus bonorũ & malorum scribens, quibus displiceret philosophari, quique bonarum artiũ studia viris principibus indecora putarent. Nec nostro seculo desunt, qui argumentis quibusdam conquisitis eundem errorem conantur struere, & bonarum artium studia, velut malum auspicium & pestem detestentur.

Nam eos, inquiunt, homines, qui sapientiæ studẽt, lucem fugere, celebritatem vitare, otiũ omnibus modis amplexari, & sic tandem torpore desidiaque languescere, vt neque prompti, nec ad negotia publica siue domestica vtiles euadant. Cùm igitur reges & Principes ad tanta negotia quotidie transigenda, & ad tot pericula, quæ semper impendent, propulsanda nati sint, quid minus conuenit, quàm mentem otio eneruari? Philosophia igitur, quę sine summo otio constare non potest, à Principibus attingenda non est.

Tanta ferè Philosophorum ignauia, tantus torpor est, vt domo pedem efferentes, ita propter hominum & lucis insolentiam ingredian-

 tur.

tur, vt vix vestigium firmè ponere queant: in multitudine ita titubant, & hæsitant, notosque pariter & ignotos prætereunt, vt appareat eos neque mores hominum, nec vitæ consuetudinem, nec vrbis, in qua nati & educati sunt, regiones nosse. Quò enim magis se ad literas applicant, eò magis ab omni humanitatis sensu deferuntur. Thales fortè inambulans, cùm cælũ suspiceret, in puteum incidit. Tum seruula ridens: En, ait, egregiũ hominis sapientis acumẽ: dum cæli plagas intueri conatur, puteum ob oculos positum non videt. Dum enim res abstrusas summo studio peruestigant, nec ea quidem quæ versantur in communi vita cernunt, nec pericula, quæ sunt in rebus ipsis, aspiciunt. Philosophorũ vita est communi vitæ cõtraria. Nec enim voluptates exquirit, nec dolores extimescit, nec honores ambit, nec gloriam desiderat, nec odio aut amore, aut alio sensu commouetur. Quale autem illa sapientia adiumentum rebus communibus importabit, quomodo in scelus vindicabit, qui nescit irasci? Num hominis afflicti miseriam subleuabit, qui misericordia flecti nequit? Quid ad belli pericula subeunda, & ad hostis ferociam armis & virtute comprimendam excitabit, qui nulla laudis atque dignitatis studio mouetur?

Quãuis ergo sapiens ille omnes cæli regiones mente definiat, syderum omnium cursus cognitione comprehendat, reip. tamen inutilis erit. Sic erit affixus libris, vt nec querimonias hominum audiat, nec potentium iniurijs ob-

sistat,

si stat, nec supplicibus opem vllam ferat.

Principes autem quod volunt, valde volũt. Si igitur literis oblectari cœperint, quis eos ab earum studijs abducet? Sunt vulgo qui alios sapientia antecedunt suspecti & inuisi, & ab his se contemni atque rideri putant.

Illorum quoque sententia à communi hominum more & consuetudine vehemẽter abhorret, vita communis cum eorum ita pugnat, & lingua linguæ dissimilis est, opinionesque opinionibus aduersantur. Quo fit, vt nullam possint inter se societatem inire, nec stabilem amoris consensionem conseruare. Illa sapientia vulgus offendit: Principi autem omne studium in subditorum beneuolentia concilianda ponendum est. Nihil igitur Principi minus cõuenit quàm illius sapientiæ disciplinis institui, quibus à se suorum voluntates alienet, suspitiosos & parum fideles efficiat. At Philosophi nõ modò lingua loquuntur aliena: nemo enim eos intelligit, nisi qui est eadem disciplina penitus inbutus, neq; solùm alieno & obsoleto cultu vestiuntur, sed etiam sensu, sententia, moribus, vitæ communi repugnant: longeque aliter de omnibus penè rebus bonis & malis loquuntur & sentiunt, quàm reliqui homines opinantur. nihilque verius esse statuũt, quàm id quod est longissimè à communi sensu disiunctum. Principi verò nihil magis optandum est, quàm esse charum & iucundum suis. Beneuolentia vitæ similitudine continetur, & dispari viuendi ratione dissoluitur. Nihil igitur absurdius es-

se videtur, quàm tradi principem Philosophis erudiendum. Si totius antiquitatis memoriam replicemus, experiemur, ea mala, quibus maxima imperia corruerunt, fuisse per homines doctos & eloquentes importata. Homo enim nequam & improbus si fuerit disertus & eruditus, remp. dicendo conturbat, & ad quoduis flagitium impellit, & maiore quodam artificio scelus occultat. Cumque eruditi ad summos honores perueniunt, alterutrum ferè accidere videmus, vt vel quæstus aut commodi gratia remp. in fraudem conjiciant, aut sapientiæ opinione subnixi, temere de communibus reb. statuant, & ita patriæ firmamenta conuellant. Nihil est enim magis summæ temeritati finitimum illa confidentia, quę ferè semper est cum summa eruditione coniuncta. Similia multa contra Philosophiam & liberales artes temere & imprudenter peruulgare non erubescunt, istis hominibus, qui eas literas pessimè oderũt, & absque vlla ratione calumniantur.

Nec enim hæc studia homines desides aut otiosos, vel Reipub. gubernandæ ineptos reddunt, (vt illi impudenter vociferantur) sed vigilantes, & studio verę laudis atque dignitatis incensos.

Quòd si à principio Philosophia fuisset à Principibus rectè culta, nunquam Respublica in tam pestiferos morbos incidisset. Nec enim illa est, nec vnquam erit, comes ignauiæ, sed vigilantiæ magistra: non homines à studio publicæ salutis auertit, sed incendit: non superbiam,

nec

nec insolentiam gignit, sed ad modestiam, & verissimum decus impellit. Non igitur in his studijs calamitatis causa, sed calamitatis vnicũ refugium consistit. Nulla enim medicina adhiberi potest, ad sanandas vitiosas Reipublicæ partes efficatior, quàm sapientia. Est enim sapientiæ studium verissima animæ medicina, qua nihil est vitijs & iniustitiæ magis inimicũ.

Etsi diuites, & generis nobilitate clari, aliquando ad magnos honores & magistratus subitò, absque vlla eruditione conscendunt: tamen hoc rarum est, & eruditione sapientiaque destituti, diuitijs, & nobilitate rectè vti, vel istos magistratus pro decoro administrare nequibunt. Nam sapientiæ, non fortunæ est omnis felicitas tribuenda. Quod indicat Iuuenalis:

Nullum numen abest, si sit prudentia.

Quoniam ergo incredibilis bonarum artium in Republica Christiana vtilitas est, vberrimique fructus, & maxima necessitas: præclarè vtiliterque fecerit omnis adolescens, cui vtcunque per fortunam licet, si præ cæteris omnibus rebus, huic tam præclaro, tam vtili, tamque necessario studio totum se tradat. Nam si mihi obsequeris, inquit apud Lucianum ipsa παιδεία, siue humanitas, aut Philosophia, principio tibi ostendam, multa veterum virorum, pręclara opera, & res admiratione dignas, & animum (quod præcipuum in te est) exornabo tibi multis præclaris ornamentis, modestia, iustitia, pietate, prudentia, amore honesti, &

pulcherri-

pulcherrimarum rerum desiderio, & quæcunque diuina humanaque sunt, breui tempore docebo te, vt diues & beatus omnib⁹ videaris. Magnis afficieris honoribus, & laudibus omnium celebraberis: illorum quoq;, qui genere & diuitijs cæteris antestant, primo in consessu dignus honore existimaberis, & peregrè fortè profectus, in aliena terra, haud ignotus eris, ac si fortè aliquid dixeris, plerique hiantes te auscultabunt, admirantes, prædicantesque cùm te propter dicendi vim, & sapientiam; tum patrē tuum, ob felicitatem prolis, & postquam ex hac vita decesseris, nunquam desines conuersari doctis, & cōsuetudinem habere cum optimis; Demosthenem certè vides cuius fuerit filius, & quanti ego ipsum fecerim Aeschinem timpanistriæ cuiusdam filium propter me etiā Philippus rex palpauit. Pluribus argumentis à pulcherrimis ingenuarum artium fructibus hoc copiosè ornateque Lucianus declarat, quæ ex Scriptura sacra deprompta esse videntur, vbi Sapiens sic loquitur:

Sap. 8. Sapientiam amaui, & exquisiui à iuuentute mea, & quæsiui eam sponsam mihi assumere. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud Seniores iuuenis, & acutus inueniar in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero, & facies principum mirabuntur me: tacentem me sustinebunt, & loquentem me respicient, & sermocinante me plura, manus ori suo imponent. Habebo per hāc immortalitatem, & memoriam æternam his, qui post

post me futuri sunt, relinquam. Disponam populos, & nationes mihi erunt subditæ. Fili, a iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam. Quasi is qui arat,& qui seminat, accede ad eam, & sustine bonos fructus illius: in opere enim ipsius exiguum laborabis, & citò edes de generationibus ipsius. Iustitia & sapientia cibabunt amatorem suum pane vitæ, & aqua salutari potabunt eum: firmabunt illum, & non flectetur: exultabunt apud proximos suos,& in medio Ecclesiæ aperiet os eius: stola gloriæ vestiet illum,iucunditatem & exultationem thesaurizabunt super illum, & nomine æterno hæreditabunt illum. Eccli. 6.

Beatus ergo homo, qui inuenit sapientiam, ait Salomon, & qui affluit prudentia: melior est acquisitio illius negotiatione auri & argenti,primi & purissimi fructus eius,pretiosior est cunctis opibus,& omnia,quæ desiderãtur, huic non valent comparari. Per sapientiam sanati sunt quicunq; placuerunt tibi Domine ab initio. Hæc amicos Dei atque Prophetas constituit. Corona sapientum diuitiæ eorum. Quid prodest stulto habere diuitias,cùm sapientiam emere non possit. Longitudo dierum in dextera eius,in sinistra illius diuitię & gloria. Viæ eius pulchræ, & omnes semitæ illius pacificæ. Lignum vitæ est his,qui apprehenderunt eam, & qui tenuerit eam, beatus. Melior est sapientia cunctis opibus pretiosissimis,& omne desiderabile ei non potest comparari. Prouerb. 3. Sap. 6. 7. 9. Prou. 14. 17 Prou. 8.

Sicut protegit sapientia, sic protegit pecunia. Eccles. 7.

nia. Hoc autem plus habet eruditio & sapientia, quòd vitam tribuunt possessori suo.

Sap.7. Omne aurum in comparatione sapientiæ est arena exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius.

Melior est acquisitio illius negotiatione auri & argenti, primi & purissimi fructus illius.

Eccli.24. In me, inquit, gratia omnis vitæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis. Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum.

Prou.8. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino: qui autem in me peccauerit, lædet animam suam, & omnes, qui me oderunt, diligunt mortem.

Mecum sunt diuitiæ, & gloria, & opes, & iustitiæ.

Melior est fructus meus auro, & lapide pretioso, & genimina mea auro electo. Mecum est consilium, & æquitas, & prudentia, & fortitudo. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.

Ad vos reges sunt sermones mei: Discite sapientiam, vt non excidatis: si delectamini sedibus & sceptris, reges populi diligite sapientiã, vt in perpetuum regnetis. Diligite lumen sapientiæ omnes, qui præestis populis. Multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum, & Rex sapiens populi stabilimentum est. Lingua sapientum sanitas est. Dies tui per me multiplicabuntur, & addentur anni vitæ. Lignum vitæ est his, qui apprehendunt eam. Posside sapientiam,

Pro.9.12.
Sap.8.

iam, & custodiet te: conseruabit te, exaltabit
e, glorificaberis ab ea, dabit capiti tuo augm é-
i gratiarum, & corona inclyta proteget te: am
ulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non
npinget, nec habebis offendiculum currens.
dormieris, non timebis. Quiesces & sanus
it somnus tuus, Dominus erit in latere tuo.
Ciuitatem fortium ascendit sapiens, destru-
tque robur fiduciæ eius. Sicut aqua profun- Prouer. 20.
, sic in corde viri consilium: sed homo sa- 21.
ns exhauriet illud. Vbi non est scientia ani-
e, ibi non est bonum. Melior est sapientia
iitijs, quòd vitam tribuit possessori suo. Me- Prouer. 19.
r est sapientia quàm arma bellica. Melior Eccl. 9. et 7.
sapientia quàm vires, & vir prudens quàm Sap. 6.
tis.

Vir pauper & sapiens liberat vrbem obses-
à rege magno, per sapientiam suam.
apientia confortabit sapientem super de- Eccle. 14.
Principes ciuitatis. & 24.
Vir sapiens fortis, & vir doctus robustus, &
lus. Sapientia ædificabitur domus, pruden-
borabitur, in doctrina replebuntur cel-

ristoteles igitur ad bonarum artium stu-
uentutem excitaturus, eruditionem aie-
se inter prospera ornamentum, & inter
sa refugium. Theophrastus verò solum
nibus doctum dicebat, nec in aliena pa-
regrinū esse, nec amisis familiaribus o-
s, amicis vsq; cariturū. Liberalibus enim
res prosperæ ornātur, adiuuātur aduer-

sæ,

sæ, summamque beneuolentiam etiam apud barbaros experiuntur, si tantùm liceat innotescere. Quòd rectè deprehendi aiebat Aristippus, si doctus cum indocto, nudi ambo ad ignotos mitterentur. Quòd omnibus sit philosophandum, & quanta sit Philosophiæ vtilitas indicat Horatius:

L. 1. epist. 1.

Æquè pauperibus prodest, locupletibus æquè:
Æquè neglectum pueris, senibusq; nocebit.
Feruet auaritia, miseroq; cupidine pectus?
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis, & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? sunt certa piacula, quæ te
Ter purè lecto poterunt recreare libello.
Inuidus, iracundus, iners, vinosus, amator:
Nemo adeò ferus est, qui non mitescere possit,
Si modò culturæ patientem præbeat aurem.
Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare, pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.
Ne cures ea, quæ stultè miraris, & optas.
Discere, & audire, & meliori credere non vis.
Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.
Ad summam sapiens vno minor est Ioue, diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.
Præcipuè sanus, nisi cùm pituita molesta est.
——————————— *Si non*
Intendes animum studijs, & rebus honestis,
Inuidia vel amore vigil torquebere.
Hoc opus, hoc studiũ, parui properemus, & ampli,
Si patriæ volumus, si nobis viuere chari.
Os tenerum pueri, balbumq; Poeta figurat:
Torquet ab obscœnis iam nunc sermonibus aurem:

Mox

etiam pectus præceptis format amicis,
eritatis, & inuidiæ, corrector & iræ.
leoque ipse Horatius deplorat, quòd stu-
terarum continuare nequiuerat: Li. 2. ep. 2.
sed amouêre loco me tempora grato,
isq; rudem belli tulit æstus in arma.
›lumque sapientem sapere, atque liberum
ffirmat lib. 1. Serm. Satyra 3. & 7.
lchra quidem res est nobilitas generis, sed
rtute omnis nobilitas ortum habet: quare
i & docti verè nobiles censentur: Nobili-
ie ex virtutibus nata, tam diu dignitatem
ı obtinebit, dum in illa splendor virtutis
erit. Vnde Iuuenalis:
mata quid faciũt, quid prodest Pontice longo
uine censeri, pictosq; ostendere vultus
rum, & stantes in curribus Æmilianos? &c. Iuuenalis Sat. 8.
Fuctus generis tabula iactare capaci
ysos Equitum cum Dictatore magistros?
am Lepidis malè viuitur? effigies quò
ellatorum, si luditur alea pernox?
licet veteres exornent vndiq; ceræ
a, nobilitas sola est, atq; vnica virtus.
ıpientiæ auctor, & omnium hominũ pri-
parens obscurus fuit, nullaque nobilitas
e videtur, quæ posit à primordio generis
ani suæ claritatis ortum repetere. Vtque
i possunt seriem maiorum suorum recen-
› ad multos homines claros enumerare,
›ifices vel mercatores fortè peruenient,
sapientia & virtute prælucere cœperint.
nus igitur Plato Reip. custodes non opi-

bus, aut gemmis, sed eruditione & sapientia voluit excellere: felicemque Remp. fore aiebat, si aut Principes philosopharentur, aut Philosophi imperarent.

Quintilianus Mandosius ad Regulam Cancellariæ 34. q. 60. Duplex, inquit, est nobilitas: Altera, quæ dicitur generis, siue de genere. Et hanc, ex sententia Ciceronis, Salustianam dicere possumus. Altera est, quæ propriè dicitur virtutum & animi, non autem generis. De quâ scribitur Sapientiæ 7. Omnibus nobilibus nobilior est sapientia. Sic & nobilis dictus est Vlpianus.

Et hanc Ciceronianam vocare possumus. Vnde Cicero contra Salustium dicebat: Sanctius est me meis fulgere Maioribus, quàm Maiorum opinione niti, vt sim posteris meis nobilitatis initium, & virtutibus exemplum. Quod deficit in te, incipit in me. Et hæc potius prima vocari potest, quæ & præferéda est meritò. Si cui vtraque inest, illa erit præstantior & fortior, vt notat Panorm. ad cap. Venerabilis, de prab. Huc pertinet Canon vlt. dist. 38. Ne quis propter dignitatem, vel magistrum, nec propter senectutem, nec propter nobilitatem generis, vel à paruulis discere erubescat.

De eorum stultitia, qui nulla virtute freti, sola nobilitate gloriantur, Tiraquellus de nobilitate cap. 22. differuit.

Cic. in paradoxis. Diuitias Philosophi ne bona quidem appellanda putauerunt, quòd & possideri ea à malis, & facilè amitti, & possessores suos minimè felices

·eddere perspicerent. Doctrinā verò solam
nam & immortalem existere iudicabant,
·d nec desereret vnquam, nec in extremo
dem tempore ætatis, nec iucūdissimo fru-
careret: sed adolescentiam aleret, senectu-
n oblectaret, ornaret res secundas, aduersis
·fugium & solatium præberet, semper & v-
que præsens esset, nec ab ipso bello, incen-
oúe, torrentis instar omnia trahente, auferri
osset. Sapientiaque inæstimabilis res est, quæ
lumnos suos verè nobiles, & diuites atque fe-
ices reddit, Imperatorum & Principum ami-
os, illuminatores orbis efficit. Sicut gloriosis-
imus Imperator Iustinianus & Iurisconsulti
profitentur.

Cic. pro Archia, & in Catone.

Proœ. ff. & Instit. l. prouidendum C. de postul.

Diogenes Philosophus, dicente quodam, se philosophiā parum curare, quid ergo, inquit, viuis, si vt rectè viuas tibi curæ non est? *Laert. l. 6.*

Et Aristippus rogatus: In quo puer melior fieret eruditus? respondit: Si nulla alia re, certè ne in theatro sedeat lapis super lapidem. *Laert. l. 2.*

Aristoteles hoc doctos ab indoctis differre aiebat, quod viui à mortuis. *Laert. l. 5.*

Persius Satyra 3. & 5:

Disciteq;, ô miseri, & causas cognoscite rerum:
Quid sumus, aut quidnam victuri gignimur, ordo
Quis datus, aut meta quàm mollis flexus, & vnde.
Quis modus argento, quid fas optare, &c.
————————Quem te Deus esse
Iussit, & humana qua parte locatus es in re.
———— Petite hinc iuuenesq;, senesq;,
Finem animo certum, miserisq; viatica canis.

Pulchrè Lactantius lib. 6. cap. 4. Omnia amara & grauia patienter ferenda sunt, eo quidem promptius, quo nobis Imperator noster Deus præmia pro laboribus æterna constituit. Et cùm in hac terrena militia tantum homines laboris exhauriant, vt ea sibi pariant quæ possunt eodem modo perire, quo parta sunt, certè nobis nullus labor est recusandus, quo id acquiramus, quod nullo modo posit amitti.

Veteresque Philosophos prædicat Lactantius, quòd contemptis omnibus ad inquirendæ veritatis & sapientiæ studium se contulerint: existimantes multo esse præclarius, diuinarum humanarumque rerum scire rationem, quàm aut struendis opibus, aut cumulandis honoribus inhærere, quibus nemo melior, nemo iustior fieri potest. Tantumque apud eos valuerit sapientiæ nomen & auctoritas, vt in ea summi boni præmium collocarent, nullumq; suauiorem animo cibum iudicarent. Et abiecisse res suas familiares, & renuntiasse omnibus voluptatibus, vt solam nudamq; sapientiam nudi expeditique sequerentur.

Quosdam viros principes recenset Valerius, qui tam diligenter literis incubuerunt, vt nec valetudinis, nec rei familiaris curâ, nec famem sitimque earum studijs præferrent.

Gellius lib. 9. cap 3. Nobilissimus potentissimusq; Macedonum Rex Philippus à liberali Musa & studijs humanitatis nunquam abfuit, quin lepidè comiterq; pleraque faceret, & loqueretur, feruntúrque libri epistolarum eius, quæ & munditiæ, & venustatis,

ftatis,& prudentiæ plenæ sunt,egregiamque
iditionem declarant. Huius filius Alexan-
r Magnus incredibilem discendi amorem
ftola ad Aristotelem expressit, qua ἀκροα-
τικὰς disciplinas ipsum in vulgus edidisse
queritur, cùm doctrina cæteris anteire mal- *Gellius lib.*
quàm copijs & opulentia. *20. cap. 4.*
Per quod studium, teste Isocrate, Alexan-
ɔ contigit, vt subditos rectè gubernare, de
nestis harumque contrarijs de rebus bene
licare, & insontes, vt par & æquum esset, ani-
ıduertere posset. Darij & Antigoni regum
explebilem discendi cupiditatem vtriusque
iftola apud Laertium patefacit.
Mithridates Ponti & Bithiniæ Rex inclytus *Gellius lib.*
gentium, quas sub ditione sua habebat, lin- *17. cap. 17.*
as percalluit, & nunquam per interpretem *Fa. lib.*
quebatur. Apud Romanos nunquam, ait *11. cap. 2.*
luius de educatione puerorũ ad Ladislaum
:gem Romanorum, Principes illiteratos fu-
:, dum respublica floruit, comperio, sed in
natu, & in exercitu dominatam esse doctri-
m. Postquam verò exclusæ sunt literæ, om-
s elanguisse. Et Blondus lib. 4. Romæ trium-
antis: Quantam, inquit, operã viri præstan-
ıres Romæ literis dederint, quantam eas de-
ɔtatione didicerint, & coli curauerint, qui in-
liget, & considerabit, nihil maius in ea vrbe,
ıil optabilius literis fuisse comperiet.
Cornelius etiã Tacitus in dialogo de Orato-
scribit: Quantò plus dicendo quisq; poterat,
ıtò faciliùs honores assequebatur, & in ipsis

honoribus collegas anteibat: tantoq; plus apud Principes gratiæ, plus auctoritatis apud patres plus notitiæ & nominis apud plebem habebat. Si nec priuati quidem sine potestate erãt: quia & populum, & senatum consilio & auctoritate regebant: multique sibi persuadebant, neminem sine eloquentia aut assequi posse, aut tueri in ciuitate conspicuum & eminentem locum. Nam Gn. Pompeiũ, & M. Crassum non viribus modò & armis, sed ingenio quoq; & eruditione valuisse accepimus. Lentulos, Metellos, Lucullos, multum in his studijs operæ curæq; posuisse, nec quẽquam illis temporibus magnam potentiam sine his consecutum. Iulius Cæsar eruditionem cum re militari & peritia armorum sic coniunxit, vt in conscribendis rerum à se gestarum commentarijs præripuisse, non præbuisse alijs scriptoribus facultatem videatur. Hirtius in supplemento Cæsaris, Plinius li. 7. cap. 25. Sabell. li. 7. Ennead. 6. Augustus Cæsar etiam varios eruditos commentarios reliquit, quos enumerat Tranquillus: & humanioris literaturæ tam studiosus erat, vt nullus dies laberetur, quo non legeret aut scriberet, eloquentiamque & studia liberalia cupidè laboriosissimeque exerceret. Aurel. Victor, & Vrspergens. & alij in Chronic. Tiberius quoque artes liberales vtriusque generis studiosissimè coluit, & Rhodi circa scholas & auditoria Professorum assiduus erat. P. Aemilius vniuersa Macedonum gaza victor potitus, nihil præter duos regiæ bibliothecæ libros attigit, filijs

Suetonius.

suis

diſtribuendos: præſtantius eſſe ratus, libe-
ous artibus eos inſtruere, quàm opibus lo-
letare. Claudius Cęſar nouas literas tres ex- *Suetonius*
itaſſe veteriq; alphabeto adieciſſe creditur, *& Tacitus*
:icer. cōtra Aſiniū Gallū eruditā deſenſio- *lib. 11. Annalium.*
ı conſcripſit, frequenterq; legatis perpetua
tione reſpōdit, & heroicis verſib. pro tribu-
. vſus eſt, ac pulchros hiſtoriarum libros re-
ıit, qui in Muſæo Claudiano ſingulis annis *Ioſephus*
:legebātur. Caius Caligula ob ingenii acer- *lib. 19. c. 7.*
ıum, & doctrinam non vulgarem, mirificè
igebatur, etſi poſt abuſus fuit. Nero, Seneca *Suetonius.*
ıs præceptore, omnes ferè liberales artes at-
it. Alexander Seuerus omne tempus, quod *Lamprid.*
egotijs Imperij ſuffurari potuit, Platonis de
ɔub. & Ciceronis de officijs, & Horatij epi-
ılarum libris impendit, Virgiliumque poe-
'um Platonem vocabat. M. Antoninus Imp. *Iul. Capitolinus & alij.*
no ætatis 12. habitum philoſophicum ſump,
, tantumque in eo ſtudij philoſophiæ erat, vt
n factus Imperator, ad domum tamen Ap-
ıllonij diſcendi cauſa ventitaret, tantumque
eo profecit, vt prauis cupiditatibus impera-
t, ſine cōtumacia frugi, verecundus ſine igna-
a, ſine triſtitia grauis eſſet. Quare certatim
nnes illi diuinos honores impendebant, ſa-
ilegusque iudicabatur, qui eius imaginem
omi, inter Deos Penates, non haberet. Dio- *Nicephor.*
etianus & Maximianus ſub finem vitæ poſi- *lib. 7. c. 20.*
s armis & Imperio philoſophari cœperunt.
'heodoſius filijs ſuis Imperium ſe traditurum
.ebat, ſi vitam moresque ſuos ad diſciplinam,
 & leges

& leges Dei componerent: alioqui vtilius fore, vt priuati viuerent, quàm doctrina nulla cum periculo imperarent. Carolus Magnus eruditus Imperator, etiam filias suas liberalibus studijs erudiri volebat. Alphonsus Aragonum rex apertum librum pro insigni gestabat, quòd studia bonarum artium vel in primis regibus conuenire putaret. Ideoque Platonem prædicabat, quòd diceret, Reges aut literatos esse oportere, aut literatorum patronos, easque respublicas felices existere, vbi aut Philosophi imperarent, aut Imperatores philosopharentur, teste Panormitano in Apophthegmatibus Alphonsi, lib. 2. cap. 8. & 16. & lib. 3. cap. 4. & Syluio in addit. Vbi eum & hoc nomine celebrant: Quòd diem, quo nihil legisset, se perdidisse doleret: diuitesque sine literis aureum vellus nuncuparet, & Regem illiteratum, asinum coronatum. Laudatusq; ab aliquo, quòd rex esset, regis filius, regis nepos, & regis frater, responderit: laudem illam Maiorum esse, qui iustitia & fortitudine sibi regnũ comparassent, quod successoribus oneri cederet, & ita demũ honori, si virtute potius quàm testamento illud susciperent.

Vrsperg. in Chron.

Ladislaus Vngariæ Bohemiæque Rex, non modò Principi eruditionem necessariam iudicabat, sed ne homines quidem videri, qui literas ignorarent. Syluius ad Panormitanum de Alphonso.

Robertum Franciæ Regem laudaturus Platina in Ioan. XX. doctrina & sanctitate illum

omnes Reges superasse asseuerat. Pudeat igitur eos, qui bonas literas contemnunt, negliguntque, quibus Maioribus suis prælucere, relictasque à parentibus diuitias augere, & contra aduersarios defendere potuissent: præsertim, cùm nemo doctus miser & inhonoratus permanserit, plurimi verò in omni memoria extitisse reperiantur, qui ex felicissimo, vt ipsis videbatur, statu in extremam miseriam, quòd sapientia & doctrina carerent, prolapsi sint. Dionysius nobilissimus & ditissimus Siciliæ Princeps, mutata fortuna, ludimagister ex Principe factus, re ipsa cognouit, quanto præstantius sit, eruditum esse, quàm diuitem, suoque exemplo omnes docuit, ne quis fortunæ nimis crederet.

Campofulgosus, Genuæ olim rerum potitus, cùm seditiosis ciuium factionibus patria eiectus esset, historiarum & bonarum artium studijs sese totũ dedit, & eam nauauit operam, vt exemplorũ copia, & studio alios superaret. Ita vt quod alijs calamitosum esse solet exiliũ, illi ad nominis gloriam plurimum contulerit: cætera enim, quæ vulgo magnifica & splendida vocantur, caduca & fragilia, puerilibusq; crepundijs consentanea sunt auctore Valerio, quæ vires & opes humanæ vocantur: affluunt subitò, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in persona stabilibus nixa radicibus consistunt, sed incertissimo statu fortunæ huc illucque acta, quos in sublime extulerunt, improuiso recursu, destitutos, in profundo cladium mise-

Præf. Thea. humanæ vitæ.

Valer. lib. 6. cap. vlt.

miserabiliter immergunt, vt nec dici, nec existimari mereantur bona, quæ inflictorum malorum amaritudinem desiderio sui duplicant. Quapropter Aristippus post naufragium suis ciuibus renuntiari iussit: Non posse filijs maiorem hæreditatem relinqui, qua etiã post naufragium apud ignotos salui forent, quàm si honestis artibus, bonisque disciplinis imbuerentur.

Et Diogenes Cynicus rogatus, quid ex Philosophia lucraretur puer. Etsi nihil, inquit, aliud, vel hoc ipsum, vt ad omnem fortunam paratus sit. De vtroque refert Laertius, & Volaterranus lib. 14.

Crates Thebanus omnem substãtiam suam in pecuniam redegit, & apud trapezitam hac lege deposuit; vt si filij Philosophi essent, egenis ciuibus distribueret, nihilo Philosophos indigere existimans, sin idiotæ, ipsis redderet, vt vacuis virtute, saltem diuitiæ opitularentur. Terra quæuis, vt prouerbio dicitur, alit artem: qui nullam didicerint, si fortuna auferat opes, aut mendicare coguntur, aut furari, quando eruditis sua cuique ars pro viatico est. Amicus meus, inquit M. Ficinus lib. 5. epist. binis literis de sua fortuna apud me conqueritur. Ego illi consulo, vt ad templum Mineruæ confugiat, quo solo contra fortunę procellas fulminaque protegimur.

Porrò multi, cùm fortè in manus hostium & tyrãnorum venissent, multi in custodia exilioque rebus desperatis dolorem suum libera-

libus

libus ſtudijs leuauerunt. Quid enim Socrati fortitudinem in moleſtia carceris præſtitit? eruditio. Quid patientiam Regulo, dum cruciaretur à Pœnis? Quid Senecæ, quid Boetio, eloquentiſsimoque Ciceroni, dum iniqua ipſis mors proponeretur, conſtantiam attulit? Eruditio. Quid tandem Platoni, Soloni, Themiſtocli, Demoſtheni, cæteriſque Philoſophis & Orthodoxis Patribus in exilio apud ignotos gratiam, auctoritatem, & amicos peperit? ſola profectò eruditio. Quæ quocunque ierimus nos comitatur, reducit, & in aduerſis velùt clypeus aduerſariorum in nos venientes ictus propulſat, vt nihil homini tam graue poſsit accidere, quod non ferri animo ſorti ipſius adminiculo poſsit.

Multi quoq; dum vehementer ægri eſſent, nec vlla medicorum arte valetudinem recuperare poſſent, ſola lectione bonorum auctorum conualuerunt. De Alphonſo Rege prodidit Panormitanus, quòd ex Curtij lectione de geſtis Alexandri Magni ſtatim valetudinem, propter maximam, quam inde percipiebat, voluptatem, receperit, quam Medici reddere non potuerant.

Similiter Porphyrius Plotini magiſtri ſuauiſsima oratione ſanitatem corporis recuperaſſe fertur. Fabius Quintil. ob mortem filij triſtis; Sed viuimus, inquit, & aliqua viuendi ratio quærenda eſt, credendumq; doctiſsimis hominibus, qui vnicum aduerſariorum ſolatium literas putauerunt. Ita M. Cicero æger & pertur-

Suidas & alij.

Fab. proœ. lib. 6.

De Diuinat. & in Offic.

perturbatus, & sic constituta republica, vt in ea versari non liberet, ex studio philosophiæ solatium quæsiuit. Est enim ingens voluptas, & animorum quasi naturale pabulum, consideratio naturæ, contemplatioque rerum diuinarum & cælestium. Ideoque veteres eos, qui in naturæ & rerum optimarum peruestigatione studium ponebant, Deorum immortalium conuiuas appellauerunt, quod diuinis sapientiæ dapibus alerentur.

Operæ igitur pretium, ait Philo Iudæus, fecerint, quotquot vbique sunt adolescentes, si ætatis floridæ primitias eruditioni dedicârint, tam in præsens, quàm futurū sibi paraturi decus & imperiū. Et Menander: Beatus est, opibus iungens industriam.

Prædicatur apud Historicos Euthidemus philosophus & Orator, quòd cùm ingentes opes à maioribus accepisset, ipse eruditionem & dicendi gloriam coniunxit.

Salium Iulianum, Iuliani Imperatoris proauum longè habitum fuisse meliorem scribit Spartianus, quòd egregius Iurisconsultus esset.

Volater. lib. 19.

Scæuolam dicere solitum refert Volaterranus: Turpe, & vniuersæ reipub. perniciosum esse, si viri patritij, & nobiles, atque magistratus sciētiam, qua inter ciues quotidie vti oporteret, ignorarent. Et quòd nec diuitijs rectè vti, nec eas aliter conseruare, nec aduersus omnem fortunæ iniuriā instructi esse possent, nisi doctrina & eruditione perpoliti. Quicunque igitur à nobilibus, diuitibusque parentibus orti

sunt,

sunt, eorum virtutes superare conentur: cæteri his studijs operam dent, quibus multi homines noui honore, diuitijs, & gloria nobilissimis familijs præluxerunt. Est enim hæc vna via laudis, & honoris, & dignitatis. Qui philosophiæ studio omisso prædæ & libidini inhiantes, militiam sectantur, hos perstringit Horatius lib. 1. Carminum, Ode 29. In eos, qui propter voluptates, conuiuia, & luxum philosophiam, & literas, atque virtutes negligunt, quadrat hoc Varronis in Satyra, quæ περὶ ἐδεσμάτων inscribitur: Si quantum operæ sumpsisti, vt pistor tuus bonum panem pinseret, eius decimã philosophiæ dedisses, ipse bonus iam pridem esses factus: nunc illum qui nôrunt, volunt emere millibus centum; te qui nouit, nemo centussis. Obseruatu dignissimum est hoc Ecclesiastici: Quæ in iuuentute non congregasti, quomodo in senectute inuenies? Cum isto Salomonis: Sapientia clamat, & dat vocem suam in plateis; Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi noxia sunt cupient? & imprudentes odibunt sapientiam? Quia vocaui vos, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret: despexistis omne consilium meum: ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo cùm vobis id, quod timebatis, euenerit. Tunc inuocabunt me, & non exaũdiam, manè consurgent, & non inuenient me. Qui me oderunt, diligunt mortem.

Gellius lib. 13. cap. 19.

Eccl 25.

Prouerb. 1.

Prou. 8.

Pro Aegyptiæ bibliothecę foribus inscriptio erat: Animi medicamentum.

Marcus

Marcus Cicero quondam Romæ Senatum decreuiſſe refert, vt de principum filijs ſex, ſingulis Etruriæ populis in diuinandi arte inſtituendi traderentur, ne ars tanta propter tenuitatem hominum à religionis auctoritate abduceretur ad mercedem & quæſtum. Sic mihi, inquit, Fra. Duarenus in epiſtola de ratione ſtudij legalis, iuriſprudentiá non aliter dignitatem maieſtatemq́; ſuam retinere poſſe, quàm ſi nobilitas capeſcendę reipublicę auida ſtudio Iuris præcipuè excolatur: & velut interdicto aliquo in veterem reſtituatur poſſeſſionem. Nam priſcis temporibus ita ſe huic ſtudio nobiles adoleſcentes dabant, vt eius ordinis proprium quodammodo eſſe videretur.

ARGVMENTORVM ALIORum refutatio.

CAPVT XII.

VT autem hoc loco omnibus ſatisfaciat, alia etiam argumenta, quæ fortè ipſis obijci poſſent, breuiter explicanda duxi.

Licinius Imperator Philoſophos & Oratores venenum reipub. & peſtem, & aulicos mures eſſe affirmabat, & mirificè inſectabatur. Pomponius Lętus, & Baptiſta Egnatius in vita. Verùm propter hanc rem à ſapientibus viris egregiè reprehenditur, & præterea Tyrannus & publicæ libertatis oppreſſor vocatur: & tam indoctus fuit, vt decretis ſuis nomen ſubſcribere non poſſet, & tota reſpub. Romana Eccleſiaque

fiaque Dei sub isto Tyranno plurimum detrimenti accepit.

Domitianus Philosophos omnes vrbe Italiaque submouit, atque eiecit, teste Suetonio, & Athenæo lib. 13. disput. cap. 34. Antiocheni Iulianum maledictis insectati, quòd Philosophus esset, ac barbam, iuxta morem veterum Philosophorum, nutriret. Ad hæc respondet Politianus in Lamia: Hoc non miror, inquit: scelesti enim moribus, & facinorosi, luxuriaq; & delicijs corrupti, supercilia philosophiæ ferre non poterant. Cæterùm non statim malum videri debet, quod est à quibusdam reprehensum. Nam & dulcis sapor omnium creditur præstantissimus, qui tamen nonnullis ingratus. Orationes huiusmodi similes vmbræ sunt: vt autem crescente vel decrescēte vmbra, corpus tamē ipsum, cuius illa est vmbra, propterea nec crescit, nec decrescit: ita nec melior fit quisquam dum laudatur vulgo, nec peior dum vituperatur. Si philosophandum nō est, secundùm animi virtutem viuendum non est: at sicut animo viuimus, sic virtute animi bene viuimus.

Qui igitur viuere nō vult, is ne philosophetur: qui turpiter viuere vult, is philosophiam ne sectetur: qui autem philosophari non vult, is ne felix quidem esse vult.

Simile est huic, quod Caius Caligula Homeri versus funditus abolere conabatur. Verùm non Homeri solùm, sed Virgilij quoque & Liuij scripta, & imagines ex bibliothecis eijcere parabat;

parabat: Iuris quoq; prudentiam inuadere non verebatur, vt nemo & ſcire aut reſpõdere poſſe videretur, præter ſe. Tantæ enim arrogantiæ fuit, vt Virgilium nullius ingenij minimæque doctrinæ fuiſſe affirmaret: Liuium verò verboſum in hiſtoria & negligentem aiebat, teſte Tranquillo. Quæ Tyrannis, arrogantia, & temeritas ſempiternam illi ignominiam peperit.

Michael Parapinatius Imperator, quia bonis artibus & Poeſi operã dabat, Imperium multum damni perpeſſum eſt, & ipſe cum vxore, & filio cœnobio concluſus, vt in vita eius refert Baptiſta Egnatius lib. de Imp. 2.

At non propter bonarũ artium ſtudia hoc accidit, ſed propter ignauiam & ſocordiam Principis. Nam quando Imperium ab hoſtibus affligebatur, ipſe tamen Imperator nihil de republ. cogitans, ſub Pſello magiſtro verſibus tantùm factitandis vacabat, in odium populi incurrit: vt ex eodem Egnatio facile deprehenditur. Vtinam obſeruaſſet Iuſtiniani ſententiam: *Principem & legibus & armis ornatum eſſe debere.*

Nam ſicut iuuenem bonis artibus operam dare oportet, quo rectius aliquando imperare poſsit: ita iam ad Imperium vocato curãdum, ne quid priuatis ſtudijs de opera publica detrahatur, vt pulcherrimè docet Cicero lib. 2. Acade. quæſt. Quod in commentarijs ad 72. quæſtiones Ptolemæi Regis declaraui.

Alios multos Imperatores & Principes, qui literarum gloria prædicãtur, turpia geſsiſſe ia-

ctant: Nero, Domitianus, &c. At hos ego doctos affirmare non possum: Nemo enim orator, nisi vir bonus, auctore Fabio. Studendum quidem eruditioni est, sed quæ cum virtute coniungatur.

Præterea Dionysius doctissimus Tyrannus ex optimorū Philosophorum doctrina se parum fructus retulisse fatebatur: quia etsi regnū incommodis & malis plurimis refertum esset, hoc tamen esse deterrimū, quòd qui apud Regem proximi sunt, plurimum ipsi assentirentur, Leonard. Aretinus in Commentarijs Græcorum. Deinde nisi hi literis & artibus bonis vtcunque imbuti fuissent, longè deteriores respublica illos perferre debuisset. Alij infiniti his studijs & per rectam educationem optimi euaserūt. Principis enim indoles, quò maior est, eò maioribus vitijs inclinari potest: & in quancunque partem impellitur, eò se gerit vehementius, vt omnes aut virtute aut improbitate superet.

Narrat Ioannes Baptista Egnatius in vita Claudij Impt. quòd cùm Barbari libros Atheniens. comburere pararent, vnus ex illis restiterint: Abstineamus, inquiens, hanc iniuriam ab his codicibus, quibus Graij homines dum studiosius incumbunt, minus ad bella idonei fiūt. Quòd si is nō fictè potius, vt bonos libros tueretur, quàm ex animo pronūtiauit, magnā suam imperitiam ostendit. Rectè enim Arist. lib. 1. Polit. quosdam homines natura liberos esse & dominos statuit, qui pro sua eruditione

& ſapientia Iura & leges agendi præſcribant: quoſdam etiam, qui non animi, ſed corporis robore & viribus valent, qui iuſſa prudentum aſſequatur. Quantum enim artes & diſciplinæ in bello cõducant, ſuperius à nobis eſt demonſtratum. Quorundam Poetarum & Philoſophorum turpitudines & vitia, & Doctorum inter Chriſtianos abuſus colligunt, atq; in eis diſputant, ipſamque doctrinam ex his vituperare non erubeſcunt.

Sed Iſocrates in Nicocle: Haud, inquit, accuſandę res illæ ſunt, per quas cum virtute alijs præſtare poſsis, ſed homines potius, qui aut res illas malè tractando corrumpunt, aut eloquentiam ad impoſturas conferunt. Miror autem, cur ij, qui ita ſentiunt, non etiam diuitias, aut robur in crimen vocant. Nam ſi propter eos iraſcuntur eloquentiæ, qui decipiunt, & mentiuntur, etiam cætera bona (quibus aliqui abutuntur) vituperare debent. Verùm non conuenit hominum improbitatem in res transferre, ſed illi ipſi culpandi ſunt, qui bonis rebus abutuntur, & ciues per ea lædere conantur, quæ ad eorum ſalutem conuertere potuiſſent.

Et in Monodia Baſilij Magni Nazianzenus: Si ideo, quòd aliqui ex Philoſophia noxam cõtraxerunt, ac in errores varios inciderunt, ea de cauſa illam deſpiciunt: eodem modo & hi cælum, terramque, & omnia quæ in eis continentur, odio poterint habere: quando plures inueniuntur, qui hæc Deos conſtituunt, aut his alioqui abutuntur. Similiter autem & ignis, &

ele-

elementa cætera, & cibus ipse, quæ interitum ac pernitiem malè vtentibus ferunt, ab omnibus mala videbuntur. Sed contra conspicimus, quòd non solùm ea, quæ de genere sunt bonorũ, at omnino mortifera, interdum probè accommodantes iuuare inueniantur: iamque ex viperæ carne singulare morbis remedium inuentum, quod theriacam vocant. Pluribus argumentis hoc sophisma libro 1. redargutum est.

Fallit nonnunquam Dialecticus, inquit Rudolphus Agricola lib. 2. de Inuentione Dialectica cap 2. & pro veris falsa tradit. Euenit id quidẽ: sed & nauim gubernator euertit, & medicus perimit. Hominum sunt ista, non artium: atque vel eo magis fatendum erit, vtilem esse Dialecticen, cùm & qui oratione seducũt, astu id persæpe, nulla etiam arte instructi, faciant: & qui fallitur, si artem calleret, vel nequaquam id, vel minus vtique pateretut. Sanè sicut reliquæ artes, quæ remedio sunt inuentæ humanis necessitatibus, non potuerunr succurrere incommodis, nisi prius ea detegerent: sic Dialectice, cùm magna ex parte in eo sit posita, quo pacto laqueos captionum fraudumq; in dicendo vitemus, necesse habuit aperire insidias, & ostendere quàm variè quis capi posset. Quę si quis inde deprompta vtenda sibi putauit, non artis hæc est culpa, vitare fugienda monstrantis, sed improbitatis, sectari vitanda cupientis: aperienda enim sunt, vt caueantur mala, & nemo artifex tantùm remedia nouit.

Eodem in errore versantur, qui propter improbos quosdam rabulas forenses, & sanguisugas causidicos almam Iurisprudentiam quasi Sophisticam, fallacem, & publicæ pacis inimicam, calumniantur. De quibus in tractatu de Iustitia dictum est.

Ipse Spiritus sanctus per Gentium Doctorem, Christi Apostolum, Paulum, ad Collossenses cap 2. Videte, inquit, ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam, secundùm traditionem hominum, secundùm elementa mundi, & non secundùm Christum.

Sed Paulus, ait Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum, nō reprehendit Philosophiam: sed eum, qui iam est particeps altitudinis cognitionis Diuinæ, non vult amplius recurrere ad Græcam Philosophiā, quam allegoricè vocat elementa mundi, vt quæ elemēta quodammodo doceat, & sit veluti disciplina præcedēs veritatem.

Quocirca ad Hebræos quoque scribens, qui à fide ad legem reflectebantur: An rursus, inquit cap. 5 opus habetis lacte, & non solido cibo? ita ad Collossenses significat elementalem doctrinā, à Christo reuerti ad philosophiam. Intelligentia autem vera à Deo est. Psalmista enim maximum donum existimat intelligentiam, ideoque petit: Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum. Bonitatem, & disciplinam, & cognitionem doce me: quia mandatis tuis credidi. Dantur autem ista præstantioribus. Ideo alibi Psalm. 147. Non fecit, inquit, sic vlli alteri

alteri genti: iudicia sua non manifestauit eis. Sapientissimis & prudentissimis quibusq; eruditio, atque eloquentia, & literæ nil præter exilium & mortem pepererunt. Nam Iuuenalis Satyra 10. de Demosthene & Cicerone loquens:

Eloquio sed vterq; perit orator: vtrunq;
Largus, & exundans letho dedit ingenij fons.
Ingenio manus est, & ceruix cæsa, nec vnquam
Sanguine causidici maduerunt rostra pusilli.

Sed idem Horatius contra ait:

Dulce & decorum est pro patria mori.

Sic ab exordio mundi comparatum fuit à natura, vt boni prædæ essent sceleratis, & inuidia docti viri premerentur. Quòd ipsi Patriarchæ, Prophetæ, ipseque Dei Filius, & illius Apostoli, atque sectatores experti fuerunt. Ipsi verò fulgent in cælo, sicut sol & luna, & quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Quare autem doctis imperiti, bonis mali, pijs impij tantoperè insidiétur, per peculiarem tractatum, Deo propitio, demonstrare conabor.

His, qui in Academias & scholas inuehuntur, & abolendas putant, quasi in ijs mores iuuentutis effœminentur, frangantur vires, futiles quæstiones, & otiosa opinionum monstra excudantur, quæ non prosint reip. sed in quibus est segnis quædam, & inutilis quasi studiorum sepultura, somniátes inter se de rebus exigui momenti, quid Nomen & Verbum, quid Genus & Species, his, inquam, respondet Ioan-

nes Casus lib. 5. Sphæræ Ciuitatis cap. 11. Ridiculum est dicere, Academias solùm ad otiosam contemplationem destinari. Nam practica in eis ingenia reperiuntur, & ab eis actionis sydera, tanquam à suis orbibus germanis lucent. Nomen & Verbum, Genus & Species prosunt reipub. quoniam in illis radices vireśque artis ac rationes insunt.

Cótingit aliquando vt hæresi vel errore infectis Academicis gubernatio reip. committatur, qui eadem infectionis tabe rempub. contaminaot: non tamen ob id Academias reprehendere oportet. Vt enim submersio hominis nó est causa, cur aqua: & denastatio domus nó est causa, cur ignis tolleretur: ita Academiæ propter infectionem erroris neutiquam sunt extinguendæ. Melius quidem est partem infectam, quàm totam rempub. perire; si pars ea non sit primaria, in qua vita totius & anima consistit; qualis est ipsa, de qua nunc agimus, Academia, quæ est vita & anima ciuitatis.

DE SCHOLASTICIS HONORibus, qui vulgo Promotiones vocantur.

CAPVT XIII.



Pinamur, ô Anacharsi, ait Solon apud Lucianum, gymnasioru desiderium in iuuenibus magis accendi, si eos, qui optime sese gesserunt, honorari conspexerint, & in medio Græcorum præconis voce magnificè proclamari, nó pauci ex spectatoribus virtutum ac laboris amore inflammantur: itaque

si

si quis ex communi hominũ vita laudis & gloriæ amorem eijceret, quidnam amplius pręclarę rei ille nobis faceret reliquum? &c. Et M. Cicero refert paucos apud veteres Romanos insignes Poetas extitisse, quod parũ honoris Poesi deferrent. Honos enim, vt prouerbio dicitur, alit artes, omnesque incenduntur ad studia gloria: & iacent ea semper, quæ aut negligũtur, aut improbantur. Et omne honoratum augetur, inquit Iamblichus, contemptum imminuitur: promouetq; plurimo ô ad honesta studia, quãdo conueniens singulis dignitas tribuitur, atq; ciuitates ea res optimis studijs implet. In eandem ferè sententiam Bion in Bucolicis: Ne me reliqueris inhonoratum: nam & Phœbus (sapientiæ Deus, & Medicinæ repertor) pro cantu mercedem dedit: honos enim res meliores efficit. Vt rectè Iuuenalis dixerit:

Quis enim virtutem amplectitur ipsam, *Iuuenalis satyra 10.*
Præmia si tollas?

Felix enim & beata omnis Respublica est, auctore Hippodamo, in qua officio suo rectè fungentibus honores debiti tribuuntur: multę autem in hoc laborant, quod qui bonus, strenuus, & diligens vir est, nihilo plus quàm deteriores & negligentiores accipit: Et Aristophanes:

Οὔτε γὰρ ὁ μισθὸς ὀυδὲν 'εστ' οὐδ' ἡ τεχνή.
Neq; præmium vllum est, ars nec ipsa tem viget. *Val. lib. 2. cap. 1.*

Quapropter Athenarum vrbs, auctore Valerio, bonos ciues corona decorandi primo cõsuetudinem introduxit, duobus oleæ connexis ramulis clarum Periclis cingendo caput. Pro- *Postell. de magistrat. Atheniens. ca. 4. & 9.*

Digitized by Google

babile certè institutum, siue rem, siue personam intueri velis: nam & virtutis vberrimum alimentum est bonos, & Pericles dignus, à quo talis muneris dandi posteritas initium potissimum caperet. Prytanes, si rectè naualem rem administrassent, corona aurea donabantur.

Rebuff. in priuil. stud. Pythagoras quoque Diuinus ille Philosophus, honoris ergò coronam auream gestabat.

De coronis athletarũ l. vnica, C. de athl. tit lib. 10. Alex. Sard. lib. 3. c. 10. & 21. Nec in Gymnicis modò certaminibus victores coronam accipiebant, quam honoris gratia circumferrent, præcoque eorum laudes decantabat: sed etiam folijs & herbis decorabantur qui vicissent, quòd virtus vireret, dabantq; placentas ex tritico, melle, & sesamo. Quin & Poetæ olim carminibus certabant, victoresque coronam reportabant.

Gellius lib. 1. cap. 6. Quoniam ergo omnes artes gloria atq; honore incredibiliter alũtur: iccirco veteres Philosophi certos etiam honores scholasticos iuuentuti proposuerunt, quibus ad bonarum liberaliumque artium studia incitarentur. Quod enim Athenis, & Cæsariensi Academia, Basilio Magno Doctores & honoris, & Professionis insignia conferre voluerint, in Monodia ipsius testatur Nazianzenus.

Reg. Canc. 16. q. 11. Honores istos Duarenus epistola ad Sebastianum Albaspinium, solennes studiosorum gradationes, Quint. Mandosius, honores dignitatis laureæ; vulgo promotiones appellantur, vel gradus, quòd gradatim & cum progresione doctrinæ conferendæ sint.

Sed vbi potissimum, & quo tempore certi gradus

gradus, certusque promotionum ordo & nomina, atq; leges introductæ fuerint, non satis inter auctores conuenit. Sunt enim qui tempore Lotharij Imperatoris Bononiæ vel Parisijs cœpisse scribant, quando Italia à perpetuis bellorum cladibus respirare cœpit, & Iurisprudentia, cæteręque liberales artes reflorescebāt. Cumque Gratianus Iuris Canonici, & Petrus Lombardus sacræ Theologiæ Epitomen conscripsisset, qui Gratiani Decretum, & Longobardi sententias didicerant, exposuerantque, Doctores appellabantur. Sd vbi eorū numerus in immēsum excresceret: tunc demum de certa profitēdi ratione, de numero annorum, certisque legibus, quæ vbique obseruarentur, cogitationem susceperunt. Vt auctoritate publica à scolasticis conuenientibus, solenni & accurata disquisitione prius facta (nam Codicillares Doctores, qui Pontificum aut Principum diplomate honorarios titulos consequūtur, post accesserunt) certum virtutis atque eruditionis testimoniū habituri crearentur. Constitutum quoq; tempus est, quod in studijs ante solēnę illam gradationem consumere oporteret.

Gradusque hactenus tres obseruantur. Primus est eorum, qui tyrocinij depositi insignia accipiunt, & Baccalaurei vocantur, etsi ex hoc Theologi duos propemodum fecerunt, & alij Baccalaurei biblici, siue currentes, alij baccalaurei formati, vel Sententiarum dicuntur.

Athletæ tribus coronis indigebant ante vocationem. C. de athl. lib. 10. & ibi Bart. atque DD.

Baccalaureatus à bacca lauri denominatur: quòd hunc gradum mereantur illi, qui ea fun-

 damenta

mis de causis approbati, & sumptuariæ leges præscriptæ, ne qui propter inopiam rei familiaris, & sumptuum magnitudinem à re tam vtili abstinerent. Multa etiã Ecclesiastica beneficia, & dignitates sunt institutæ, ad quas nõ nisi solenniter in schola promoti admitterentur. Varia quæ de his apud Iurisconsultos disputata reperiuntur. Quo etiam ætatis anno quis Doctor creari deberet, inuestigauerunt, alijque annum 25. requirunt, quòd ante hoc tempus nemo possit ad honores peruenire: alij 20. quòd ea ætate possint esse Iudices: alij 18. contenti sunt, si alioqui periti existant, quòd illo ætatis anno Nerua publicè de iure respondisse inueniatur.

Clementina 2. de magist. Anchora. proœ. lib. 6. Felinus cap. clerici, ext. de iudicijs. Bartol. l. magistros, C. de Professoribus. Panorm. in c. quoniam, de magist. c. 1. de clerico non ordinato.

Aetas nulla quidem certa Iure constituta est: sed singularum Vniuersitatum statuta & consuetudines obseruãdæ sunt. Ante 17. annum nemini Lauream conferendam esse, omnes ferè affirmant. Benius Iurisc. priuileg. 64. Anchor. Procœ. lib. 6. M. Socinus C. quanto. de Magist. Menoch. de arb. Iudic. casu 427.

Feli. c. 1. de magistris. Bart. l. rcd. datur. C. de Professor. DD. in leg. eos, C. de falsarijs.

Illis studiosis, in quibus peculiare ingeniũ, egregia indoles, & certa spes relucet, multa cõceduntur ad alenda eorum ingenia & studia. Mandosius super signatura gratiæ, de Neophytis.

Petrus Anchora. proœ. lib. 6.

Certum quoque tempus constitutum est, quo cursum studiorum prius absoluere cogãtur. Nemo enim exiguo tempore doctus fieri censetur: & iuuenis aduocatus litium confusor appellatur. Io. Neuisanus de sylua nupt.

Barto. in l. magistros, C. de Professor.

De

De quo tempore & cursu studiorum ante gradus scholasticos Ia. Menochi. de arb. Iudic. casu 87. & 192. VVesenb. cons. 8. Mandosius, & alij tractauerunt. Maria. Socinus c. super speculo, de Magist. quinquennium esse ait.

Nam Theodosius Imp. futuros Iudices quinque annos Bononiæ studere, & ab Archidiacono Bononiensi magistralem librum accipere voluit. Quod in Academia Bononiensi recitabitur. Et ne quis in aduocatum recipiatur, nisi prius quinque annis Iuri studuerit, vetant Iurisconsulti, ad l. petitiones, c. de aduocat. diuers. iud. Prudenter etiam constitutum est, vt non facile promotiones illæ conferātur absque diligenti examine, eoq; triplici, sicut olim Athletæ ter examinabantur. Primò à suo magistro præsentante, deinde priuatim, tertiò publicè: & vt in isto examine septem, vel ad minus quatuor intersint. Bartol. l. magistros c. de professoribus l. vnic. c. de Athletis. gloss. cap. 1. de cel. Missar. Anchor. proæ. lib. 6. Mandos. ad reg. Cancell. 13. q. 7. & super signat gratiæ, de licentia Doctorandi. Benius priuileg. 53. Vbi tot Doctores non habentur, ex alio vicino Collegio accersuntur. Menochius de arbit. iudic. casu 122.

Sex in Promotione & creatione Doctoris requiri, scholiastes Guidonis Papæ ad decisionem Grananopolitanam 388. annotauit. Nimirum, vt promotores iurati deponant illum esse dignum & sufficientem, vt examinetur, vt examen approbetur, per l. nemini C. de aduocat. diuers.

diuers. Iudic. vt Byretum in signum splendoris capiti imponatur, vt Cathedra inuestitura possessionis tradatur, & liber veluti materia conferatur. Traditionem verò annuli, osculum, & benedictionem, ait, non esse de necessitate istius actus: per doctrinam Baldi proœ. Decretalium, & Christoph. Port. institut. quibus mod. Ius patriæ potest. soluat.

Nam vt actus ille plus reuerentiæ & decoris obtineret, diuersæ cæremoniæ introductæ fuerunt. Pilei, qui pro motis imponuntur, libertatem significant, quòd posthac ferulæ & virgis exempti, Doctores ipsi aliorumque magistri euaserint. Nam veteres pileo libertatem designare solebant, auctore Alexandro Sardo, lib. 1. de moribus & ritibus gentium cap. 1. Et apud veteres Romanos serui libertate donandi, pileum accipiebant, spectatæ virtutis & libertatis indicium. Cuius cæremoniæ ortus ad Noach refertur, qui ad perpetuam diluui memoriam, quo ipse cum suis à Deo liberatus erat, pileum eos gestare voluit. Sicut in Academia Romana demonstrabitur. Theologis pileus niger imponitur, quòd mundo mortui cælestia consectentur. Iurisconsultorum pileus est rubeus, qui color aureus & regius appellatur, quod Iurisconsulti regibus & principibus assideant, & propriè Doctores atque Domini vocentur.

Annulus equestrem dignitatem & facultatem signandi responsa Iuris designat. Nemoque Iurisconsultus olim habebatur,

——*nisi fulserit annulus ingens* In

In digito, ait Iuuenalis satyra 7.

Byreti impositio est signum victoriæ, præeminentiæ, & coronæ sacerdotalis, teste Mar. Socino, cap. quanto, de magistris. Est enim Iurisconsultus sacerdos iustitiæ.

Per traditionem libri & annuli Doctor videtur effectus proprietarius & deuinctus iustitiæ. Mar. Socinus eodem loco.

De osculo, tegmine, clauso apertoq; libro, & alijs cæremonijs, quæ in promotionibus adhibentur, Lãcellottus in prætore ciuili cap. 1. Alciatus Parerus, lib. 8 disseruerunt.

Humerale est habitus veterum Philosophorum. Sic Socrates, Plato, Aristoteles incedebãt, & adhuc in scholis Philosophorum Coloniæ in schola trilingui, & passim depinguntur. Hoc tempore iurisconsulti solemnioribus actibus vtuntur humerali ex Damasceno serico, vel quod Damasci aliquando fuerit celeberrima Academia diuinarum & humanarum legum, & diuersæ Synagogæ atque scholæ, & diuinarũ legum præco, gentiumque Doctor Paulus Damasci veram legis scientiam didicit, quam per vniuersum orbem terrarum diffudit Act. 9. vel à varietate coloris, vel à forma: quòd Iurisconsultus Diuinarum & humanarum rerum scientiam profiteatur, l. iustitia. ff. de Instit. & Iure.

Sic etiã Ioseph Patriarcha, qui Iurisprudentiam in Aegyptum matrem studiorum intulit, vestem polymitam à patre Iacob acceperat. Papyrius quoque prætextatus, qui tempore Tarqui-

TarquinijSuperbi Romanorum Regis floruit, & leges Regias composuit, à veste prætextati cognomẽ accepit. Zasius ad l.2.ff. de orig. Iur. Aulus Gellius lib 1.noctium Atticarum,c.23.

Conferuntur hi scholastici honores auctoritate Principis,Clement.dudum, de sepulturis,cap.2.de priuileg.in 6.Bartol.proœ ff.§.hęc autem tria. Mandos. ad Cancell. reg.13. q.7 & reg.16 q 20. Anchora. Clement. Clement.dudum,de sep.& Clement.de magistr.

Bononiæ Archidiaconus librum magistralem confert,ex priuilegio Theodosij,vt ibi dicetur, & Hippol. Mars. affirmat singulari 553. Coloniæ Agrippinæ Præpositus & Archidiaconus Metropolitanæ & Archiepiscopalis Ecclesiæ,illius Academię Cancellarius perpetuus est,qui ad promouendos Licentiatos atq; Doctores procancellarium eligit.

Laici verò Clericos promouere, vel ab Archidiacono substitui non possunt. Hippolitus singulari 553.

Ab his gradibus atque honoribus arcentur omnes infames,quibus portę dignitatum patere non debent,Infideles, hæretici, excommunicati,spurij,vel nõ rectè nati. Anchor. proœ. lib.6.Socinus de magistris,Benius priuileg.64. Qui per saltum & indecenter promouentur, priuilegijs promotorum non gaudere asseuerant scholiastes Guidonis Papæ decis. 388.per glosś.& DD. l.Nemo de aduocatis diuers.Iud.

Similiter qui per bullam vel rescriptũ Principis gradum Doctoratus acquirunt, non gaudere

dere priuilegijs Doctorum probat Guido Papæ decis.88.& 387.l.Si ita quis §. fin.ff.de legat. 3.& Iac. Fabrum, §. responsa Institut. de Iure nat.gent.& ciuili.

Verisque Doctoribus, qui per rigida examina in scholis promouentur, bullatos longè inferiores esse, affirmat P.Castrensis, l.fin.c.vbi Senatores,& clariss. ciues.Mandosius super signatura gratiæ, de Licentia Doctorandi. Zasius ad l.2. ff. de orig. Iur. Benius priuileg.10. vbi expedire aiunt, vt Principes creandis istis honorarijs siue codicillaribus Doctoribus parciores & circumspectiores sint.

Nam crebrò fit, vt isti non sint honore isto quòd Doctores salutentur, contenti, sed magistratus quoque ambiant, qui egregiam eruditionem requiruét :& optima beneficia Ecclesiastica aucupentur, cùm Ecclesijs indigni sint.

De quibus bullatis Doctoribus non ineleganter quis dixerit, quòd olim Dionysius de Heliodoro aiebat, quem Adrianus Imperator epistolarum suarum magistrum fecerat: Potest Cęsar pecuniam & honores tribuere, Rhetorem facere non potest. Dion in Adriano. Mandos.super signatura gratiæ, de licentia Doctorandi. Licere autem Principi quandoq; solo verbo Doctorem creare putant. Iacobinus de S.Georgio, de feud.§ quęritur etiam Angel. l.1. c. de sentent. passis §.sed an Princeps.

Seß.22.c.2. & seß.24. c.11. S.Concilium Tridentinum scholasticos illos honores non solum approbauit, sed etiam ijs insignitos alijs præferendos esse decreuit.

De

De Codicillaribus autem, & bullatis Doctoribus non creandis amplius, extat Bulla Pij V. in egloge motu propriorum, his verbis.

Pius Episcopus Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam:

Quamuis à Sede Apostolica, ad quam negotiorum multitudo vndique confluit, curis omnino penè innumeris nonnulla interdum ex iustis causis concedantur, quæ successiuis tẽporibus in publicum detrimentum, & alieni iuris præiudicium tendere noscuntur, non debet reprehensibile videri, si Romanus Pontifex, ad cuius prouidentiam pro debito Pastoralis officij spectat super ijs debitè prouidere, illa rationabilibus, & iuridicis superuenientibus causis, deinde cognitis, quandoq; reuocat, & annullat, ac in statum redigit rationis. Sanè cùm fide digna plurimorum relatione, non sine animi nostri molestia, intellexerimus, nonnullos Comites Palatinos, & diuersos alios, prętextu facultatũ, sibi à Romanis Põtificibus, & Sede Apostolica concessarũ, quàm plurimos tã Laicos, quàm Clericos, tã iure Ciuili, quàm Canonico & Theologia, nullo, aut nõ debito examine præuio, indoctos, & inhabiles Doctores Licẽtiatos Magistros creasse, promouisse, vti ad dignitates, cęteraq; beneficia Ecclesiastica facilius assumerẽtur, & de eis prouiderẽtur, in animarũ suarum iacturũ, & quàm plurimorũ scãdalum. Nos huiusmodi scandalis, quantum in nobis est, obuiare, & aliàs, ne de cętero inhabiles ad huiusmodi gradus admittantur, proui-

dere volentes, Motu proprio, non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera deliberatiõe, & ex certa sciētia, nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuò valitura cõstitutione omnia, & singula facultates. & indulta eisdem Comitibus, ac etiam quibuscuis Officialium Romanæ Curiæ Collegijs, singulisque alijs personis cuiuscunque status, gradus, ordinis, & prę- æminentiæ existentibus, ad Doctoratus, Licentiaturæ, & Magisterij gradum promouēdi per quoscunque Romanos Pontifices, prædecessores nostros, & Sedem Apostolicam, ac etiam nos etiam, Motu, scientia, & potestatis plenitudine, similibus quomodolibet concessa, confirmata, & innouata, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, perpetuò reuocamus, cassamus, & annullamus, ac decretis concilij Tridentini inhærentes decernimus, & declaramus, eos, qui à Comitibus, & alijs præfatis promoti fuerunt, quo ad dignitates, cæteraque beneficia Ecclesiastica, nulla gradus prærogatiua frui & gaudere posse, vel debere. Et sic præmissis omnibus, & singulis, per quoscunque iudices etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, interpretari, iudicari, & diffiniri debere. Nec non irritum & inane, quicquid secus super ijs à quoquam auctoritate scienter, vel ignoranter cõtigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus,

Seß. 22. c. 2. & seß. 24. c. 11.

nibus, ordinationibus Apostolicis, ac præfatis, ac quibusuis alijs facultatibus, priuilegijs, indultis, & literis Apostolicis, eisdem conuentibus, & Collegijs, nec non quibusuis alijs etiam ex quauis causa, etiam vrgentissima, aut in vim contractus inter eos, & Sedem prædictam initi, vel ex causa onerosa, etiam motu proprio, ac consistorialiter, & aliâs quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis: quibus omnibus illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum inserantur, presentibus pro sufficienter expressis habentes, quo ad hunc effectum specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes literæ ad omnium notitiam deducantur, volumus, quòd in Cancellaria nostra Apostolica, & acie Campi Floræ de more publicentur, & inter constitutiones perpetuò valituras describantur. Et quia difficile foret eas ad singula quæque loca differri, quòd earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo &c. Si quis autē, &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1568. Kal. Iunij, Pōtificatus nostri anno tertio, &c.

Memorabile est, quòd Valentinus Rotmarus refert in Academia Ingolstadiensi, de Frederico Staphylo Theologo, Iurisperito Germano. Ille cùm vir doctus, sed vxori alligatus

esset, facultas Theologica ipsi conferre recusabat. Summis ergo Pontifex, procuraute Ferdinando. Rom. Imperatore, Salyburgensi Archiepiscopo facultatem dedit, per honorificum diploma, vt Fredericum Staphylum tam Iuris Canonici, quàm Theologiæ Doctorem crearet, in præsentia aliquot Episcoporum & Doctorum, qui rigoroso examine præuio, per iurata vota affirmarent, ad gradus istos Staphylum idoneum esse. Quare istis, cæterisque debitis cæremonijs adhibitis, Staphylo rubrum pileum à Pontifice missum Archiepiscopus in Comitijs Augustanis anno 1569. imposuit, & sacræ Theologiæ atque Iuris Canonici Doctorem pronuntiauit.

De ordine, & loco, ac præeminētia Doctorum Iuris inter se, & aliarum facultatum Doctores: & quòd maior de collegio non ætate dicatur, sed qui prior dignitatem consecutus est, seu in Collegium cooptatus: & quod Senior absente Decano siue Præfecto conuocandi & concludēdi facultatem habeat. Petr. Anchor ad titulum de magistris in 6. Maxianus Socin' eodem loco, Menochius de arbitrarijs Iudic. casu 124. Quintil. Mandosius ad Cancellariæ regulam 16. quest. 15. & seq. Iacobus Benius de priuilegijs Iurisperitorum priuilegio 10. & alij fusè pertractârunt.

Nicolaus Boerius tractatu de auctoritate magni consilij & parlamentorum Franciæ, cōmunem, ait, opinionem esse, vt primum locum obtineat Theologi, secundum Iurisperiti,

ti,tertium Medici,quartum Philoſophi & bonarum artium Profeſſores: inter Iuriſperitos præferãtur hi ,qui Canoniſt. vocantur, & inter hos,cæteris paribus,ſeniores,& qui diu profeſſi fuerunt, niſi Iuniores virtute & ſcientia maximè excellerent, vel in dignitate aliqua conſtituti eſſent. Theologi enim verſantur circa Deum, & res diuinas : Canonum Doctores circa bonum commune,& circa Deum quoq;. Legiſtæ circa bonum commune tantùm : Medici circa corpus humanum. Iuriſconſulti tanto Medicis præſtant, quanto anima præſtat corpore,iuſtitia ægritudine.Socinus cap.ſuper ſpeculo de magiſtr.

Canoniſtæ Legiſtis præferuntur, cæteris paribus. Nam excellens Legiſta præfertur indocto Canoniſtæ, Socinus ibi. Sicut iuuenis doctus præfertur ſeniori indocto, Socinus reg. Iur.128.

Qui diu profeſſus eſt,& maius ſtipendium habet, vel à Principe digniore, maioreuè promotus eſt, (dummodò non ſit bullatus) alijs præfertur,Socinus cap.quanto,de magiſtris,& regula Iur.128.& ſeq.Petr.Duẽnas,reg.Iur.208.

Doctor Canonum & legum præfertur ſimplici Canoniſtæ,Socinus c.quãto,de magiſtris. Geminatum enim vinculum difficilius rumpitur.

Sicut Licentiatus duplex præfertur omnibus alijs Licentiatis,non Doctoribus.Licentiatuſque Theologiæ præcedit baccalaureum vtriuſque Iuris.

Et prior Licentiatus præfertur posteriori Doctori, seniumque à tempore adepti gradus Licentiæ computatur, licet post alium Doctor euaserit.

De quibus apud Socinum, & Anchor. de magist. Boerium d. loco, Guidonem Papæ decis. 88. & 388. & 390. Benium, & alios, plura differuntur.

Licentiati in fauorabilibus non odiosis gaudent priuilegijs Doctorum. Guido Papæ decis. 389. VVesenb cons. 40. Coloniæ, & Salmanticæ, & plerisque alijs Academijs Licentiatus ibi promotus precedit Doctores aliarum Vniuersitatum in eadem facultate. Quod placet Benio præfat. partis 3. Ipseque repetens, vel disputãs, aut promouendus in isto actu præponitur Doctoribus. Mar. Socin. cap. quanto, de magistris.

In quibusdam Academijs Licentiati ab vno Doctore præsentantur ad Lauream, ab alio eã consequuntur, vt Papiæ, Taurini, Coloniæ, in alijs ab eodem promouentur, à quo præsentati fuerunt. Prior mos statuto vel consuetudine, posterior Iure nititur, ne continentia causæ diuidatur Menoch. de arb. Iud. casu 371.

In aliquibus iurare cogũtur Doctores, quòd promouendi sint digni laurea, vt Papiæ, in alijs non iurant, quod magis placet Menochio de arb. Iud. casu 192. Mandosius tamen super signatura gratiæ, de Licentia Doctorãdi, post Bartolum, & alios quosdam mauult, vt iurent promouendos esse dignos.

Quatenus in vna Academia promotus Licẽtiatus,

riatus, in altera lauream petere possit, Menochius lib. 2. de arbit Iud. casu 371. tradit.

Coloniæ & Salmanticæ iureiurando affirmare coguntur: quòd neque gradum Licentiæ alibi repetere, neque pileum Doctoralem sumere velint, nulla dispensatione superioris, etiamsi sponte ab aliquo offeratur, obstante.

Menochius de arbit. Iudic. l. 2. casu 371. ex Iasone refert, ibi lauream petendam esse, vbi Licentiæ gradum accepit, ne causæ continentia diuidatur: nisi fortè alibi nouum examen subire pro laurea voluerit. Hoc enim nouum examen causæ continentiam diuideret, & ad hoc valeret, vt in vna Academia Licentiatus, in alia lauream suscipere posset, etiam iureiurando, si quod fortè emisit, non obstante. Quæ tamen sententia indaginem requirit. Non sunt enim statuta & consuetudines iurandæ eludendæ.

Promouendi aliquam pecuniam Collegio soluunt ex veteri & antiquo more. Lancellottus in Decurione nu. 66. Anchor. clement. de magistris.

Aufrerius ad quæstionem 406. Capellę Tholosanæ ait: Neminem Tholosæ ad matriculam asscribi, nisi soluto prius vnius integri anni salario, neminemque ad baccalaureatum admitti, nisi quinque annorum salarium, inter Doctores diuidendum, numeret. Perusinos autem Doctores prædicat Benius in priuilegijs Iurisperitorum, priuil. 10. quòd portionem pecunię, quę ex promotione debetur, laureatis crebrò restituant.

Duarenus epiſtola ad Sebaſtianum Albaſp. ait: Biturigibus magnam pecuniam confici ex gradationibus: etſi aliqui ſemper gratis promoueantur. Statuta, quòd ſtudioſi gratis promoueri non debeant, ſunt illicita. Ben. Priuil. 10. in fine.

Vetus quoq; mos eſt, tam profeſſores, quàm diſcipulos ante receptionem ad matriculam, & ante promotiones certis promiſſionibus & Iuramentis deuinciri. De quibus etiam apud Iuſtinianũ in Nouellis conſtitutionibus Auth. Quomodo Epiſc. & cleric. ad ord. perduci oporteat. Auth. vt Iudices ſine ſuffragio fiant. Auth. de adminiſtratoribus, apud Conrad. Lãcellott. in Decurione, apud VVeſẽb. cõſ. 53 &c. videre eſt. Idem in omnibus adhuc Academijs (etſi non eodem modo) obſeruatur.

Peculiaris iurandi forma à Pio IIII. Pontif. Max. tam Profeſſoribus, quàm ſtudioſis præſcripta eſt.

Quoniam ergo grauiſſimis de cauſis ſcholaſtici honores & gradus ſiue promotiones introducti ſunt, vt iuuentus ad bonarum artium ſtudia incitaretur, & docti ab indoctis, ab improbis probi diſcernerentur, videndum eſt, ne temerè & indignis conferantur. Alioqui enim ipſæ promotiones, & ijs inſigniti viri contemnuntur, & improbi atque indocti publicis teſtimonijs commendati nõ parum reip. per improbitatem, vel imperitiam detrimenti afferunt.

Grauiter igitur peccant tam illi, qui iſtos honores

nores indigni appetũt, quàm qui indignis conferunt.

Indigniſſimũ enim & reipublicæ pernitioſũ eſſe, ſi honores ſcholaſtici deferantur indignis, eleganter probat Mandoſius ad Cancellar. reg. 16. q. 13. & 14. Inde namque fit, vt indoctiſſimi quique, qui vix prima Iuris rudimenta nôrint, vel rubricas & allegationes legere ſciant, longis & pretioſis veſtibus magnos Iuriſconſultos ſimulent, & ab imperito vulgo propterea honoribus & præmijs afficiantur. Honeſtè à dignis petuntur, ſed qui nimium ad illos conſequendos feſtinant, vel nimis improbè vt indigni promoueantur vrgent, Doctorum priuilegijs ſe indignos reddũt. Anchora. proœ. lib. 6. Feli. c. clerici, de iudic. Niſi euidentiſſima ſpes ſit, quòd poſt promotionem diligentius ſtudebunt, vt digni reddantur. Sic quaſdã Vniuerſitates excuſat Rebuffus, de priuilegijs ſtudioſorum ſcribens, quæ faciles ſunt in conferendis iſtis honoribus.

Indignos admittere periculoſum eſt, dignos impedire legibus iuſtitiæ contrarium. Iccirco ſi dignus adoleſcens à Rectore vel Cancellario ad petitum examen vel lauream non admittitur, & eo nomine ſuperiorem adierit: Rector & Cancellarius arbitrio ſuperioris puniuntur. Iacobinus de S. Georgio tractatu feudorum, §. quæritur etiam.

De his, qui nimium feſtinant, & indigni gradus appetunt, in prouinciali Synodo Colonienſi anno 1536. ſancitum extat: Quiſque ſe mo-

dulo suo metiatur, nec incipiat esse magister, priusquam fiat discipulus. Quot enim sunt, qui Magistrorum & Doctorum insignia ambiunt, ac per ambitum extorquent, qui nunquam eam artem, quam post magisterium profitentur, vel à limine salutârunt. Quod quàm turpe & indecorum sit, nemo ignorat.

Pulchrum est M. Catonis verbum, quo M. Fuluium taxabat, quòd militibus coronas leuissimis de causis dedisset, quæ non nisi post victoriam dari solebant. Aul. Gellius lib. 5. ca. 6. Noctium Atticarum.

Alexander Seuerus apud Lampridium prudentissimè iudicabat, magna nomina, & magnos honores ingentia quoq; onera apportare: & præstare, absq; ijs facere quod illa requirũt, quàm ea recipere, & eis reuera non respondere.

Experientia rerum magistra docet, quòd promotiones multis oneri potius quàm honori sint. M. Cicero lib. 3. epistolarum scribit: Insignia virtutis multi sine virtute assequuntur, veros autem fructus assequi sola virtus potest: & is, qui verè appellari potest honos, & inuitamentum ad tempus, & perpetuæ virtutis premium est. Ita vulgus hodie, quando indignos promoueri vident: non omnes, inquit, Docti, qui rubra pilea gerunt.

Qui lucri spe propter auaritiam indignos promouent, vel ex arrogantia aliquos vrgent, vt promoueantur, ne ab alijs promouendorũ numero superentur, pessimè illi de ipsis adolescentibus, de parentibus & amicis eorum, at-

que

que republica merentur,& malorum,quę inde proueniunt,rei fiunt. De quarundam exterarũ Vniuersitatum Professoribus peruagatum in Germania verbum est,dicere ipsos solere: Accipiamus nos pecuniam, & remittamus asinos in Germaniam:non considerantes quàm perniciosos & recalcitrantęs asinos in imperatricẽ illam Nationem immittant. Quantas enim illi redi miti & coronati asini falsa inanis sapientiæ persuasione inflati,turbas semper dederint,publicæ vniuersi Christiani orbis querelæ testantur.

Qui ergo istos honores scholasticos vituperant,vel ad reipublicæ Christianæ salutem repertos, ad pernitiem abutuntur,tantopere in officio peccant,tamque absurdè loquuntur,vt infantiam suam omnibus prodant,& verbis satis redargui non possint. Non possum, inquit Io. Oldendorpius ad leges 12. tabularum, me hoc loco cõtinere, quin expostulem cum Criticis quibusdam,qui tam sunt amentes,vt vtilẽ illum, longeq; pulcherrimum in omnibus Academijs receptũ ordinem,titulosque aut contemnere,aut etiam improbare non erubescant. Quid,inquiunt,est Doctoris titulus, quid Licentiati,quid Baccalaurei,nisi pecuniarum nũdinationes? & reliqua, & id genus ineptiarum multa effutiũt. Verùm legant insulsi homines, quid scribant eruditi omnium seculorum in bonis artibus antesignani:Quomodo præparãdi sint per ordinem studiosi ab incunabulis literarum ad grauiores disciplinas:in quas ne tã-

quam

quam sus in rosas irruerent, quàm diligenter sint à præceptoribus vires ingenij perpendendæ: & quàm tale in bonis artibus iudicium nullo possit fieri modo, nisi in classes diuidantur studia, & singulis classibus tituli assignentur, quibus alij ab alijs in scholastica ratione discernantur. Quales sunt à lauri bacca Baccalaureatus, Magisterij, Licentiati, & Doctoratus. Hæc, inquam, perpendant, si voluerint, iniqui censores, & facile videbunt errorem suum, vel cõscientia dictante.

Velsius in Cebetis tabulam.

Nemo fortè ex istis titulis melior, nemo doctior efficitur, inquit alius, & parum hę promotiones ad eruditionem conducunt: sed eruditionis atque doctrinæ iudicium & insigne sunt: quo alij ad studia literarum honore incitẽtur, & vt homines nôrint, quibus suos & suorum animos liberalibus artibus & disciplinis reliquaque cognitione informãdos tutò committere queant, qui ex ijs quæ cuiusque professionis sunt propria, vtpote imperiti, dignum ab indigno, ab inerudito inscioque eruditum & scientem discernere nequeunr. Quòd si hac promotione alicubi abuti cœptum est, vt minus etiam docti & digni in nonnullis Vniuersitatibus numerata pecunia, eruditionis & doctrinæ insignijs decorentur; non eam ilicò ob causam promotiones damnandæ vel reijciengæ sunt, sed potius tollendus abusus.

Porrò Doctoris nomen propriè Iurisconsultis competere aiunt: quòd illi tam verbo in schola sanctas leges diuinarumque & humana-

rum

n rerum ſcientiam profiteantur: quàm Im-
:atoribus & Principibus ac vniuerſæ reipub.
nſulendo, agendo, iuredicundo gloriosè in.
uiant.

Reliquarum diſciplinarum & artium Pro-
ſſores Magiſtros vocant. Marianus Socinus
ıriſperitus rubrica de Magiſtris, Maijſter nõ
er g, ſed per duplex ij ſcribẽdum putat, quem
monẽdo, & monſtrando alij magiſtrum ap-
ellant. Quod non tantùm Benius annotauit,
ed etiam Concilium Tridentinum obſeruat,
eſſ. 24. cap. 12. & 18.

Petrus Anchoranus clement. cùm ſit nimis, de Magiſtris, decem, ait, nominibus Iuriſconſultos appellari: 1. Anteceſſor, 2. Magiſter, 3. Doctor, 4. Profeſſor, 5. Dominus, 6. Præceptor, 7. Sacerdos iuſtitiæ, 8. Iuriſperitus, 9. Pater Iuris, 10. Celſior.

Recenſet eodem loco Anchoranus decem requiſitas qualitates in eo, qui promoueri in Doctorem Iuris deſiderat. 1. quòd ad minus ſit annos natus. 17. annos natus. 2. quòd ad minus quinque annos Iura audierit, vel didicerit: Nemo enim repente fit ſummus. 3. idque in locis approbatis, vbi Iura incorruptè traduntur. 4. quòd alios præcedant moribus. 5. facundiaque. 6. interpretãdi ſubtilitate. 7. quòd examinatus, vel inſigniter doctus ſit. 8. ad minus ſint ſeptem Doctores examinantes. 9. quod illi iurati deponant examinatum eſſe dignum. 10. quòd ſit legitimè natus. Eſt enim ciuilis ſapientia ſanctiſsima res.

Quiſ-

quam ſus in roſas irruerent, quàm diligenter ſint à præceptoribus vires ingenij perpendendæ:& quàm tale in bonis artibus iudicium nullo poſſit fieri modo, niſi in claſſes diuidantur ſtudia, & ſingulis claſſibus tituli aſſignentur, quibus alij ab alijs in ſcholaſtica ratione diſcernantur. Quales ſunt à lauri bacca Baccalaureatus,Magiſterij,Licentiati,& Doctoratus. Hæc, inquam, perpendant, ſi voluerint, iniqui cenſores,& facile videbunt errorem ſuum, vel cõſcientia dictante.

Velſius in Cebetis tabulam.

Nemo fortè ex iſtis titulis melior, nemo doctior efficitur,inquit alius,&parum hę promotiones ad eruditionem conducunt: ſed eruditionis atque doctrinæ iudicium & inſigne ſunt:quo alij ad ſtudia literarum honore incitẽtur,& vt homines nôrint, quibus ſuos & ſuorum animos liberalibus artibus & diſciplinis reliquaque cognitione informãdos tutò committere queant,qui ex ijs quæ cuiuſque profeſſionis ſunt propria, vtpote imperiti, dignum ab indigno, ab inerudito inſcioque eruditum & ſcientem diſcernere nequeunr. Quòd ſi hac promotione alicubi abuti cœptum eſt, vt minus etiam docti & digni in nonnullis Vniuerſitatibus numerata pecunia, eruditionis & doctrinæ inſignijs decorentur; non eam ilicò ob cauſam promotiones damnandæ vel reijciengæ ſunt,ſed potius tollendus abuſus.

Porrò Doctoris nomen propriè Iuriſconſultis competere aiunt: quòd illi tam verbo in ſchola ſanctas leges diuinarumque & humanarum

n rerum ſcientiam profiteantur: quàm Im-
atoribus & Principibus ac vniuerſæ reipub.
ſulendo, agendo, iuredicundo glorioſè in.
iant.

eliquarum diſciplinarum & artium Pro-
ores Magiſtros vocant. Marianus Socinus
ſperitus rubrica de Magiſtris, Maijſter nō
g, ſed per duplex ij ſcribēdum putat, quem
onēdo, & monſtrando alij magiſtrum ap-
ant. Quod non tantùm Benius annotauit,
etiam Concilium Tridentinum obſeruat,
24.cap.12. & 18.

etrus Anchoranus clement. cùm ſit nimis,
lagiſtris, decem, ait, nominibus Iuriſcon-
os appellari: 1. Anteceſſor, 2. Magiſter, 3.
tor, 4. Profeſſor, 5. Dominus, 6. Præcep-
7. Sacerdos iuſtitiæ, 8. Iuriſperitus, 9. Pater
, 10. Celſior.

ecenſet eodem loco Anchoranus decem
iſitas qualitates in eo, qui promoueri in
torem Iuris deſiderat. 1. quòd ad minus
nos natus. 17. annos natus. 2. quòd ad mi-
uinque annos Iura audierit, vel didicerit:
o enim repente fit ſummus. 3. idque in lo-
probatis, vbi Iura incorruptè tradun-
4. quòd alios præcedant moribus. 5. fa-
iaque. 6. interpretādi ſubtilitate. 7. quòd
inatus, vel inſigniter doctus ſit. 8. ad
s ſint ſeptem Doctores examinantes. 9.
illi iurati deponant examinatum eſſe di-
1.10. quòd ſit legitimè natus. Eſt enim ci-
àpientia ſanctiſsima res.

Quiſ-

Quisquis auctoritate propria hanc dignitatem vsurpare, aut insignia Doctorum assumere tentauerit, falsi pœna teneri affirmat. Antiquus etiam mos est conuiuium præbere Vniuersitati, Archidiacono, Doctoribus: bidellis, buccinatoribus vestes, cibos pecuniá, propinare. Anchora. ibid.

Antonius Riccobonus scribit: quòd Martius Rutilius commētarium inchoârit de Doctoribus, & origine Doctoralium insignium, qui ea dare, qui accipere posint: sed non absoluerit.

QVARE PRAE CAETERIS vnus honoretur, quem nunc ferè primum Vniuersitatis vocant.

CAP. XIIII.

Gellius lib. 18. ca. 2.

SICVT veteres Philosophi auditores suos, qui cæteris ingenio & eruditione præcellerent, præmio aliquo honorare solebant, vt Athenis in Saturnalibus quoque diligenter obseruatū fuisse Gellius refert, & Verrius Grammaticus Augusti nepotum præceptor, quia discipulis semper præmium aliquod proponeret, quòd is qui reliquos dicendo scribendoq; superasset auferre, plurimi ex eius schola doctisimi viri prodierunt: ita etiam Maiores nostri, vt ad publicos honorū gradus percipiēdos quàm dignisimos redderent, Primo Vniuersitatis, hoc est, præstantisimo & doctisimo omnium, ampliores honores & maiora præmia decreuerunt. Etsi enim boni adolescentis est

Volat. l. 16.

ſpontè quod optimum ab omnibus & iudi-
:ur, & eſt etiam,ſequi,mentemque ſuam bo-
literis excolere: tamen expedit illectamen-
quibuſdam rudes eorum animos ad opti-
rum artium atque virtutum ſtudia inflam-
re. Quomodo olim apud Romanos, aucto-
Polybio Megapolitano, ſi quis in prælio
:nuè quicquam præ cæteris geſſerat, Impe-
or de ipſius laudibus pro concione oratio-
n habebat, & illi, qui hoſtem vulnerauerat,
im donabat: qui equo deiecerat, ſpoliaue-
jue, pediti phialam, equiti verò phaleras.
1 ex re fiebat, vt gloria eorum, qui patriæ
efecerant,innoteſceret: & iuuentus ad hoc
uocaretur, vt nihil non pro Reipub. ſalute
ndum ſubiret, quo celebritatem, quam
nuos tantùm, & bonos viros comitari cer-
ınt, conſequerentur. Verùm cùm ex illo
tiſsimi delectu parricidia, grauiſsimaque
ırò incommoda ſequerentur, quòd ſinguli
riam ſibi fieri putarent (ſic enim homines
φίλαυτοι ſunt, vt omnibus ſe libenter præ-
ıt) hic mos nonnihil immutatus eſt, præ-
m in illis Academijs, vbi nihil præter ho-
:m & ſumptus ad eos ex primatu iſto redi-
oteſt.

't iam non doctiſsimus quiſque, ſed nobi-
nus & ditiſsimus,idque viciſsim, præfera-
qui examinatores publicos & promotorẽ
:ſtiori conuiuio excipere, & pro omnibus
as agere cogatur, vt nec Gymnaſia Gym-
ꜱ, nec ſtudioſis ſtudioſi meritò propter
hanc

rem inuidere possint. Sic Coloniæ Agrippinæ, & in alijs quibusdam Gymnasijs publicis meo tempore obseruabatur.

DE VACANTIIS, ET QVARE certis diebus in honorem præstantissimorum virorum singularum facultatum alumni ferientur.

CAP. XV.

Plut. de liberis educandis.



Eminisci, inquit Plutarchus, oportet, omnem vitam nostram in remissionem & studium esse diuisam: quocirca non operosi tantùm, sed festi quoq; dies reperti sunt. Nam laboris condimentum est otium, ac corpus quidem indigentia, & repletione, animus verò remissione atq; labore conseruatur.

Lucianus lib. 1. veræ histor.

Marcus Cicero: Ab actione fit intermissio, multique dantur ad studia reditus. Et Lucianus Samosatensis, quod Athletæ, inquit, frequenter faciunt, idem literarum studiosis fieri oportere censeo: vt cùm grauibus & serijs legendis defatigati fuerint, ad animi laxamenmentum aliquantisper declinent, donec ad futurum laborem robustiores vegetioresque efficiantur. Rursus in Dialogo de Sectis: Bono, ait, animo esto, quippe hodie à Philosophicis commentationibus vacatio promulgata est.

Fabius lib. I. cap. 4.

Danda est, inquit Fabius, omnibus aliqua remissio, non solùm quia nulla res est, quæ perferre possit continuum laborem, atq; ea quoque, quæ sensu & anima carent, vt seruare vim

suam

ım poſſint, velut quiete alterna retinentur: d quòd ſtudium voluntate diſcendi, quæ co- non poteſt, conſtat. Itaque & virium plus af- runt ad diſcendum renouati ac recentes, & a- iorem animum, qui ferè neceſſitatibus repu- ıat. Nec ſibi, ait, diſplicere luſus cupiditatem ı pueris, quòd hoc ſignum ſit alacritatis: nec iſtitiam in pueris admodum probat, quòd on erectæ erga ſtudia mentis fore videantur. lores quoque ait ſe inter ludendum facilius etegere. Et acuere ingenia, ſi poſitis inuicem uiuſcunque generis quęſtiunculis enudentur. Modum tamen in Remiſſionibus præcipit ad- ıibere, ne aut odium ſtudiorum faciant nega- æ, aut otij conſuetudinem nimiæ. Clementis quoque Alexandrini Pædagogus, exercitatio- nes corporis egregiè commendat, aſſiduumq; otium vituperat, & vehementiores exercitati- ones laboreſque, maximè poſt cibum, multo- rum morborum cauſam ait exiſtere. Addit multis lectionem, quæ fit alta voce, eſſe exerci- tium, luctamque ſuſcipi ad excernendum viri- les ſudores. Ariſtoteles neceſſarias ait eſſe ex- ercitationes corporis, debentque luſus eſſe, ex ipſius decreto, neque illiberales, neque remiſſi, neque laborioſi, quod nimius labor impedimẽ to ſit, quo minus augeatur corpus, temperatus verò labor, & vocis intentio, & clamores, eiu- latuſque puerorum exerceant, & agitent, & au- geant corpus. Iſocrates Demonicum hortatur, vt eas corporis exercitationes amplectatur, quæ ad valitudinem proſint, deſinatque labo-

Lib. 3. Pædagó. cap. 10.

Ariſt. lib. 1. Polit. c. 16.

K rare,

rare,dum adhuc laborare possit. Iam verò non minor est ingenij lassitudo quàm corporis,etsi est occultior,vt rectè Hispani,teste Ludouico Viue,dignitatem & lusum,animorum coticulas esse Prouerbio dicant. Bembus filium suum reprehendit,quod 14. integros menses Græcæ lituraturæ operam dederat, nullo intermisso die,eamque superstitiosam assiduitatem vocat quæ ingenium sæpe & studia frangat. Nam: *Quod caret alterna requie, durabile non est.* Vt breuiter dicam:exercitatio corporis moderata sanitatem tuetur,vires auget, pulchritudinē conseruat,ingenium acuit. Porrò hoc impulit Solonem,vt cogeret legibus Athenienses,vt filios suos palęstra & literis,& musica diligenter instituendos curarent. Vidit enim vir Græciæ sapientissimus, esse ciuibus suis & vires corporis & animi comparandas,& humanitatem atq; moderationem conseruandam: aliter enim fieri nō posse,vt libertatem,& reliquas opes diu tuerentur. Omnia siquidem bona, vel ignauia & mollitia deseruntur, vel temeritate & audacia peruertuntur. Vt igitur ciues suos fortes efficeret,palęstram instituit:vt autem ad humanitatem instrueret, literis & musica mitigandos existimauit. Hoc autem Lycurgus Lacedęmone non admodum dissimili ratione consecutus est. Nam cùm vsquam alibi maius studiū in corporibus, & animis corroborādis extititit: tum in nulla vnquā Republica magis laus mirifici cuiusdam pudoris enituit.

Viues lib. 2 de tradēda discipl.

Bemb. dialogo de Aet 14.

Porrò Athenienses studiosi aliquando frugali

gali concœnatione, dulcibus colloquijs, animū laxabant, hilarè prorsus & modestè. Aliquando pugillatu, pancratio, pila, vel cursu corpus exercebant, quidam etiam grandia plumbi pōdera in manibus gestantes fossam transiliebant Iacebat quoque in Gymnasio globus quidam æneus, in parui scuti figuram formatus, sine loro & baltheo; quem vel sursum iaculabantur, vel in longum, contendentes quis omnium aliorum metas excessisset. Quæ exercitatio duas vtilitates apportabat iuuenibus, vt & prospera valitudine vterentur, & robusti laborumque patientes euaderent, sicut refert Lucianus in dialogo qui ἀναχάρσις περὶ γυμνασιων inscribitur. Vacationes verò, sicut etiamnum obseruātur, duplices fuere, partim publicę & ordinarię partim priuatæ. Publicæ quidem certis anni tēporibus in omni doctrinarum genere celebrabantur. Aestiuales nimirum, siue Messis; & Vindemiales, siue Autumni: sic enim Cęsar, autore tranquillo, partitus est, & Gloriosissimi Romanorū Imperatores per vniuersum imperium celebrari voluerunt, quos Theodosius certis quibusdam limitibus descripsit, vt ab 8. Kal. Iulij, vsque ad Kalend. Augusti Messis ferię; à 10. autem Kal. Septemb. vsque ad Idus Octob. Vindemiales durarent. Ad quas prelectiones suas finire, & quoad eius fieri poterat, nos iterum libros ordiri, vt certus studiorū cursus seruaretur, solebant. Beatus enim Augustinus, publicus eloquentię professor, postquam Spiritus sancti gratia ad Christianā philosophiam

Gellius lib. 18. cap. 2. & li. 6. c. 13.

Eisdem ferè Romani vtebātur, authore Alexandro lib. 3. genialium dierum, c. 21.

L. vt in die Dominico C. de ferijs.

Lib.2.Cõ-fess.suarũ cap.2. losophiam, Diuo Ambrosio præceptore, peruenerat, lectionem publicam nõ statim deseruit, sed ne Auditores suos fraudaret, vacantias vindemiales expectare voluit. Priuatæ autem non ab omni Academia simul, sed singularum doctrinarum discipulis alio tempore, alio ordine, & alia ratione peragebantur. Hebdomadibus enim Lunę, septimo quoq; die Athenienses, vt hodie etiam obseruatur, præter publicas illas vacationes feribantur, quod ex Gellio & Luciano colligitur. Nostri verò Theologi & iurisprudētes die Iouis potissimùm feriātur, quoniam lex, quam illi diuinam, hi humanam interpretātur, Iouis hominumq; Deûmque parentis filia appellata est, vt Marcus Cicero libro secundo de legibus, & Dion. Chrysostomus περὶ νόμου scriptum reliquerunt. Et quemadmodum Moses omnium legislatorum antiquissimus, & princeps, leges suas à vero Iehoua accepit: ita Radamantus & MINOS Cretensiũ Legumlatores, (vndè Nobiliores Græciæ ciuitates suas leges hauserunt) à IOVE eas accepisse Philosophis creduntur. Ioui præterea temperantiam, quæ bonarum artium, & sacrarum legum procreatrix est, veteres tribuerũt. Et Poetæ Mineruā omnis doctrinæ præsidē ex ea Iouis prosilijsse, fabulātur, quē Iouis partũ Diogenes Babylonius ad Physiologiam traduxit. Ci. li. 1. de natura Deorum. Philosophi verò & bonarum artium, atque linguarum Professores die Martis, fortasse quia Mars planeta masculus est & generans, atq; res naturales, de quibus

Gellius lib. 15. cap. 2. Lucianus in Solone.

Strab. lib. 10. Sabel-lic. li. 1. En. ad 4

quibus ipſi ferè differunt, producens, quare eum Poetæ Iunonis ſiue aëris eſſe finxerunt filium: vel quia veteres ſanguinem, in quo vita animantium conſiſtit, à Marte ſe habere credebant. Aut ſaltem vt eo ipſo iuuentutem cõmonefacerent, hæc ſtudia grauioribus doctrinis rectius percipiendis, tractandisque reperta eſſe, & nequaquam in his tantum laboris, ingenij, & temporis conſumendum, atq; conſeneſcendum, vt alia ſtudia, quibus hæc deſtinata ſunt, attingere cum fructu aliquo nequirent, ſed diuinis humaniſque legibus liberalium artium doctrinam ſic inſeruire, vt Martis filij ad Iouem patrem officia referuntur, ſicut doctiſſimi viri copioſè ornateque comprobârunt. Quod verò Iuriſperiti in Iuſtiniani, Medici Hippocratis, Philoſophi Ariſtotelis clariſſimorum virorum honorem feriantur, inde ortum eſſe videtur, quòd Anaxagoras, vt author eſt Plutarchus, rogantibus Lampſacenis, num quid ante mortem mandare vellet? reſpondit: Nihil aliud, quàm pueri eodem die quo moreretur, ludere permitterentur, ſicut ſuo adhuc tempore diligenter obſeruatum fuiſſe teſtatur Laertius. Quòd etiam propter mortem & exequias clariſsimorum & doctiſsimorum hominum à prælectionibus abſtinetur, hinc fortè natum eſt, quòd Athenienſes mortuo Socrate, ad tempus gymnaſia clauſerunt. Verùm ſi quando philoſophi per grauiores occupationes ſuas, præter has ferias docere non poſſent: hoc tabella præ foribus ſuſpenſa literis maiuſ-

culis, vt nemo frustra detineretur, studiosis (sicut hodie adhuc in vsu est) significabant. Quod non obscurè indicat Lucianus in dialogo de festis, quando vacationem promulgatam esse ait Nã ordinariç feriç, siue publicç, siue priuatæ, quod statæ erant, non promulgabantur. Aurelijs tamen Galliarum præco edicere solebat: cras nõ intrabitis inter festum Iustiniani. Neque tamen leuiter transeundum est, quòd sicut studiosi nostri vacationum tempore compotationes Atheniensium diligentius imitantur: ita modum, & frugalitatem sibi quoque ad imitãdum proponere debent. Illi enim honestum & moderatum symbolum faciebant, sed vbi parcè & frugaliter epularum, vt loquitur Gellius, modum fecissent, vtiles, delectabilesque sermones proferebant, vt ad alendum, nõ opprimendum ingenium conuenisse viderentur. Nã Plato Academiæ Atheniensis princeps, iucundiorem vini inuitationem, sub arbitris quibusdam, & sobrijs conuiuiorum magistris introduxit: modicis honestisque inter bibendum remissionibus refici, integrarique animos ad instauranda sobrietatis officia existimauit: atque eos sensim lætiores, & ad intentiones rursus capiendas reddi habiliores, vitia quoq; hominum libertate quadam per vinum data detegi, & ad corrigẽdũ medendũque fieri aptiora: Lacedæmoniorum pueri etiam ad conuiuia veniebant, sed tanquam ad disciplinæ morumque scholam, dicebanturq; ἀμυσοι. Vnde Cicero 1. Officiorum: Cùm relaxare animos, & dare

Gellius lib. 15. cap 2. & lib. 18. c. 2. & 3.

& dare se iucunditati volent, caueant intemperantiam, meminerint verecũdiæ, quod erit faciliùs, si in huiusmodi quoque rebus maiores natu velint interesse. Et pro Cœlio: Parcat iuuentus pudicitiæ suæ, ne effundat patrimoniũ; abstineat à scelere, nec intersit insidijs, neminẽ lædat. Quod post honestas exercitationes, ad literarum studia paratiores redire soleant, probat Plautus in Bachidibus.

Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu, pila,
Saliendo sese exercebant magis, quàm scorto aut suauiis.
Ibi suam ætatem extendebant, non in latebrosis locis.
Inde de Hippodromo & palæstra vbi reuenisses domum,
Cincticula præcinctus, in sella apud Magistrum assideres,
Tuum librum legeres.

Ex studio enim literarum sæpe melancholia & alia incommoda corporis nascuntur, quæ honestis recreationibus curanda sunt. Maria Soci. ad cap. super speculo, ext. de Magistr. &c.

Exercitationes autem & recreationes ingeniorum ab honestate recedere non oportet, sed omni prorsus turpitudine carere debent: vt nihil flagitiosum, nihil contentiosum designetur, verùm etiam cõtentiones, rixę, iniurię procul ab humaniorum literarum alumnis arceantur. De vtilitatibus autem exercitationis corporeæ Neapoli in horti Capellæ muro sic legitur.

Digitized by Google

Exercitium eſt humanæ vitæ conſeruatio, Carolis naturalis lima, Excitatio dormientis, Naturæ virtutum corroboratio, Superfluitatum conſumptio, Otio inimicum, Temporis lucrum, Iuuentutis debitum, Senectutis gaudium. Ille ergo ſolus ab exercitatione abſtineat, qui vtriuſque ſanitatis beneficio vult carere.

De pilæ, quæ propter commoditates plurimas, nunc ferè à ſtudioſis tractatur, vſu & ratione, Athenæi Dimonax.

Quidam iuuenis luſit pila, vix editus
Annos decem ſeptemq́, Cous patria.
Deum videtur ferre certè hac Inſula,
Qui deſides mox reſpiceret hos incolas.
Nam ſeu pilam caperet, daretúe, hinc omnium
Surgebat ingens clamor, hic concinnitas,
Mos, ordo, quantus explicari nec poteſt,
Nec eſſe dictis, aut ſolet factis virûm:
Nec quis putaret eſſe, pulchritudinis
Tantum nec audiui viri, nec gratia
Vidi, fui captus huic ingens malum
Diu moratus, nunc videor ſanus mihi
Nec eſſe demiq́, &c.

Sed de pila ex profeſſo diſputauit Timocrates Laconicus, & apud recentiores ſcriptores varia paſsim reperiuntur. Auguſtinus fatetur quòd puer nimium pila luſerit, vt vapularet, & minus diſceret.

RE-

Digitized by Google

RECEPTIO ET EXAMEN tyronum, quæ nunc ferè Beanorum depositio vocatur.

CAP. XVI.

INueteratus ille mos, vexandi eos, qui ad Academias recenter confluunt, ex eo mihi originem traxisse videtur, quòd veteres philosophi neminem in suam disciplinam recipiebant, nisi ingenium, naturam, & mores ante diligenter explorassent, sicut de Pythagora refert Gellius libro 1. Noct. Attic. cap. 9. De Aristotele verò lib. 20. cap 4. Vt ad quam disciplinam natura sua ferentur, atque aptiores essent, cognoscerent: sin omnino 'άμυσοι, ne nobilem ætatem, parentumque sudorem frustra in gymnasio consumerent, dedecorantes & præceptoris, & scholæ auctoritatem. Nam Indorum Brachmani, qui ad tricesimum septimum ætatis annum tacere, frugaliter viuere, carnib. & Venere abstinere nollent, vt incontinentes & ad Philosophiam percipiendam ineptos reijciebant. *Strab. li. 15.* Lacedæmonij (qui in educatione iuuentutis diligentissimi semper extiterunt) liberorum suorum indolem admotis verberibus tam acriter sæpe experiri solebant, vt non pauci ex eo morerentur. Essæi quoque apud Iudæos, in suum collegium neminem recipiebant, qui biennio patientiæ signa non dedisset, atque iureiurando confirmasset, iustitiæ se cultorem fore, & nulli alteri hæresis dogmata traditurum, conserua- *Rhodogi-nus lib. 18. lectionum antiq.*

 turum-

Digitized by Google

turumque sectæ libros, & ministrorum nomina, vt ex Porphyrio refert Eusebius. Athenienses verò studiosi, vt nouitiorum fastum, arrogantiamque reprimerent, & humaniores atq; faciliores redderent, mirum in modum exagitabant, vexabantque. Nam quidam verbis prouocare, & captiosè petulanterque interrogare; quidam etiam cum ratione & dialectica periculum facere solebant. Quæ sanè res illis, qui huius consuetudinis ignari erant, metum incutiebat; qui verò norant, iucunda videbatur. Ostentatio enim maiorem præ se timorem ferebat, quàm re vera inerat. Deinde ad balneum per forum deducebant, (sicut Coloniæ ad sepulchrum Aristotelis per forum nouum aliquando fiebat) furiosorum more ita insultantes, vt cum ratione insanire viderentur. Atque sic accuratius perdiscebat, num intrepidus, & constans, patiensque, an mollis, varius, & impatiens esset futurus in studio literarum. Tandem omnino liberatos in balneum introducebant, mox lotos, dignosque habitos in collegium recepturi; teste Gregorio Nazianzeno in Monodia Basilij Magni. Iudicat tamen ibi Nazianzenus, quòd Basilium Magnum ob nominis celebritatem & doctrinam taliter Athenis non vexarint. Sicut nec hoc tempore, vbi similis ferè mos obseruatur, eadem seueritate omnes promiscuè recipiuntur. Tales enim adhuc propemodum ceremoniæ in receptione tyronum, qui ex triuialibus ad Academias recens accedunt, Coloniæ Agrippinæ, Basileæ, & alijs

Euseb. li. 9. cap. 1. prep Euangelic.

Atheniensium depositio.

Digitized by Google

alijs quibusdam Academijs Germaniæ adhiberi solent. Ligneis enim ascijs, dolabris, terebris, forficibus acciduntur, dedolantur, tentantur, tenduntur, cornuaque capitibus admota amputantur.

Quibus ceremonijs admonentur, vt aures, oculos, sensus purgatos adferant, morumque asperitatem, & cornua arrogantiæ, atque inanis persuasionis, quibus vitijs ea ætas ferè madet, deponant, & ante barbam patulis auribus veram eruditionem, expurgato animo, & humili corde itire discant.

Quæ res à Maioribus non sine magna ratione introducta videtur: sed paulatim, vt fit, in abusum abiuit, vt non tā de naturæ & ingenij probatione, quàm de loculis exhauriendis, vel etiam de vindicandis odijs cogitetur: & quod olim virtutis aliqua probatio esse solebat, ad licentiam, peccandique & ebrietatis ansam deflexit, vt loquitur Antonius Posseuinus, lib. 1. Bibliothecæ selectæ cap. 6. vbi hanc receptionem & examen, pupillatu studiosos eximere vocat. Propter istos autem abusus in quibusdam Academijs mos ille abrogatus est: in alijs ad pristinum statum, Christianis dignum, & studiosis minimè grauem reuocari meritò deberet.

Reperi nuper egregium pro Beanis, Germanica lingua conscriptum priuilegium, hoc in eorum gratiam adiungere placuit.

Pri-

Privilegion von Römischer Keyserlicher Freyheit / für die / so keine Vexation leyden mögen.

Wiltu pein vnd straaff vermeyden/
So spott meiner nicht/ich kans nicht leyden.



WIr Fabularius Hauptman in der Karten/Kappenschmidt zu Narragonien / Narren Vogt zu Schlauraffen / Gubernator vom auffstehen biß zum nidersitzen/ Entbieten allen vnd jeglichen/ in was wirden / wesens oder standes die allenthalben in vnserm Reich zerstrawet seindt / vnsere gnad vnnd gunst zuuorn / Liebe getrawe/ nach dem wir in erschienen Jahren / zwey Mandat im Truck die übung vnnd Vexation der Narren betreffent/ nacheinader haben außgehen lassen/ in deme das ihr

solche übung vnnd Vexation von vns in ge-
lten Mandaten / verbotten / in keinem wege
terlasset / Derhalben wir jetzundt zum dritten-
ahl verursagt werden / euch solches laster mit
engem ernste zuuerbieten / Dann so diesem mit
nstlicher peen vnd straff nicht begegnet würde /
müst vnsere Herrschafft des Reichs Narrago-
en sampt dem Gebiete Stultitiæ in kurtzen Ja-
n gar zu grundt vnd bodem gehen / welches vns
nicht / dieweil wir es noch zur zeit mit geringem
haden wehren mögen / zu gestatten gezimen wil /
Derwegen wir euch alle zu gute vnd zu erhaltung
nsers Reichs / dieweil wir vermirckt daß übung
nd Vexation verstandt vnd weißheit geben / al-
o daß die jenigen so dardurch geübt / hinfür klug /
itzig vnd von vns abtrünnig werden / im besten
etrachtet haben / daß vns nicht mehr / wie bißher
geschehen / durch die finger zu sehen / geziemen
will / sonderen auch mit ernstlicher that vnseren
Ampts fürweseren die vbertretter vnd verachter
dieses vnsers Mandats höchlich zu straffen / be-
fehlen / Wir wöllen auch auß gnaden alle die jeni-
gen / so kein Vexation leyden mögen / gefreyet
haben / von aller übung vnd Vexation so anders
dann mit worten geschicht / wann sie diesen vnse-
ren versiegelten Brieff bey sich tragen. Wo aber
einer darüber so freundtlich sein würde vnd den
zeyger dieses vnsers versiegelten Brieffs / anders
dann mit worten vexierte / der soll in vnser vn-
gnade vnd peenlicher straff seyn. Derhalben sol-
len die vnsere fleissige auffmerckung haben / auff
solche freueliche verachter / dieses vnsers versie-
gelten

gelten Brieff vnd sie darumb on alle grade straf-
fen Nemlich / der kopff soll jhnen zwischen beyde
ohren gesteckt werden / Es mögen aber die Rich-
ter vnd Ampts fürweser/nach gelegenheit der sa-
chen hierinne handlen/ nach deme die schult ist al-
so soll auch die straff folgen.

Zum ersten/sol ein jeder vnser verwanten sein/
das er jhme eine erwehle die er nicht vmb ein Kö-
nigreich gebe/so baldt jn dieselbige freundtlich an-
sihet/sol er vngezweiffelt glauben / sie sey jhm von
hertzen holdt / Deren soll er vngefordert fürsetzen
all sein vermögen/vnd vetterlich erb / jhr gehorsā
sein/was sie jn heist sich in keinem weg beschemen
alles glauben was sie sagt/ nichts dann alles gůts
vertrawen/sie schalten vnd walten lassen vber leib
vnd gut/dann sie wirdt jhm nichts verhören/das
will der Cantzler bürg für sein / Hörte er aber et-
was vnerlichs von jhr sagen/ soll er auß krafft di-
ses Mandats macht haben zu sagen / es sey alles
erstuncken vnnd erlogen was man böß von jhr
sagt.

Zum andern / Sol ein jheder der vnsern/vns
zu ehren/sich aller hoflicheit befleissigen/kein hēbd
anthun / es sey dann zuuor hüpsch gefalten vnnd
außgestrichen/vnd so etwa einer nit zarte hembd-
lein het / soll er allweg vber den dritten tag / oben
an das wammes reine tüchlein newen/ so meinet
man es sey das rein hembd / auch etwa ein reines
faciletlein vorn zum ermel oder latzen herauß gu-
cken lassen/ all 8. tag zweymal lassen balbieren/ e-
he sonst dester weniger wein trincken / daran thůt
jr vnser ernstlich meinung.

Zum

Zum dritten vnd letzsten/wöllen wir võ ampts wegen vnsere verwandten in sonderheit Priuiligiert haben/Dermassen/So baldt sich einer in vnsere Oberkeit begeben/ein hindersas Narragonie worden/den soll mann darbey bleiben lassen/vnnd jhms niemand vnderstehen zu wehren/Als dann soll kein andere macht haben mit seiner obgenanten tausent schon zu reden/tantzen/lachen oder hofiren/sonder er allein jr stehts nachlauffẽ/wer das hört oder sihet sols niemendt sagen jedermann weichen wer vmb die weg ist/das jhn niemandt hindere/es sey tag oder nacht/Vnd so jm derhalb sein hertzil weihet kranck würd am gurieffe/so jederman nit mitleiden mit jhm hat/Wer das vberfüre vnd vngehorsam befunden/den soll man dem Cantzler anzeigen. Wo man jhn aber weiter Vexieren wolte/soll er macht habẽ zu sprechen.Laß mich mit lieb/diesen vnsern Brieff herfür ziehen/damit auffsitzen/vnd dauon zum Cãtzler reiten weiter in dieser sach fürzunemen Dañ wir diß Mandat von euch allesampt vnnd besonder/bey obgemelten peenen/stet/fest vnd vnuerbrochenlich wöllen gehalten haben.

Wil man jn aber gnade beweisen/so soll jhm der Kopff vorm hinteren abgehawen werden/vñ sol hin fortan beraubt sein aller güter geselschafft/also das zum wenigsten kein güter aesel mit jhm tantzen/noch auß jhm trincken soll/Wir setzen vñ wöllen auch das alle vnsere vnderthanen ein jheder insonderheit soll haben ein Kappe mit langen ohren/vnd schellen dran/auff daß sie für andern/so nicht vnsers Reichs genossen sein mögen

wer-

werden/Dann es ist je offenbar/daß wir bey allen weysen Völckern vnsers vnweisen Volcks halben/weiter so wöllen wir auch hinfurter niemand auß den vnseren sich auff weißheit zu begeben gestatten / vnd das sonderlich / so man beym Byer oder Weln ist / Dann es ist nicht wol müglich/ daß die Weißheit daselbst/ ohn übung vnd Vexation möge gehandelt werden / Solchs haben wir euch guter meinung nicht wöllen verhalten / auff daß sich menniglich weiß darnach zu richten/ vnd des zum warhafftigen vrkundt / haben wir vnser Siegel auff diesen vnsern Brieff gedruckt/ damit sich niemandt möchte entschüldigen vnd sagen/es were nicht vnsere ernstliche meinung. Geben in vnser Statt Narragon / hinder dem Schalcks berge / bey Boffingen auff der Peltzmüllen/ Im Jahr so man zalt hinden vnnd forn am drey vnnd achtzigsten tage des Schalcksmonats.

DE SIGNO, VEL CAMPANA, quo opportuno tempore studiosi conuocantur.

CAPVT XVII.

SEmper etiam veteribus Philosophis κώδωνα siue tintinabula in vsu fuerũt, quibus remotiores, ne qui à prælectionibus sese absentarent, opportuno tempore in scholam conuocarentur. Vnde Iuuenalis:

Satyra 6. *Tot pariter pelues, tot tintinabula dicas*
Pulsari:

Et

Et Martialis:

at as thermarum, ludere pergis.

Qua de re elegans historia refertur de Iasse- pud Strabonem libro 14. Geographiç: Cùm tharædus quidam, inquit, artem suam osten- et, audirentque eum Iassei, statim vt tinti- bulum increpuit, ilicò omnes relicto Citha- do dilapsi sunt, præter vnum surdastrum. Ci arędus itaq; propius ad illum accedens: Gra- is tibi, inquit, ingentes habeo, cùm propter lusicæ studium, tum propter honorem erga e: nam cæteri quàm primùm tintinabulum icrepuit, omnes abierunt. Quid ais, inquit, nũ ntinabulum sonuit? quòd cùm affirmaret Ci- haræдus: At tibi ait ille, bene sit; & surgens ip- e etiam digressus est. Rectè ergo non solùm tudiosi in Gymnasia, sed tota etiam Vniuersi- as, si commodè fieri possit, sonitu campanæ conuocatur. Sicut Persarum quoque Magi, au- hore Sabellico, facere consueuerunt. Et pro- miscuum vulgus ad conciones sacras, quæ veræ prælectiones sunt, atque orationes suas rectiùs persoluendas, in templum per campanas euo- catur.

Zazius in paratit. Quod cu- iusque Vni- uersitatis.

Nicephorus Gregoras author est, quòd per Græciam seriò aliquid tractaturus Patriarcha, vel Episcopi; sacris tintinabulis populum con- uocarint. Et quòd seditiosi aliquot ciues Thes- salonicenses Imperatoris edicto trucidandi, sa- cra tintinabula pulsauerint; populiq; concur- rentis opera euaserint.

lib. 8. hist. Rom. & lib. 9.

Conuocatio Vniuersitatis, quæ per campa-

nam fit, quando sufficiat, & qui sint illius effectus, declarat Córadus Lancellottus in suo Decurione num. 38.

Campana verò loquitur apud Glossatorem in extrauagan. communibus, de off. Custod.

Laudo Deum verum, plebem voco, congrego Clerum,
Defunctos ploro, pestem fugo, festa decoro.

DE VIRGIS ET FERVLA.

CAPVT XVIII.

Li.1.cap.2. Q Vamquam Fabius Quintilianus ingenuum & liberalem puerum cædi minimè vult: tamẽ quia omnium iuuenum promiscuè habenda ratio est, multi verò optimorum præceptorum beneuolentia, & rationibus in officio retineri, & ad honesta exercitia perduci non possunt, nisi verbera quandoque adhibeantur & plagæ: stultitia enim alligata est cordi pueri, & virga disciplinæ eradicabit eam: idcirco quòd ea, si ratio & puerorum ingenia postulare viderentur, cum iudicio vsurpanda essent, & Chrysippus optimus iuuentutis præceptor probauit, & à veteribus Philosophis ferè receptum esse nos scimus, & Fabius ipse fatetur. Vnde Euripides. Sunt præmium lasciuienti verbera. Verùm ne caput, cæterasq; principes, atque vitales corporis humani partes per animi impotentiam læderent, & quos ad erudiendum ornandumq; susceperant, turpes, mutilos & ineptos ad discendum redderent: rectè à Maioribus nostris sancitum est, vt

Prouer.22.

virgis

Digitized by Google

virgis & ferula præceptores vterentur, quibus ea membra cõtrectarent, quę à periculo maximè tuta sunt. Qui mos à Gręcis etiam profluxisse videtur. Illi enim cùm purum & non dilutum vinum biberent, atq; furiosi inuicem baculis pulsarent tam acriter, vt haud pauci occiderentur: Dionysius posthac ferula pro baculis vti voluit. Quare eum depicturi, ferulam in manus dare solebant. Et Apuleius libro secundo floridorum de Psittaci castigatione loquens: Quæ rusticum nostrum sermonem cogitur æmulari, ferrea clauicula caput tunditur, imperium Magistri vt persentiscat, hæc ferula discenti est, &c. Nec in conuiuijs solùm, vti Dionysius instituerat, sed in scholis etiam Græci ferulam vsurpare voluerunt: Athenæi enim Timocles:

Eusebius l. 12.c.2.præparat. Euangeli.

opus esse adhuc
Trepidare, & alapis cadi, & in teneras manus
Recipere plagas, res profectò suauis est?

Quod Romani quoque imitari cœperunt. Horatius enim libro primo sermonum:

Nam vt ferula cadas, meritum maiora subire
Verbera, non vereor.

Et Iuuenalis:

Et nos ergo manum ferulæ subduximus, & nos
Consilium dedimus Syllæ. Diuus quoque noster

Hieronymus, & nos, inquit, didicimus literas, & sæpe manum ferulæ subduximus. Christianissimus Poëta Prudentius:

Ætas prima crepantibus fleuit sub ferulis.

Quod Theodosij Imperatoris filius Arca-

Digitized by Google

Histor. ec- cles. lib. 12. cap. 23.

dius à magiſtro ferula cæſus fuerit, narrat Nicepharus, lib. 12. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Caius etiam Imperator, auctore Tranquillo, Græcæ Latinæque eloquentiæ Syracuſis & Lugduni certamina inſtituit, vbi in dicendo ſcribendoque victi, præmia quædam victoribus conferre, eorundemque laudes edere cogebantur: eos verò qui maximè diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpõgia linguaue delere iuſsit, niſi ferula obiurgari maluiſſent. Virgarum autem vſus antiquiſsimam etiam originem habet Fabius enim Pictor refert, quòd Ianus, vt Colonias in officio retineret, ſingulis virgas ſingulas tradiderit. Prætores quoq; Romani, authore Plutarcho, virgis vtebantur, quibus malitiam, quæ medicabilis eſſe videretur, corrigerent, non ſecuri ſtatim amputarent. Vnde Iuuenalis:

Metuens virgæ tam grandis Achilles,
Cantabat patrÿs in montibus.

Cratem Thebanum à principe Gymnaſij Thebani, ſiue, vt alij volunt, Corinthij flagris cæſum fuiſſe ſcribit Laertius

Ita virgas & ferulam Pædagogorum ſceptra vocat Martialis, quibus à nequitia & vitijs deterreant magis diſcipulos, quàm lædant.

Vide officiorũ ſcholaſticorum li. 1. c. 29. & lib. 2. cap. 28.

Nates potiſsimùm virgis cædi pueris, ait Rhodoginus, quòd illa corporis pars, ob cutis craſsitudinem, cui callolum & ſolidum quiddam inſit, minus periculi habeat. Sed quãquã in præſens non de vſu (id enim alibi fortaſſe ex profeſſo cõmodius facere poterimus) verùm de ortu & inuentione virgarum, & ferulæ inſtituta

Digitized by Google

tituta disputatio est: tamen hoc pædagogos non ignorare oportet, quòd permultum referat, si pro ingeniorum & temporis diuersitate, cum ratione quadam & iudicio prudenter vtantur, & sicut Basilius ille Magnus præcipit, mensuram & modum medelæ & sanationis peccatorum adhibeant. Nam & indulgentia nimia iuuentutem ferè corrumpit, & nimis acerba increpatio multos à proposito studendi fugat, inquit Fabius, quòd sic obiurgát quasi oderint. *Quæst. 53. diff. explicat.*

Quòd castigati à preceptoribus minimè irasci, aut vindicare, sed gratias potius agere debeant lib. 2. offi. scholast. cap. vlt. demonstraui.

Quia verò quantumuis eruditi & diligentes præceptores discipulis suis perpetuò adesse, eosque in omnibus obseruare non possunt: iccirco quædam ratio introducta est, vt delicta per alios deferrentur: & discipuli aut virtutis amore, aut plagarum formidine & metu ad virtutum bonarumque artium & linguarum studia inuicem excitarent, nimirum vt à præceptore notati, alios ipsi obseruare, eorumq; obscænè petulanter aut indecenter dicta factaque & neglecta accusare cogerentur.

Huc forsan allusit Terentianus Laches: An quia ruri esse crebrò soleo, nescire arbitramini quo quisque pacto hîc vitam vestrorum exigat? Multo melius hic quæ fiunt, quàm illic vbi sum asiduè scio. *Hecyra act. 2. scen. 1*

Apud Lacedæmonios puerorum præfecti

Digitized by Google

tabula notabant eos, qui deliquerant, vt suo tempore punirentur.

Athenienses verò, vt frequentes in concionem venirent, fune, rubro colore oblito, ministri publici populum cingebant, agebantque in concionem: si quis contagio funis notatus appareret, mulctam dare cogebatur.

DE LITERIS, DEQVE TAbulis, & papyro, charta, & pergameno.

CAPVT XIX.

ADami posteritas statim in exordio mundi disciplinas à se repertas literis, duabus columnis, lapidea & lateritia, inscripserunt: vt mox dicetur capite sequenti & lib. 2. cap. 1.

Tandem Moses Decalogum tabulis lapideis Dei manu scriptum accepit.

Veteresq; Romani & Athenienses in tabulis æneis aut ligneis scribere solebant. Quòd infra suis locis indicabitur.

Paulatim papyri & chartæ vsus inoleuit. Quem alioqui antiquissimum fuisse, ex Esaiæ cap. 18. colligitur. Væ terræ cymbalo alarum, quæ mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas.

Quæ de venenatis Iudæorum, aut hæreticorum papyreis siue chartaceis epistolis ibi Hieronymus, & Gnăgneus ad caput vlt. act. Apost. intelligunt.

Palmarumque folijs, arborum quarundam libris,

Digitized by Google

libris, plumbeis, cereisq; materijs prout quisq; poterat, vtebantur. *Vide in Bibliothecis Romanis.*

Id chartæ genus, quo nunc vtimur, ex linteolis contritis confectum, recentius esse apparet, & papyri à frutice sumptum nomen retinet. Membranas à tectu membrorum, quæ corio teguntur, nominatas Varro putat, & à Pergamo, vbi inuentæ fuerint, pergamenas nũcupari perhibent. *Polid. lib. 2. cap. 8. P. Thol. lib. 16. ca. 3. & 4.*

Quas apud Iudæos & Aegyptios tempore Ptolomæi Philadelphi in vsu fuisse, ex Iosepho & alijs in Aristæa demonstraui.

Aegyptij primi fuerunt, qui per figuras animalium mentis sensum effingebant. Qua de re antiquissima monumenta, saxis impressa, extare dicuntur. De quibus volumen edidit Pierius Valerianus, Relat. à Matth. Quado, lib. 1. Geograph. De istis symbolis in Aegypto fusius differetur.

Indorum quoque Sacerdotes olim Hierogliphicis imaginibus annales conscribere solebant. Peruuini laneis funibus vtebantur, quos quippos vocabant, quibus implicitis diuersarum figurarum nodis numerum supputabant à monade ad denarium, atque inde altius ascendendo nodis colores imprimebant, ijs rebus similes, quas indicare volebant. Quælibet prouincia Notarios habebat, qui per hos colores rerum gestarum memoriam, velut literarum monumentis haustam plebi insinuarent, & si quid accideret posteritate dignum, per eorum nodorum colores annotarent. *Iouius lib. 14.* *Matth. Quadus lib. 5. cap. 15. Geogr.*

Hiere.36. Baruch Propheta ſcribebat volumen ſermonum Hieremiæ atramento: Rex volumen illud ſcidit ſcalpello, & iuſſit igni comburi.

Ezech.c.9. Apud Ezechielem Prophetam, vir quidam atramentarium ſcriptoris in lumbis, & ad renes habuiſſe dicitur.

Quem virum Dei Angelum ſignificari aiunt, qui habitu Pontificis, veſtitus lineis indumẽtis, omnium peccata deſcriberet, & ſanctorum à peccatoribus numerum ſegregaret. Alij per virum illum, Deum ipſum intelligere malunt: qui actiones hominum bonas & malas diligenter aduertat. D.Hieron.

Quod Græci καλαμάριον, nos atramentariũ vocamus, quòd in illo calami, in hoc atramentum recondatur. Multi, ait ibi Hieronymus, ſignificantius thecas vocant, ex eo, quòd ſint thecæ ſcribentium calamorum.

Vnde huius rei vetuſtas perſpicitur.

DE BIBLIOTHECIS.

CAP. XX.



Ibliothecæ quoque ſemper magno in honore apud omnes gentes fuerũt. Sicut in earum Academijs apparietur. Vide etiam Theoloſ. lib 16 c.7. Polyd.l.2.c.7

Et meritò quidem. Nam bonarum literarũ atq; artium theſauri in libris, & magiſtris mutis, perpetuis tamen conſeruantur, & hinc in omnem euentum ea depromuntur conſilia & ſolatia, quę nullo auro, vel argento, nulliſue humanis opibus vel viribus cõparari poſſunt.

Ideoque

Digitized by Google

Ideoq; in exordio mũdi Adami filij ea, quę de bonis artibus inuenerant, metu Diluuij, & memorię causa, duabus columnis inscripserũt, de quibus libro 2. in Iudęa agetur. Et post Diluuium Babylonij, Asirij, Aegyptij, cæteræq; omnes gentes suas bibliothecas habuerunt.

Roma ad picturam Bibliotheca Babylonica legitur.

Daniel & Socij linguam scientiamq; Chaldęorum ediscunt.

Cyri decretum de templi instauratione Darij iussu perquiritur.

Ad picturam Biblioth. Atheniensis.

Pisistratus primus apud Græcos publicam bibliothecam instituit.

Seleucus bibliothecam à Xerxe asportatam referendam curat.

Ad picturam biblioth. Alexandrina.

Ptolomęus ingenti bibliotheca instructa, Hebræorum libros concupiscit.

LXX. Interpretes ab Eleazaro missi sacros libros Ptolomæo reddunt.

Ad picturam biblioth. Romanorum.

Tarquinius superbus libros Sybillinos tres, alijs à muliere incensis, tandem emit.

Augustus Cæsar Palatina Bibliotheca magnificè ornata viros literatos fouet.

Ad picturam Biblioth. Hebraa.

Esdras Sacerdos & Scriba bibliothecam sacrá restituit.

Moyses librum Legis Leuitis in tabernaculo reponendum tradit.

Ad picturam Bibliotheca Cæsarienſ.

S. Pamphilus Presbyter & Martyr, admirandæ ſanctitatis & doctrinæ, Cæſareæ ſacram bibliothecam conficit, ſuaque manu deſcribit.

Ad Hieroſolymitanam.

S. Alexander Epiſcopus & Martyr, Decio Imper. in magna temporum acerbitate, ſacrorum ſcriptorum libros Hieroſolymis congregat.

Ad Bibliothecam Apoſtolorum.

S. Petrus ſacrorum librorum theſaurum in Rom. Eccleſia perpetuò ſeruari iubet.

Ad Bibliothecam Pontificum.

Romani Pontifices Apoſtolicam Bibliothecam magno ſtudio amplificant, atque illuſtrant.

De Bibliotheca Xiſti V. in vita illius Cicarella refert: Inter alia iucundiſsima loca, quæ in Vaticano ſunt, is eſt primarius, quem Beluedere nuncupant. Hunc locum Xiſtus tanquam inſtituto ſuo aptiſsimum elegit, & in eo nobiliſsimam Bibliothecam ædificare cœpit. Præter ædificia verò, quæ libris reſeruantur, alia confeſtim noua condidit, in vſum eorum, qui Bibliothecam cuſtodiunt: quorundam etiam literatorum, qui in ea incolerent, vt ipſius protectoris, ſi quando valetudinis gratia ſuum habitaculum mutare velit. Ipſa autem Bibliotheca ædificium eſt longum & vacuum ad 318. palmos in longitudine, 69. in latitudine extenſum. Multas habet in medio columnas cęmentitias

titias optimo ordine dispositas. Ipsum ædificium Occidentem spectat, vnde & lumen intercipit. Licet à Meridie quoque & Ortu illustretur; à latere molis huius in vsum Bibliothecæ publicæ constructæ, duo alia minora ædificia adiecta sunt, quæ Bibliothecæ seruiunt secretiori. Totam hanc Bibliothecam Xistus foris & intus elegantissimis picturis exornauit. Foris parietes calce nigra & candida iussit incrustari, & in ijs multas virtutum, scientiarum, aliarumque ad rem literariam pertinentium imagines delineari: Intus verò præter alia multa, quæ cernuntur, pingi fecit Ecclesiæ Concilia 16. & sub vnoquoque propria legitur inscriptio. quæ continent res memorabiles.

Sub primo itaque Concilio Nicæno hæc verba descripta sunt. *S. Siluestro Papa Fl. Constantino Magno Imperat. Christus Dei Filius Patri Consubstantialis declaratur. Arij impietas condemnatur. Ex decreto Concilij Constantinus Imp. libros Arianorum comburi iubet.* Sub Cócilio Constantinopolitano, quod proximè sequitur, sic legitur: *S. Damaso Papa & Theodosio Iun. Imp. Spiritus S. diuinitas propugnatur. Nefaria Macedonia hæresis extinguitur.* De Ehpesino Concilio dicuntur hæc: *S. Cælestino Papa & Theodosio Sen. Imperat. Nestorius Christum diuidens damnatur. B. Maria virgo Dei Genitrix prædicatur.* Sequitur pictura primi Concilij Chalcedonensis, sub quo legitur: *S. Leone PP. & Marciano Imp. infelix Eutyches vnam tantùm*

Concilia Ecclesiæ eorumque inscriptiones.
Nicænum
Constantinopolit. 1.
Ephesinum.
Chalcedonense 1.
Constantinop. 2.
Constantinop. 3.
Nicæ. 2.

tantùm in Christo naturam asserens, confutatur. Secundo Concilio Cōstantinopolitano quod proximum est, hæc inscriptio subiecta est: *Vigilio Papa, & Iustiniano Imp. Contentiones de tribus capitibus sedãtur Origenis errores refelluntur.* Iuxta Cōcilium hoc aliud tertium Constantinopolitanum expressum est, cum hac inscriptione: *S. Agathone Papa, Constantino Pogonato Imp Monothelitæ heretici, vnam tantùm in Christo voluntatem ducentes, exploduntur.* De Concilio Nicæno secundo, ibidem picto, sic dicitur: *Adriano Papa. Constantino Irenes F. Imp. Iconomachi reijciuntur, sacrarum imaginum veneratio confirmatur,* Quarto concilio Constantinopolitano: adscriptum est: *Adriano II, Papa, Basilio Imp. Ignatius Patriarcha Constantinop. in suam sedem, pulso Photio restituitur.* Pone hoc spectatur primum Concilium Lateranense generale, cum hoc elogio: *Alexãdro III. Põt. Federico II. Imp. VValdenses & Cathari heretici damnantur; Laicorum & Clericorum mores ad veterem disciplinã restituuntur. Torneamenta vetantur.* Sub secundo vniuersali Concilio Lateranensi scriptum est; *Innocentio III. Pont. Federico II. Imp. Abbatis Ioachim errores damnantur, bellum sacrum de Hierosolyma recuperanda decernitur. Cruce signati instituuntur.*

Ab vno latere huius picturæ imago S. Frãcisci Ecclesiam S. Ioannis ruinam minitantem ne labatur substinẽtis, cernitur id, quod Innocentius in somnijs viderat: quare & hæc adiecta est inscriptio: *Innocentio III. Pont. perquietẽ S. Fran-*

S. *Franciscus Ecclesiam Lateranensem substinere visus est.* Ab altero latere S. Dominicus deliniatus est, qui eiusdem Innocentij tempore hæresin in Aquitania Tholosę natã restinxit, inscriptio illius hæc est: *S. Dominico suadente contra Albing. hæreticos Simon Comes Montisforten. pugnam suscepit, egregieq. confecit.* Sequitur Concilium primum Lugduni celebratum, cum tali inscriptione: *Innocentio IV. Pont. Max. Fridericus II. hostis Ecclesiæ declaratur, Imperioq. priuatur. De terra sancta recuperatione constituitur. Hierosolymitana expeditionis Dux Ludouicus designatur. Galero Rubeo & purpura Cardinales donantur.* Sub Concilio Lugduni celebrato Sixtus etiam scribi mandauit: *Gregorio X. Pont. Græci ad S.R.E. vnionem redeũt. In hoc concilio S. Bonauẽtura egregia virtutũ officia Ecclesiæ Dei præstitit. Tartarorũ Rex à F. Hieronymo Ord. Minor. ad Conciliũ perducitur. Rex Tartarorum solẽniter baptizatur.* Post dicta Concilia cũ sequẽti scriptura spectatur Cõciliũ primũ Viẽnẽse: *Clemente V. Pont. Clementinarum Decretalium Constitutionum Codex promulgatur. Processio solemnitatis corporis Domini instituitur. Hebraica, & Chaldaica lingua professio, fidei ergo, in nobilissimis quatuor Europæ Academijs instituitur.* Picturæ de Cõcilio Florẽtino subscriptũ est: *Eugenio IV. Pontifice Græci, Armeni, Æthiopes ad fidei vnitatem redeunt.* De concilio Lateranensi vltimo sic dicitur; *Iulio II. & Leone X. Pontif. Max. Bellum contra Turcam, qui Cypriam & Ægyptum proximè Sultano victo occupabat,*

pabat, decernitur. Maximilianus Cæsar, & Franciscus Rex Galliæ bello Turcico Duces præficiuntur. Inscriptio denique Concilij Tridentini, quod vltimo loco depictum cernitur, hæc est: *Paulo III. Iulio III. Pio IV. Pontif. Lutherani & alij Heretici damnantur. Cleri populiq; disciplina ad pristinos mores restituitur.*

Præter hæc Concilia, etiam hic celebriores totius orbis terrarum, quæ ab orbe condito fuêre, depictæ, spectantur Bibliothecę; quas & nos hic quoque summa, quà possumus, breuitate cum suis inscriptionibus referemus. Prima itaque inter has est Hebræorum, cum his literis: *Moyses librum legis Leuitis in Tabernaculo reponendum tradit. Esdras Sacerdos & Scriba Bibliothecam sacram restituit.* Sequitur Bibliotheca Chaldæorum in Babylonia: *Daniel & socij scientiam Chaldæorum addiscunt. Cyri Decretum de templi instauratione Darij iussu perquiritur.* Græcorum, seu Atheniensium Bibliothecæ inscriptum erat: *Pysistratus primus apud Græcos publicam Bibliothecam instituit. Seleucus Bibliothecam à Xerxe asportatam, referendam curat.* Sub Bibliotheca Aegyptiorum, quæ erat Alexandriæ, scriptum legebatur. *Ptolemæus ingenti Bibliotheca instructa, Hebræorum libros concupiscit: Septuaginta duo interpretes ab Eleazaro missi sacros libros Ptolemæo reddunt.* Bibliotheca Romana hûc habet titulum: *Tarquinius superbus libro Sybilinos tres: alijs à muliere incensis, tantundem emit. Augustus Cæsar Palatina Bibliotheca magnificè ornata, viros literatos fouet.*

Celebriores totius orbis Bibliothecæ.

Hebræor.

Chaldæor.

Græcor.

Digitized by Google

fouet. Hanc sequitur Bibliotheca Hierosolymitana, sub qua positū erat; *S. Alexāder Episcopus & Mart. Decio Imper. in magna temporum acerbitate sacrorum scriptorum libros Hierosolymis congregat.* Deinde Bibliotheca Cæsariensis cum hac inscriptione; *S. Pamphilus presbyter & Mart. admirandæ sanctitatis & doctrinæ Cæsariæ sacram Bibliothecam conficit: multos libros sua manu describit.* Hanc iuxta depicta est Bibliotheca Apostolorum, de qua sic prædicatur; *S. Petrus sacrorum librorum thesaurum Romanæ Ecclesiæ asseruari iubet.* Bibliotheca Pontificū vltimo loco cernitur effigiata, cuius hæc est inscriptio: *Romani Pontifices Apostolicam Bibliothecam magno studio amplificant & illustrāt.*

Quod si antea nobis constitisset, materiam hanc de Bibliothecis tam fore prolixam, forsan aut ab ea abstinuissemus, aut non ita exactè atque singulariter eas descripsissemus. Nam & exiguum illud, quod superest, silentio transire non possumus: tum vt opus sit absolutū, postquam sit cœptum: tum etiam, quia nobis omnino persuasum est, eos, quibus iucundum est legere libros, etiam cum voluptate visuros res tam singulares, ad ipsos libros pertinentes. Dicemus igitur in sequentibus, istic ostendi pictos omnes homines, qui ob literarum inuentionem toti mundo sunt celebriores. In prima columna spectatur Adamus cum hoc titulo: *Adam diuinitus edoctus, primus scientiarum & litterarum inuentor.* Secunda columna exhibet filios Seth, Adami Nepotes, cum hoc elogio: *Filij*

Inuentores litterarū & scientiarum

Digitized by Google

Adam Filij Seth. Abraham. Moyses Esdras. Mercurius. Hercules Aegyptius. Menō. Isis. Phœnix. Cadmus.

Filij Seth columnis duabus rerum cælestium disciplinam inscribunt. Sequitur Abraham, sub quo notatum est: *Abraham Syras & Chaldaicas literas inuenit.* Pone illum expressæ sunt literæ, quas ille inuēit. Post Abrahamū cernitur Moyses, Dux & Legislator populi Hebraici, cum hac scriptura: *Moyses antiquas Hebraicas literas inuenit.* De Esdra verò Sacerdote & Scriba eiusdem populi Hebraici, qui proximè collocatus est, dicitur; *Esdras nouas Hebræorum literas inuenit.* In tertia columna prodit Mercurius Aegyptius, eius titulus est: *Mercurius Theut. Ægyptijs sacras literas conscripsit.* Adiunctum habet ille Herculem Aegyptium, de quo legitur: *Hercules Ægyptius Phrygias literas cōscripsit.* De Menone qui sequitur, hæc referuntur: *Menon Phoroneo æqualis, literas in Ægypto inuenit.* Non procul hinc Isis regina Aegypti spectatur, cuius hæc est inscriptio; *Isis Regina Ægyptiarum literarum inuentrix.* In quarta columna imago Phœnicis, Phœniciæ Regis delineata est, eique subscriptum: *Phœnix literas Phœnicibus tradidit.* Sequitur Cadmus, cui adscriptum est: *Cadmus Phœnicis frater literas sexdecim in Græciam intulit.* Ipsę autem literæ supra caput illius depictæ sunt. His literis dicitur Palamedes adiunxisse quatuor alias, & totidem alias Simonides Melicus, quæ omnes simul iunctos faciunt vigintiquatuor: Aristoteles (vt scribit Plinius) dicit antiquas literas Gręcorum fuisse decem & octo, duos adiunxisse Epicharmum & non Palamedem. Ipsa autem rei veritas incerta

Digitized by Google

certa est, & dubia, cùm in obscurissimæ antiquitatis visceribus sepulta sit. Subsequitur Linus Thebanus, cum his verbis: *Linus Thebanus Græcarum literarum inuentor.* Inde Cecrops Atheniensium Rex, cui adiectum; *Cecrops Dipies primus Atheniensium Rex, Græcarum literarum author.* In quinta columna primo loco pictus est sapiens ille Philosophus Pythagoras, de quo dicitur: *Pythagoras literam ad humanæ vitæ exemplum inuenit.* In alio columnæ latere effigies Epicharmi Siculi, cum hoc dicto: *Epicharmus Siculus duas Græcas addidit literas.* Simonidi Melio hæc verba subiuncta sunt: *Simonides Melius quatuor literarum inuentor.* Palamidi verò hæc: *Palamedes bello Troiano literas quatuor adiecit.* In sexta Columna posita est imago Nicostratæ Carmentæ, matris Euandri, hâc sub se habens inscriptionem: *Nicostrata Carmenta Latinarum literarum inuentrix.* Literæ quas inuenit, ibidem quoq. appositæ, sunt hæ: A, B, C, D, E, F, G, H, I, L, M, N, O, P, R, S, T, V. Subsequitur Euãder Rex Arcadiæ, cum hac inscriptione: *Euander Carmentæ F. Aborigines literas docuit.* Iunctum habet ille sibi Demaratum Corinthium, cuius elogium est: *Demaratus Corinthius Hetruscarum literarum Author.* Hic verò Claudium Cæsarem Romanorum Imperatorem, de quo legitur: *Claudius Imp. tres nouas literas adinuenit.* Hæc verba sub illo scripta sunt, at supra caput illius additum est: *F. reliquæ duæ vsu obliteratæ sunt.* Hoc est, vna istarum literarum est F. reliquæ duæ non

Linus. Cecrops. Pythagoras. Epicharmus Siculus.

amp n vſu ſunt, neq; ſatis conſtat, quæ iſtæ fuerint. Mihi autem non fit veriſimile literarum F. Claudio inuentam, cum ea apud Ciceronem, qui multis annis Claudij tempora anteceſsit, inueniatur: immò is ipſe nono libro Epiſtolarum ad Atticum prædium ſuum vocat Formianum. Digamma, quia incipiebat à litera F, quæ dicitur digamma, cum figuram duorum T, habere videatur. Dicendum itaque eſt: Claudium literam hanc dilucidius explicaſſe, aut aliud quod circa illam egiſſe, vnde nomen inuentoris conſecutus eſt. In ſeptima columna imago S. Ioannis Chryſoſtomi viſitur, cui ſubiecta eſt hæc inſcriptio; *Ioannes Chryſoſt. literarum Armenicarum inuentor.* Et effigies D. Hieronymi, cum hoc titulo: *S. Hieronymus literarũ Illyricarum inuentor.* Poſt illum S. Cyrilli, de quo; S. Cyrillus aliarum literarum Illyricarum inuentor. Illos ſequitur Vlphias epiſcopus, cui ſubiectum: *Vlphias epiſcopus Gotthorum literas adinuenit.* In octaua & vltima columna effigies Domini noſtri Ieſu Chriſti formata eſt, cui ſubſcriptum: *Chriſtus ſummus Magiſter, cæleſtis doctrinæ author:* deinde Pontificis Romani, cum titulo: *Chriſti Domini Vicarius:* tandem & Imperatoris, cuius inſcriptio eſt: *Eccleſiæ defenſor.*

Bibliothecæ arcanæ ornamẽta. Hæc ſunt præcipua, quæ in hac Bibliotheca Vaticana publicè depicta ſpectantur, ſcriptaq; leguntur. In ſecreta verò Bibliotheca, Doctorum Eccleſiæ, multorumque Sanctorum effigies, cũ multis præclaris Sixti operibus & mo-

numentis

humentis delineatæ sunt. Has omnes figuras ordine recensere non est nostri instituti: putauimus enim hic non omnia, sed ea tantùm describenda, quę in hac Bibliotheca videntur celebriora, magisque singularia. Superest, vt coronidis loco huic quoque descriptioni addamus duas illas tabulas marmoreas, quę in dicta Bibliotheca cernuntur, & quæ in ijs scripta sũt, hoc loco referamus. In priore tabula leguntur hæc:

Sixti V. Pont. Max. Perpetuo hoc decreto de Libris Vaticanæ Bibliotheca conseruandis, quæ infra sunt scripta, hunc in modum sancita sunto, inuiolateq; obseruanto. Nemini libros, Codices, volumina huius Vaticanæ Bibliotheca ex ea auferēdi, extrahendi, aliòue asportandi, non Bibliothecario, neq; custodibus, Scribisq;, neq; quibusuis alijs cuiusuis ordinis & dignitatis, nisi de licentia summi Rom. Pont. scripta manufacultas esto. Si quis secus fecerit, libros, partemue aliquam abstulerit, extraxerit, clepserit, rapseritq;, carpserit, corruperit dolo malo, ille à fidelium communione eiectus, maledictus, anathematis vinculo colligatus esto. A quo quam præterquam Rom. Pont. ne absoluitur.

Secundæ verò tabulæ inscriptio ad perpetuam rei memoriam hæc est: *Sixtus Pont. Max. Bibliothecam Apostolicam, Sanctissimis prioribus illis pontificibus, qui beati Petri vocem audiuerunt, in ipsis adhuc surgentis Ecclesiæ primordijs inchoatam, pace Ecclesiæ reddita Laterani institutam: à posterioribus deinde in Vaticano, vt ad vsus pontificios paratior esset, translatam, bisq; à Nicolao*

 V. auctam,

auctam, à Sixto IV. insigniter excultam, quo fidei nostræ & veterum Ecclesiasticæ disciplinæ rituum documēta omnibus expressa, & aliorum multiplex sacrorum copia librorum conseruarentur, ad purā & incorruptam fidei veritatem perpetua successione in nos deriuandam, toto terrarum orbe celeberrimam, cum loco depresso, obscuro & insalubri sita esset, aucta perampla, vestibulo, cubiculis circum & infra: scalis, porticibus, totoq; ædificio à fundamentis extructo, subsellijs, pluteisq; directis, libris dispositis, in hunc editum, perlucidam, salubrē, magisq; opportunum locum extulit. Picturis illustribus vndiq; exornauit, liberalibusq; doctrinis & publicæ studiorum vtilitati dicauit. Anno M.D. LXXXVIII. Pont.

Officina typographica à Sixto in Vaticano instituta.

Non procul ab hac Bibliotheca in eodem loco typographiam Sixtus instituit, in qua libri ab hæreticis corrupti, profanati, varijsque erroribus aspersi, emendati, pristinæ candori restituti, & ad sinceram authorum veritatem reducti imprimerentur. Varijs quoq; linguis, etiam barbaris, exoticisque vera fidei nostræ dogmata, libri, miracula, & opera sanctorum Patrum pulcherrimis typis excusa, ex eadem officina prodirent: vt hoc modo ad omnium vtilitatem cultus Christianus propagaretur, & defenderetur. Huic tam difficili, sumptuoso, sed vtilissimo negotio præfecit Pontifex Dominicum Basan, virum rerum gerendarum experientia, magnitudine animi, alijsque virtutibus laudabilem, ideoque omnium iudicio ad hoc opus aptissimum. Quod & ille re ipsa testatus

eſtatus eſt:exiguo namque temporis ſpatio
bundè ſibi comparauit,& in ordinem redegit
mnia, quæ ad Regiam & Pontificiam calco-
raphiam poſſent deſiderari,in operis quoque
urſu ſingulari vigilantia,admiranda dexteri-
ıte,prudentia,& integritate vſus eſt. Iuſſit pō-
fex eidem Baſę ad huius operis executionem
iginti ducatorum millia numerari, quā ſum-
ıam decem annorum ſpatio Reuerendæ Ca-
neræ Apoſtolicæ reſtituere pollicebatur. A-
ta ſunt hæc à Pōtifice x v I. Aprilis,anno poſt
ıatum Chriſtum M.D.LXXXVII.

'rancifcus Patritius Senenſis, Pontifex Caietanus lib.8.tit.15. De Inſtitutione reipublicæ,ad Sixtum IV. PP.

BIbliotheca, inquit, ſalubri ac quieto loco
inſtituenda eſt. Nec permittendum, vt ci-
es tanto munere fraudentur. Nam ſi palęſtra,
uę corpus adiuuat,tanto ſtudio,tantaque im-
enſa ſtatuitur, quanto magis Bibliotheca or-
anda erit? Quæ pabulum mentis benè inſti-
ıtę eſt,& exercitatio animi ingenui. Et ſi cer-
ıminū victores magnos honores meruerunt,
t in conuentu ſtantes. palma & corona deco-
ırentur,& redeuntes in patriam, quaſi victo-
a triumphantes, quadrigis inueherentur &
eſte publica, perpetuoque victu alerentur:
uanto magis efferendi ſunt viri doctiſsimi,
ui diſciplina & moribus remp. adiuuant, &
:riptis ea memoriæ commendāt,quæ poſteris
rofutura ſunt Bibliothecæ locus eligatur, qui
d Orientem ſpectet: Acies nanque oculorum

matutinum lumen postulat. Nam si ad Meridiem, vel Occidentem spectaret, venti, qui locum perflant, humido pallore librorum volumina corrumperent, tineasque procrearent, quibus libri exeduntur, corrumpunturq; Poliantur parietes opere tectorio, adornenturq; viridi colore: viridia enim omnia oculis prosunt, acremque aciem reddunt. Laudātur summoperè Attalici reges, qui studio disciplinarū inducti, nobilem Bibliothecam Pergami ad communem ciuium peregrinorumque vtilitatem, ac delectationem instituerunt. Hanc Pergamenam Bibliothecam Plutarchus in M. Antonij vita scribit largitum fuisse Antonium Cleopatræ, in qua ducenta librorum millia fuerant, testemque Caluisium Octauij amicum inducit. Sic & Ptolomæus Aegypti rex eodem studio ac cupiditate pellectus, longè maiore impensa ac diligentia Alexandriæ Bibliothecā cōsummauit, in qua quadraginta millia librorum volumina fuisse memorantur: hi omnes libri fortuito incendio perierunt in prælio Cæsaris contra Achilan regiæ militiæ præfectum. Nam cùm regia classis fortè subducta iuberetur incendi, ea flamma vrbis partem inuasit, & ædes, in quibus libri reconditi erant, omni ex parte exussit: quo quidem incendio miserādam iacturam disciplinæ omnium bonarum artium fecerunt. Certatim siquidem scriptores omnium gentium, omniumq; terrarum illuc volumina sua deferebant, quasi in theatrum, palestramque sapientiæ & doctrinæ

Digitized by Google

Eo namq; loci Musis & Apollini ludi celebrabantur, in quibus, magnis muneribus propositis, Poetæ, Oratores, Philosophi seorsum inter se certabant, & victores præmia & honores accipiebant, eorumque volumina & scripta Bibliothecæ inserebantur. Quod iuuenum animos honoris studio valde incitabat.

DE BEDELLIS.

CAPVT XXI.

PVblicos Vniuersitatum ministros, & in Iure dicundo Secretarios, bedellos, siue bidellos appellant, quasi scholarum & librorum custodes. Ideoque bedellos ad custodiam istam deputatos, de libro furto ablato in scholis teneri, ait Bertachinus in Repertorio Iuris, verbo bidellos, per Bartolum in l. si quis vxori ff. de furt. Bald. auth. Habita, c. Ne filius pro patre. Addit ibi Bertachinus: bidellos gaudere priuilegijs scholarũ quoad forum & represalias, per Bald. proœ. ff. & auth. Habita, & Alexandrum l. scriniarios, de testa. milit. Anchor. proœ. lib. 6. decret. Bartolus tract. represal. quæst. 6.

Marianus autem Socinus ad cap. Ex literis, ext. de furtis Bedellos alios facit generales, alios speciales. Generales, qui absque discrimine generaliter ad omnia ministeria Vniuersitatis assumuntur. Speciales verò, qui ad certa quædam ministeria officiaque deputantur.

Si ergo Bedello speciali, ad custodiam librorum deputato, quis librum commendauerit,

uerit, & iste liber furto sublatus est, bedellus, qui tenebatur custodire, restituere debet, quia propterea collectas accipit, sicut ille, qui specialiter recipit custodiam, vt l. qui mercedem, cum l. seq. & l. item quærit, §. si fullo. ff Locati. & l. Diuus, ff. de offic. & l. Nauta, & l. item ait, ff. Nau. cau. stabul. Generalem Bedellum ad restitutionem libri furati nõ teneri ait Bartolus, si peculiarem eius curam non suscepit, aut si restituit alicui familiari & noto, aut signum notum portanti, & iste liber non erat val de pretiosus. Alioqui enim diligentius prospicere debuisset, cui librum traderet.

Sed si vnus tantùm bedellus habetur, vt Senis vnũ tantummodò haberi ait, ipsum quoq; ad restitutionem obligari, quia ex officio custodire debebat. Iudicatque eo loco Socinus Bidellos ferè in Academijs duos haberi, qui plerumque officijs, & signis quibusdam notisque distinguantur.

Anchoranus clement. Cùm sit nimis, ait: Bidellis in promotionibus elargiri cibaria, vestes, &c. Idem procœmio libri 6. bidellos & scriptores studiosorum appendices vocat. Cõsentit Bartolus Tract. Represal. q. 6.

Hoc tempore vulgo à pedibus & sollicitationibus, Cursores vel pedelli appellantur, qui etiam Rectori & promouendis argenteos scipiones præferunt. Sicut in Coloniensi Academia duo Viennæ quatuor habentur, vt illic annotauimus.

De

De Typographia.

CAPVT XXII.

Ypographiam alij Moguntinis, alij Harlemensibus Batauorum, alij alijs acceptam ferre volunt. Sicut in Academia Moguntina & Basileensi declarabitur.

Antequam Lusitani in Indiam penetrarent, typographicę artis peritissimos viros ibi inuenerunt, qui libros nostro more exprimerent, quorum longissima folia introrsus quadrata serie complicarent.

Vnde Iouius opinatur eius artis exempla olim per Scythas & Moscos in Europam nostrã peruenisse.

Imprimendi libros & monetam excudendi ars, in noua Hispania Americæ iam residet in vrbe Mexicana.

Tombuti Africæ Rex magnam doctorum virorum copiam alit, infinitosque libros manu scriptos ex Barbaria allatos in pretio habet.

DE Gregorio XIII. P. M.

Romæ sic legitur: Imprimendi artem Hebraicis, Gręcis, Chaldæis, Arabicis, Armenicis, Illyricis characteribus ab se præcipuè instructam ita promouit, vt iam Orientis, & oppressæ à Turcis, & Scismaticis Europæ populi missis Catechismis propria ad pietatem lingua instituantur.

Petrus Mosellanus oratione de trium linguarum cognitione paranda: Hác, ait, renascen-

tem literariam lucem quasi πρόδρομος autora præcessit. Illud admirabile, & singulari cælitũ munere concessum, Codicum excudendorum artificium: cuius beneficio veteris illius & piæ sapientię reliquię ex tanto literarum naufragio superstites in mille transfunderentur exemplaria.

Magno quidem omnium applausu recipiebatur, nec ab initio minori quæstu quàm admiratione vulgari cœpit hæc ars, sed paulatim, velut auguror, ait Polydorus, futura est vilior.

Eusep. lib. 5. cap. 20.

Irenæus Lugdunensis Notarios & scriptores adiurabat, ne libros suos deprauarent, hac forma: Adiuro te, qui hunc librum descripsisti, per Dominum nostrum Iesum Christum, & per gloriosum aduẽtum eius, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, vt conferas quod transscripsisti, & castiges ad exemplar vnde descripsisti accuratè; & iuramentum hoc vt itidem describas, & exemplo tuo apponas.

Mali enim scriptores etiam Pontificum & Cæsarum literas quandoque corrũpunt, quod non est authori imputãdum. Hostien. proœ. Summæ Regulas Cancellariæ Apostolicæ malè & mendosè describi, & ex viciatis exemplis imprimi, antequam corrigantur Q. Mandosius conqueritur ad regulam 33. q. 12.

Ideoque Iustinianus Imperator in antiquis libris malè scripta corrigi & emendari iussit.

Postquam typographia inuenta fuit, certę etiam leges & diuersorum Conciliorum Canones introducti sunt, vt non nisi probatos & correctos

correctos emendatosque libros typis excussos diuulgarent.

In quo aliqui typographi, cum magno reipublicæ malo grauiter delinquunt.

Expediret, inquit, Ninizanus, Principes typographis, quádo priuilegia excudendi libros accipiunt, iniúgere, vt emendatos libros ederent. Sunt enim quidam nimis auari, & nolunt sumptus facere, vt doctos correctores alant. *Lib. 6. sylua Nupt. in fin.*

De imperitis, sordidis, negligentibus, perfidis typographis extat Erasmi querela in Adagio Festina lentè.

Apud veteres nihil legere, vel profiteri, vel scribere licebat, quod nō prius per certos quosdam sapientissimos & prudentissimos viros approbatum esset, vt libro 1. officiorum scholasticorum à me est declaratum.

Indignum ergo est, quòd absque discrimine nunc quiduis typis istis excudere licet: & quòd hac arte quidam malè feriati homines ad disseminandos errores, scurriles famososque libellos, blasphemias in Deum, & turpes in viuos atque defunctos homines calumnias abuti permittantur.

Vnde fit, vt quidam dubitent, satiusne fuerit hanc artem sic, vt iam est, habere, an propter istos abusus repertam non fuisse.

DE PRIVILEGIIS ACADEMIARUM, *Doctorum, & Studiosorum.*

CAP. XXIII.

De

DE priuilegijs ſcholarum, Doctorum, & ſtudioſorum plures ex profeſſo, & data opera commentati ſunt: Lucas de Penna, Rebuffus, & Iuriſconſulti ad Auth. Habita, C. ne filius pro patre. Iacobus Bennius tres libros de priuilegijs iuriſperitorum edidit. Poſtquam enim Eccleſia Dei, & reſp. Chriſtiana doctis viris maximè indiget: iccirco Doctoribus & ſtudioſæ iuuentuti meritò pulcherrima priuilegia conceſſa fuerunt.

Qui XX. annos in famoſa aliqua Vniuerſitate continuò & publicè docuerunt, Illuſtres, Duces, Comiteſue cenſeri, in Academia Romana, Conſtantinopolitana, & Pragenſi recitabitur, & apud Hiſpanos adhuc obſeruari, in Salmanticenſi Academia dicetur, & apud Bap. Villalobos in cõmunibus opinionibus iuris, Menoch. lib. 2 de arbitr. Iud. caſu 68. Neuizanum lib. 5. Syluæ nupt. VVeſenb. conſ. 40. videre eſt.

Doctores & Licentiati tam docentes in ſchola, quàm praxim exercentes, ſunt ab omnibus munerib. publicis & ciuilibus liberi. Anchor. d. cap. cùm de diuerſis de priuileg. in 6. Guido Papæ deciſ. 388. VVeſenb. conſ. 40. gaudentq; priuilegijs militum. Nam reip. glorioſè militant, Benius, Iſtis verò priuilegijs Doctorum gaudent quoque eorum vxores & liberi. Anchor. d. c. Cùm de diuerſis de priuileg. in 6.

Per l. medicos, c. de profeſſ. & medicis, & d. l. ſed & reprobari. Guido Papæ & VVeſenb d. loco. Menochius de arb. Iud. caſ. 379.

Harduigus

Harduigus à Dassel ad cõsuet. reip. Lunenburgen. Doctoratus est dignitas, & summus honor Doctoresque iuris sunt in dignitate constituti Anchoranus proœ.lib.6.fr. Viuius lib.2.com. opin. iur. Quintil. Mandosius ad Cancell. reg. 16. quæst.12. & super signat. gratiæ, de licentia Doctorãdi. Benius priuileg. iurisp.62. Qui Doctorem veritatis contristat, ipsum Deum offẽdit, eidemque illata iniuria in Deum redũdat, can. quicunque contristauerit, 11.q.3

Diuersi Gallorum Reges suis Doctoribus & studiosis ea priuilegia indulserunt, vt ipsi, & eorum nuntij in vrbe, & in telonijs, in itinere, ab omnibus oneribus, contributionibus, impositionibus, collectis, muneribus, gabellis, liberi sint: nec eorum familia, nec bona, ad vsũ ipsorum empta, dummodò id suo iuramento affirment, vel Rector fuerit attestatus, vllatenus grauentur: vina quoque & fructus, quæ ex hæreditatibus suis vel beneficijs acceperunt, liberè, quocunque modo voluerint, minutatim vt loquuntur, vel alio modo vendere, absque aliquo onere liberè permittantur. Nec à quocunque iudice, pro quibuscunque causis ciuilibus aut criminalibus, extrahi vel citari possint. Ipsis verò suos debitores, iniuriatores, molestatores, inquietatores, etiam vltra quinque dietas, coram conseruatoribus suis euocare & citare liceat. Sicut in Parisiensi & Montis Pessulana Academia libro tertio recitabitur.

Qui autem fingunt se Magistros & Doctores esse, cùm non sint, & quæstus causa exercitia,

tia,quæ promotis conueniunt, ſubire audent, pœna falſi tenetur. Anchor.Proœ.lib.6.Mari. Socinus cap. quoniam, de magiſt. Menoch.de arbitr.Iud.caſ.318.320.Benius priuileg. 52.DD. l.eos c.de falſar.Si non exercent,ex arbitrio iudicis puniuntur. Socinus d.loco. Idem eſt de his,qui Doctorum inſignia portant:Anchora. de priuileg. in 6. & clement. de magiſtr.

Iuriſconſultos omnibus alijs profeſſoribus, ſiue illi ius in ſchola tradant,ſiue agendo exerceant,maiores & præſtantiores aſtruit VVeſẽbecius conſ.40.ex Bartol.l.ſi vt proponis, c.de dignit.lib.12.

Iuriſconſulti propriè vocantur Domini, & Doctores Nobiliſsimi,Maria.Socinus c.quanto ext.de magiſtris.Bennius priuilegio 65.Iuriſperitorum

Aliarum artium profeſſores magiſtri appellantur.Sunt enim Iuris Doctores non tantùm Nobiles,ſed alijs nobilibus nobiliores,atque Imperatoris amici. Viuius lib.2.com.opin Iur.Imperator enim & principes debent habere apud ſe Iuriſperitos,l.Iuriſperitos,de excuſat.tut.

Doctor in docendo agendoue induſtrius & diligens,duplicem honorem meretur: contra valde negligentes grauiter peccãt, & ſalarium non accipiunt,D D.l.ſi duas,ff. de excuſat.tut.

Quòd ſalarium diligentibus integrum debetur,tametſi infra completum annum deceſſerint,Bart.& alij l.poſt duos,C.de aduocat.diuerſ.iudic.& l.1.ff.de var.& ext.cognit.

Docto-

Doctores prȩsertim docentes, æternitatem onsequuntur:& qui ad iustitiam erudiunt ho ines, fulgebunt sicut stellȩ in perpetuas æter- tates, ex Danielis vaticinio, Socinus cap. su- er speculo, de magistr.

Priuilegia studiosis concessa maximè com- tunt Doctoribus, Diaz. reg. iur. 213. Pulchrè lynus proœ. decretalium. Doctores magis nt priuilegiati in docẽdo, quod munus per- tuum est, quàm discipuli in discendo, quod temporaneum. Mar. Socinus c. super specu- , de magistr.

Priuilegia inserta Iuri communi, & Iustine- eo codici sunt vniuersalia, & omnibus com- tunt, Harduigus à Dassel ad consuetud. Lu- burgen. reip. Ista verò Vniuersitatũ & col- giorum priuilegia Concilium Tridentinum llaten' labefactare, sed potius cõfirmare vo- t. sess. 5. c. sess. 7. cap. 13. sess. 14. c. 5. sess. 25. c. 7.

Docentibus & studentibus clericis deben- fructus beneficiorum suorũ integrè. Post rios expressos textus Iuris, confirmat Con- ium Tridẽtinũ sess. 5. can. 1. Soc. c. super spe- o, de magistris.

Pater filio suo studenti subuenire tenetur ta qualitatem personæ & facultatum sua- n, Socinus c. quoniam de magistris.

Studentes in studijs approbatis habent munitatem, & ea priuilegia, quæ recẽsen- Authent. habita c. ne filius pro patre, & l. sed eprobari, ff. de excusat. tut.

Collegia,

Collegia, vbi non eſt in loco ſtudium, debent iuniores mittere ad ſtudia literarum: Sicut olim Romani ſuos in Etruriam mittebant, Socinus c. ſuper ſpeculo, de magiſtris.

Quique in approbata Vniuerſitate ſtudent de licentia ſui Prælati, percipiunt fructus beneficiorum ſuorum, qui ſi non ſufficiunt, debet ipſis per collegium prouideri, Socinus c. ſuper ſpeculo, de magiſtris.

Quod etſi quidam de ſolo ſtudio Theologico & iuris canonici intelligere voluerunt: tamen etiam ad ſtudium Iuris ciuilis extẽdũt. Archi. ca. de quibuſdam, diſt. 38. quem refert & ſequitur Anchor. c. cum diuerſis, de priuilegijs in 6. Mar. Socinus c. ſuper ſpeculo de magiſtr.

. Qui per ſaltum promouentur, non gaudẽt priuilegijs promotorũ. Guido deciſ. 388. per gloſſ. & DD. l. nemo, c. de aduocat. diuerſ. iud.

Similiter qui per Bullam vel reſcriptũ Principis gradum acquiſiuerunt, priuilegijs non gaudere, Guido d. 88. & deciſ. 388. per l. Si ita quis. §. fin. ff. de legat. 2. 1. Faber §. reſponſa, inſtitut. de iur. Nat. gent. & ciuili aſſerunt.

Qui per ambitum & incongruo modo gradationes iſtas extorquent, priuilegijs in ſe indignos reddere putant, Anchor. proœ. lib. 6. Felyn. c. clerici de iudic.

Indoctiores autem, qui Doctorelli vocãtur, ſi lauream Doctoralem conſecuti ſunt, ſed nõ docent, nec iuriſprudẽtiam exercent, Doctorum priuilegijs gaudere, ait Mandoſius ad iur. reg.

Digitized by Google

Nec ista priuilegia studiosorum competunt his, qui in locis non priuilegiatis studere volunt, vel qui ascripti non sunt ad matriculam, vel scholas nó intrant, vel in scholis si sint, animum studijs non intendunt, sed ædificant castra in aere, vagantur, otiantur, discurrunt. Socinus & Anchoran. eisdem locis Diaz. reg. Iur. 583. And. Gailius li. 2. Obs. 118. & de Arest. c. 10. vbi addit: Remp. quæ alicui studioso annuum menstruumúe subsidium dare solebat, non teneri quicquam dare his, qui verè non student.

Anchoranus Clement. cùm sit nimis, de Magist. decem priuilegia Doctorum Iuris enumerat: 1. quòd ab omnibus oneribus & muneribus sint liberi. 2. quòd inuiti ad iudicium trahi, vel exhiberi non debeant. 3. quòd habeant iurisdictionem in scholares. 4. Pręsides in literis suis ad doctores vocant illos non fratres, sed patres, alioqui punirentur arbitrariè. 5. ingredientibus in Curiam non negatur accessus, sed admittuntur etiam ad secreta Iudicum. 6. Solius Doctoris testimonio creditur super peritia studiosi. 7. vehiculis vti licet in vrbe pręsente Imperatore, quod alijs non permittitur. 8. quando 20. annos docuerunt, comparantur Ducibus & Comitibus. 9. sunt executores contra exercentes ludos noxios. 10. Interpretationi Doctorum creditur, habeturq; probabilis, si Iuri scripto non repugnet.

Non capiuntur, nec incarcerantur, & cautione iuratoria liberantur Doctores, Benius priuil. Iurisp. 39. Nec luunt in corpore, si non

N habent

habét in ære, Ben. priuil. 50. Nec tenentur vltra quàm possunt, Ben. priuil. 3. & 94. Salaria Doctoribus præstant, qui eligunt & constituunt ipsos. Anch. Clem. Cùm sit Nimis, de Magist.

Vbi extant, inquit, reformatio Ecclesiastica, fundatæ, authoritateque ordinaria probatæ Vniuersitates siue Academiæ, debent destinata præceptoribus & studiosis beneficia, & stipendia, priuilegia item, & immunitates atq; exemptiones à vectigalibus, exactionibus, collationibus, & oneribus publicis, tam discipulis quàm præceptoribus ante omnia tuta conseruari, nec ab vllo hominum, quantauis potestate sit præditus, infirmari, infringi, aut aliò conuerti quàm destinata sunt. Quod si prouisores beneficia huc destinata in alios contulerint, irrita debet haberi & esse collatio: & qui damnum Vniuersitati intulerint, ad satisfactionem compelli.

Priuilegia studiosorum etiam competunt bidellis, vxoribus, nūtijs & ministris, qui sunt appendices studiorum. Anchor. proœ. lib. 6. Bartol. tract. Repres. quæst. 6. Bald. Auth. Habita & proœ. D.

Doctores in fauorabilibus, nō in odiosis studiosorū & scholarium nomine comprehenduntur, Anchor. proœ. lib. 6. Studiosi nihil statuere possunt in præiudicium Doctorum, tanquam superiorum suorum: Doctores autē possunt honesta quęq; constituere, dum modò per ea non grauentur studiosi, vltra antiquam formam, Anchoranus eodem.

PHILOSOPHORVM epitheta.

CAPVT XXIIII.

SEntit Pythagoras, diuidit Socrates, explicat Plato, implicat Aristoteles, Aeschines blanditur, Demosthenes irascitur, vernat Hortensius, moratur Fabius, simulat Crassus, Cæsar dissimulat, Cato suadet, Appius dissuadet, Cicero persuadet, incitat Curio, relata per Io. Neuizanum proœ. Syluæ nupt.

Platoni Atheniensi, diuinæ humanæque Philosophiæ Antistiti; Aristoteli, ob philosophiam ritè exacteque traditam; M. Tullio, ob disciplinarum varietatem, eloquentiæque regnum; Ptolemæo, ob certam astrorũ dimensionem, inductasque orbi terrarũ Lineas; L. Boetio, ob cuius comentationes Latini M. Varronis non desiderant; L. Annæo Senecæ, cuius præceptis animus liberatur perturbationibus, excoliturq; tranquillitas, Homero, cuius poesin, ob diuinam disciplinarum varietatem, omnis ætas admirata est, assecutus nemo; Virgilio, ob illustrata numeris Heroicis Rom. incunabula, imperijq; poeseos diuinitatem; Euclidi, ob comprehensa terræ spatia lineis centroque; Soloni, ob legibus Atheniensibus traditas Ro. tabularum seminario sanctissimo fœd. pos. ex studio bene instituendorũ ciuiũ; Hippocrati, ob salubritatem humano generi datam, breuibusq; comprehẽsam demonstrationibus, bona posteritatis valetudo dicat.

ACADEMIARVM LIBER SECVNDVS,

QVI TAM LITERARVM, quàm bonarum artium inuentionem ante diluuium edisserit: & de orbis infidelis Academijs pertractat.

IVDAEA.

Voniam Iudæi omniũ reliquorum hominum parentes, optimarumque artium vetustissimi Inuentores extiterũt: ab eorum synagogis exordiri placuit. Nam consultus olim respondit Apollo:

Chaldæis quæ vera esset sapientia tantum,
Hebræisq; ipsis concessum cognoscere pura
Æternum qui mente colunt regemq; Deumq;.

Vel vt Iustinus Philosophus & Martyr in Oratione contra gentes refert:

Μοῦνοι χαλδαῖοι σοφίην λάχον, ἠδ' Ἑβραῖοι
Αὐτογένητον ἄνακτα σεβαζόμενοι θεὸν ἁγνῶς.

Hebraicaque lingua cum homine orta, & à Deo instituta est, qua Dei mysteria exponerentur; quare lingua sancta vocatur.

DE LITERIS.

ETsi variæ admodum pugnantesque de literarum Inuentione inter historiarum scriptores opiniones sunt, dum alij Aegyptios, alij Phœnices, nonnulli etiam Græcos earum Inuentores fuisse pertinaciter defendunt: acerrimeq; inuicem insectantur, tamen Iosephus & Eu-

Vide li. 1. c. 19. & 20.

Digitized by Google

& Eusebius ex earum tum appellatione, tum figura Hebræos inuenisse probant. Nam quod Plinius de Assyrijs, Herodotus historiarum pater, & Lucanus poëta de Phœnicibus scriptum reliquerunt, hoc de Iudæis intelligi oportere, Eusebius eleganter verissimeque demonstrauit: quam veteres scriptores Phenicæā appellarunt, atque in Syria semper collocarunt. Porrò has Iudæi diu ante diluuium habuerunt. quemadmodum partim ex libro Enoch, partim etiam duabus illis columnis, de quibus mox disseremus, non obscurè colligitur, & apud B. Augustinum pulchra quidem hac de re disputantur. Quāquam illæ literæ, quibus hodie vtuntur Iudæi, nouæ sunt, ab Esdra post captiuitatem Babylonicam repertæ: hactenus enim eisdem characteribus Hebræi & Samaritani vtebantur, vt author est B. Hieronymus in Prologo Regum. Quarum literarum vsum & potestatem explicat Eusebius lib. 10. cap. 2. Præpar. Euangelicæ. Quemadmodum Græcarum literarum mysteria interpretatur Vincentius li. 4. speculi. cap. 65. Rupertus Tuicensis lib. 3. de victoria Verbi Dei, ca. 5. Primò, inquit, literæ Hebraicæ per Moysen repertæ & Hebræis traditæ sunt. Secundò Græcæ, quas Græcis Cadmus tradidit, quo tempore dux Othoniel filijs Israel præerat. Tertiò loco trium linguarum principalium, iunior Latina lingua literas habere cœpit, quas Carmētis reperit, quo tempore populum Israël iudicabat Lair. Et illæ quidem iuniores Græcæ & latinæ

Ioseph. lib. 1. cōtra Apionē. Eusebi. lib. 1. Præpar. E-uangelicæ. Tertull. Apologet. ca. 19.

Lib. 18. cap. 39. & seq. de Ciu. Dei.

Latinę literæ ob humanas res significandas repertæ, quandoque ad diuinas res significandas gratia Dei sunt admissæ. Primæ autem, id est, Hebraicæ ad significandas res diuinas repertæ vel traditæ sunt. Rursus cap. 22. Quis denique alius, nisi ipse Deus signorum huiusmodi, scilicet literarum author vel inuentor existimabitur? sic namque Moyses ipse testatur: Daboque tibi, ait Dominus, duas tabulas lapideas, legemq; ac mandata quæ scripsi. Legem cùm dicit, subiungendo ac mandata, non vtique cerimoniarum, sed legem decem præceptorum vult intelligi. Et rursus scriptum est: Et reuersus est Moses de monte, portans duas tabulas testimonij in manu scriptas ex vtraque parte, & factas opere Dei. Scriptura quoq; Dei sculpta erat in tabulis, & in Deuteronomio digestis rursus decem mandatis. Hæc, inquit, verba locutus est Dominus, & scripsit ea in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi. Item de tabulis secundis, quas fecit prioribus fractis.

Cumque dolassem, inquit, duas tabulas lapideas instar priorum, ascendi in montem habēs eas in manibus, scripsitque in tabulis iuxta id quod prius scripserat, verba decem. Item in Exodo. Dedit quoque Moysi completis huiusce modi sermonibus in monte duas tabulas testimonij lapideas scriptas digito Dei. Et quidē Græcis Cadmus, quo tempore dux Othoniel filijs Israel præerat: Et Latinis literas tradidit

Carmentis, quo tempore populum Iſrael iudicabat Iair. Sed hoc fieri potuit humana induſtria per initiationem ſcripturæ prioris, & diuini operis, vt iam non eſſet impoſsibile fieri in alia lingua, quod homini per ſemetipſum Deus oſtenderat in vna, ſcilicet Hebraica. Sũt autem literæ apud eoſdem, ſcilicet Hebræos numero viginti duæ, & characteres quidem immutati ſunt, quia certum eſt, Eſdram ſcribam, legisque doctorem poſt captam Ieroſolymam & inſtaurationem templi ſub Zorobabel alias reperiſſe figuras, ſed ſono eodem permanent, quod verò mirum ſi elementorum figuras, quas ipſe Deus tradiderat, per prophetã Eſdram immutari voluit, quẽ ipſum eſſe Malachiam accipimus, qui in ordine duodecim Prophetarum eſt nouiſsimus, cùm ipſas quoq; tabulas, in quibus scriptura Dei literæ ſculptæ fuerant, quas nimirum non Moyſes præcidit, ſed Moyſi ipſe dedit, frangi placuerit, & alias Moyſes ipſe fecerit. Et libri 7. capite vltimo. Literas quoque Eſdras ſiue characteres iſte veteribus commodiores atque faciliores reperit, & conſcriptam legem populo tradens, & tunc ſcriba velox meruit nuncupari, & nunc & in perpetuum ſcriba doctus eſt in regno DEI.

Vſus ſcribendi per notas, peruetuſtus eſt, quãdo Tyro Ciceronis libertus ipſas notas reperiſſe fertur. Vocanturq; illa ſcripta furtiua, quæ artificio quodã fiũt ne legi poſsint ab alio

 niſi

nisi ad quem scripta fuerint. Quo scribédi genere Iul. Cæsar, vtebatur, teste Suetonio, & hodie frequentissimus est. Quia non modò Principes, sed priuati quoq; peculiaribus Notis & zipheris in scribendo vtuntur. De qua materia, pulchra & erudita quædam recenter annotasse video Petrum Gregorium Tholosanum lib.16, de rep.cap.3.& 4. De literis sacerdotalibus & signo crucis, quo Aegyptij vtebātur, narrat Ruffinus in Ecclesiastica historia: Quod inter literas sacerdotales, quas ἱερατικὰς vocabant, vna fuerit, signum Crucis: cuius interpretatio erat, vita æterna. Quod à maioribus accepissent, eam religionem, quam tunc habębant, duraturam donec veniret signum illud, in quo esset vita.

Postquam ergo crucis dominicæ signum prędicabatur Aegyptijs, plurimi ex hac traditione maiorum veram religionem Christianá amplectebantur. Sicut in Aegypto fusius declarabitur.

De Mathematicis disciplinis.

SEth filius Adami author fuit, vt rerum cælestium naturam homines perscrutarentur, & in mirabili illo astrorum cursu inquirédo multum, voluptatis gratia, studij poneret. Qua in re vbi haud parum profecissent, duas diuersitarum materiarum columnas cōstruxerunt, hác ex lateribus, si quę igni, ex lapidibus illam, quæ aquæ resisteret. In vtraque ea, quæ summo labore, & industria inuenerant, ad posteros transmittenda conscripsêre. Prædixerat

De 14 columnis post diluuium, Vincē.l. 4. Ado quoq; in Chron. & Sabelli. Ennead. 1.

rat

rat enim Adamus fore, vt aliquando aqua, aliquando ignis propter hominum peccata omnia prorsus euerterent. Lapidem suo adhuc tempore in Syria perdurasse scribit Iosephus. Latericiam verò diluuio perijsse verisimile est. Deinde Enoch de reb. naturalibus, & Angelorum natura librum conscripsit, cuius authoritatem Iudas Apostolus in epistola sua canonica vsurpat, & hactenus in Regia Aethiopum bibliotheca conseruatur, auto. Guilhelmo Postello. De cuius libri authoritate pulchra quędam apud Tertullianum, Hieronymum, & Augustinum edisseruntur. Post diluuium verò Noê filios suos & diuinarum & humanarũ rerum sciẽtiam docuit, quare Berosus, & quidam Iudæorum Rabini, omnium Gigantum sapientissimum, & Matheseos peritissimum fuisse fatentur, qui per totum annum euentura, vt prognostici nostri etiam conijciunt, prędicere potuerit. Multaq; rerum naturalium, quę à maioribus suis acceperat, mandauit literis, ne res tam necessariæ propter memoriæ imbecillitatem paulatim interirent: præsertim quæ artem Geometricam concernebant, vt sciret quisque in suas orbis partes Colonias deducere. Noachi filius Chamus, maiorem reliquis gloriam paraturus, &, vt Vincẽtius probat, Diuinæ naturæ particeps esse crederetur, optimis artibus ad superstitiones Magicas abuti cœpit. Nec satis ipsi fuit per se huiusmodi turpitudinẽ exercere, verùm etiam in posteros venenum infusurus (ita enim perditi &

Zona. lib. 1. annalium. Iosephus lib. 1. Antiquitat. c. 4. Tertull. de habitu muliebri, Hieron. c. 1. ad Titũ, Aug. li. 18. de ciuit. dei. c. 38 Polid. L. 1. c. 6. 17.

Hæc libro tertio probantur.

Vincent. li. 2. ca. 101.

Perniciosi libri comburuntur.

arrogãtes ferè homines sunt) vt æternam post se memoriam relinqueret, libros, & carmina de Magia,& incantationibus conscripsit. Quæ omnia Ninus Rex, ne qui per imprudentiam maximo reipub. malo imbiberent,prorsus aboleuit. Reliquos autem filios Noë, vt synceriorem Theologiam, Astronomiam, Geometriam,& cæteras artes perfectè discerent, augerent,atque tuerẽtur, diutissimè Dominus Deus viuere permisit. Porrò Musicam,quę Fabio Quintiliano omnium aliarum artiũ propter voluptatem antiquissima putatur, Tubal filius Lamech reperisse creditur. VndèMoses patrem canentium cithara & organo vocat. Sic Noachi posteri optimarum artium doctrinã, Aegyptiorũ sacerdotibus &Gręcorũ philosophis fideliter quasi per manus tradiderũt,quémadmodũEusebius in libris de euangelica præparatione, Iustinus & Tertul.in Apol. contra gẽtes elegãtissimè demõstrant. Abrahã eas auxit & promouit. Multo perfectibus ab Angelis eruditus erat, quam vllus alius Clemẽs lib.1.recognit: Vnde perspicitur,quomodo orbis gubernator Deus, bonas artes ab exordio mundi in Ecclesia sua conseruari voluerit, & quàm temerè in præsens à quibusdam reprehendantur eæ literę,quibus morum,&humanitatis exempla, ipsaque religio hominibus tradita & dispertita sunt, quibusq; sublatis in turpissimos errores prolabi, & in grauissima optimarum rerum ignoratione versari oportet.

Ioseph. li.1. cap.8. Idem testatur Zenor. Euseb. lib.9.c.4. preperat Euangel Vnius Li.2.cõ. opinionum. Iur.op. 318.

Quomodo Noachus in Italiam cæterasq́ue Europæ Prouincias intulerit lib.3. & 4. docetur.

DE

De Iuriſprudentia & ſacris legibus.

EXimius ille Theologus Moſes, cũ quo Deus locut⁹ eſt facie ad faciẽ vt homo amicus cum amico ſolet, primus omnium leges tulit, rectè beateque viuendi normam præſcripſit. Continet enim decem præceptorum doctrina ſummam ſapientiæ diuinæ, & velut compendio quodam complectitur, quicquid legum & cõſtitutionum vſque eſſe poteſt. Quare has leges partim propter vetuſtatem & elegantiam, partim etiam propter certitudinem, & maximum vſum vberrimosque fructus prædicat Rabbi Moſes. Meritoque Iudæi tam ſanctè eas coluerunt, vt quoduis diſcrimen atque ipſam adeò mortem, ſi tempus poſtularet, ſubire, quàm vel vnum verbum contra eas admittere, ne dicam abiurare, mallent authore Ioſepho. Quomodo autem Moſes ad ferendum de religione, & ciuili adminiſtratione leges inductus ſit, & qua ratione in ſcribendo ſit vſus, ſtudioſum lectorem ad librũ I. Euſebij de demonſtratione Euangelica breuitatis gratia remittimus. Vniuerſa autem philoſophia Moſis quadripartita eſſe à viris ſapientiſſimis docetur, quarum prima pars hiſtoriam complectitur, Altera propriè legitima Græcis ἠθικὴ vocatur, quòd de moribus pertractat, Tertia pertinet ad ſacrificia, Quarta θεολογικὴ dicitur Plato magnorum myſteriorum, Ariſtoteles μεταφυσικὰ appellauit vt ſcribit Clemẽs Alexandrinus. Quoties verò pſeudoprophetę eã aut abolere prorſus, aut ſal

tem

tem prauis erroribus peruertere conabantur, misit sacrarum legum author Deus veros Doctores, & Prophetas, qui aduersus malorum hominum petulátiam propugnarent, restituerent, atque tuerentur, Eliam, Helisæum, Esaiam, Ezechielem, &c. Sicut in Ecclesia Christi vtraq; & veteris, & noui testamenti scriptura, à sanctissimis viris, adiutore spiritu sancto, aduersus hęreticorú furoré ita fortiter, & mordicus defensa est, vt nec eam ipsam, nec veram, & orthodoxam eius interpretationem, cóuellere vlla ratione potuerint.

De Synagogis, & earum Præfecto, atq; Professoribus, & institutione iuuentutis.

CVm Moses sacris Iudæorum Rempublicam legibus confirmasset, publica etiam Gymnasia, quæ synagogo dicebantur, introduxit, vbi leges publicè docerentur, earundẽque Professoribus ordinarijs secretiora quædam mysteria reliquit, vt longè rectius atque syncerius quàm vulgò opinantur, interpretari possent. Quæ si fideliter conseruarent maximis præmijs, sin reuelarent grauissimis pœnis afficiebantur: Synagogæ verò præfectum Archisynagogum vocabant. Adrianus Imperator in Epistola ad Seruianum consulem, quæ extat apud Spartianum in vita Saturnini: Nullus, inquit, nunc Alexandriæ Iudæorum Archisynagogus est, Reliqui professores Rabini & Magistri dicebantur, aut etiam Scribę & Legisdoctores, tum quia scriptam legem interpretarentur, tum etiam quia singula eorum verba à quibus-

Hilarius in Psalm. 2. Rabbi Moses Aegyptius lib. 3. c. 5. directoris Galatinus li. 1. c. 1. 2. & seq.

Acto c. 18. apud Lucã & par. t, & Euangelij sui cap. 13.

quibusdam conscriberentur, & de lege interrogati responderent. Beatus Augustinus libro 18. de ciuitate Dei, γράμματ' εἰσαγωγεῖς appellat, quia professionem suam, nisi bellorum tempore impedirentur, diligentissimè curabant. Quare Iosephus lib. 1. contra Appionem: circa educationem, inquit, iuuentutis assiduè laboramus, legum custodiam & traditionem pietatis, vitæ totiús necessarium opus iudicamus. Rursus libro 2. Moses iussit pueros literis erudiri propter leges, & nosse progenitorũ actiones, vt actus eorum imitentur, & cum legibus educati, neq; transgrediãtur, neq; ignorationis cogitationem habere iudicẽtur. Quocirca à discipulis suis liberaliter alebantur, & post mortẽ si periti & vtiles extitissent, maximis honoribus afficiebantur. Quam si ipsorũ partim diligentiam nostri professores, partim gratitudinem discipuli imitarentur: longè aliter, atque nunc experimur in Academijs bonarum artium studia florerent. Verùm vbi Legisdoctores nimium sibi authoritatis vsurparent, & singuli doctiores sanctioresq; reliquis dici & haberi vellẽt, in tres potissimùm sectas diuisi sunt, quorum nonnulli Pharisæi, quidã Sadducæi, reliqui verò Essæi dicebantur, qui cùm nec effrenatam licentiam Sadducęorum, nec Pharisæorum simulationem & hypocrisin ferre possent, peculiares scholas ad lacum Asphaltitem instituere, in quibus præter leges sacras alias quoque liberales artes & profiterẽtur, & exercerent: præsertim eam philosophiæ partem,

Iudæorum tres sectæ.

partem, quæ de vitæ & moribus considerat, proptereaq; Græcis ἠθικὴ vocatur. Sadducæi à Saduc authore, vel potius à iustitia sumpto nomine, Deum quidem atq; liberum hominis arbitrium astruebant: resurrectionem verò carnis, & animorum immortalitaté prorsus euertebant, Epicuri de grege porci, omnis non pietatis solùm, sed humanitatis quoq; expertes. Pharisæi verò à separatione appellati, animorum immortalitatem ita asserebant, vt malorum perpetuò supplicio cruciari, bonorum verò in alia corpora transire docerent. Astrorum cursibus tam superstitiosè affixi, vt præter hominis voluntatem, plæraque in his inferioribus euenire, affirmarent. Qui vt cæteris ferè doctiores & præstantiores erant. Beatus enim Paulus Apostolus suam causam corá Agrippa peroraturus, secundùm certissimam sectam, inquit, nostræ religionis vixi Pharisæus: ita etiam potentiores rempublicam administrasse videntur. Refert enim Iohannes Apostolus, quòd Principes quidam Iudæorum in Christum crediderunt, sed palam profiteri propter Pharisæorum metum non fuerint ausi. Nam etsi de religione singulari pietate, atq; continentia Essæorum mira apud Iosephum, Philonem, & Epiphanium referuntur: tamen ea de Christianis, vel de his qui ex Iudæis Christiani legem seruare volebant, intelligi oportere, grauissimi viri comprobârunt.

Iosephus lib. 2. belli Iudaici.

Act. Apo. c. 26.

Euangelij c. 12.

Duplex verò apud Iudæos fuit dogmatũ genus, quibus eorum Synagoga nitebatur. Quorum

rum alterum lex scripta, alterum lex nō scripta, siue traditio vocabat. Traditionē nihil aliud esse aiunt, quā ipsius legis scriptæ explanationem, quam Moysi vnà cum lege traditam fuisse affirmant.

Ipsa autem legis explanatio ad duplicem finem tēdit, sensum scilicet literalem, & spiritualem siue mysticum: quorum neutrum Moysen scripsisse, sed vtrumque verbo tradidisse affirmant. Eamque Moysen de Sina acceptam Iehosuę tradiderit, ille Phinees nepoti, hic Heli Sacerdoti, Heli Samueli, Samuel Dauid Regi, Dauid Achiæ prophetę, Achias Elię, Elias Elisęo, Elisęus Ioadæ Pōtifici, Ioadas Sachariæ prophetæ, Sacharias Hoseæ, Hoseas Hamos, Hamos Esaiæ, Esaias Micheæ, Micheas Ioëli, Ioël Nahim, Nahim Habicuc, Habicuc Sephoniæ, Sephonias Ieremiæ, Ieremias Baruch scribæ, Baruch autem Esdræ Sacerdoti & scribæ.

Post Babylonicam verò captiuitatem ipso Esdra legem, quæ in vrbis Hierosolymæ, templique euersione combusta fuerat, rescribente: cæteri sapientes ipsius legis expositionem scribere cœperunt. Ne si fortè aliud eiusdem vrbis excidium fore contingeret, in quo sapientes omnes perituri essent, vnà cum eis & ipsa legis explanatio periret. Quo profectò factum est, vt omnes illi sapientes, quos à Babylonica transmigratione vsque ad primam Talmudici codicis scriptio-

ſcriptionem eſſe contigit,(Qui & in ipſis pirke auoth, id eſt; capitulis patrum, viri magnæ Synagogæ appellantur) legemq́; docuiſſe conſtat, verbo pariter & ſcripto eiuſdem legis expoſitionē auditoribus ſuis tradiderint. Quorum tanta eſt apud Iudæos authoritas, vt eorum ſcripta, ex quibus poſtmodum confectus eſt Talmud, primum poſt Prophetas locum obtineant. Neque tamen immeritò, cum eorū doctrina à prophetis ipſis, quorum ipſi & diſcipuli & ſucceſſores fuerunt, eis immediatè tradita fuerit. Quare neque mirum eſt, ſi ex ipſis ij, qui Chriſti præceſſerunt aduentum, legem Prophetasque exponentes, infinita penè ac admodum mira de Chriſto, deque Chriſtianę fidei veritatibus ſcripto tradiderint, quę omnia Talmudicis libris ſparſim inſeruntur. Huius verò legis profeſſores in Academia Iudæorum ex ordine fuerunt. Eſdras legis Doctor, ipſius legis expoſitionem Symoni Pontifici, qui Iaddus cognominatus eſt, quemque Alexander Magnus Hieroſolymis venerabatur, tradidit. Is Antigono, Antigonus Ioſepho Ianonis filio, & Ioſepho Iohezeris filio. Hi Nitæo, & Iehoſuæ filio Perahio. Illi Iudæ filio Tibæi, & Symoni Satæ. Hi Semaiæ, & Abatalioni, Illi Helli, & Samæo. Hi Ioanni Sachæi filio, & Symoni iuſto. Nam in Capitulis patrum poſtremus omnium Symeon iuſtus, qui Chriſtum in vlnis ſuſcepit, collocatur. In quo Iudaicæ Academiæ ſceptrum defecit. Rabbi tamen Moſes Aegyptius, Simeonem hunc,

Gema-

Digitized by Google

Gamalielem illum legis Doctorem auditorẽ habuisse dicit, ad cuius pedes Paulus Apostolus legem didicit, quique pro sua prudentia & doctrinæ veræ sapientia in Concilio Apostolos Christi, nouam legem annuntiãtes, dimittendos esse persuadebat.

Hi ergo, qui post Esdram Iudaicæ Academiæ præfuerunt, & plures alij ex eorum auditoribus, multa erudita de legis Mosaicę explanatione scriptis reliquerunt, ex quibus tãdem Talmud liber confectus est. Pręcipui verò ante Christi aduentum legem atque Prophetas enucleantes, futuri Mesiæ arcana scriptis referârunt; Septuaginta Interpretes, Iehosuas, Syrach, & plures alij.

Ante Christi ortum anno 160. Aristobolus Peripateticæ sectæ Philosophus, cùm Iudæus natus esset, Ptolemæi Philometoris hortatu, in Moysen commentarios scripsit, vbi multa de Mesia pulchrè disseruit. Rabbi Simeon dicta in Talmudicis voluminibus frequentius occurrunt. Et in libro de Inuestigatione secretorum, multa arcana de Mesia retexit. In ijs autem, quæ in Cabalistica facultate (cuius præ cæteris principatum meruit) scripto edidit, inter cætera diuinitatis arcana, diuinæ Trinitatis mysterium distinctè & clarè insinuat, sæpenumerò Patrem, Filium, & Spiritum sanctum expresè nominans. Post quem Rabbenus Haccados, qui Latinè Doctor noster sanctus interpretatur, librum scripsit, quem Galerazeya, id est, reuelatorem secretorum nun-

O cupauit,

scriptionem esse contigit, (Qui & in ipsis pirke auoth, id est, capitulis patrum, viri magnæ Synagogæ appellantur) legemq; docuisse constat, verbo pariter & scripto eiusdem legis expositioné auditoribus suis tradiderint. Quorum tanta est apud Iudæos authoritas, vt eorum scripta, ex quibus postmodum confectus est Talmud, primum post Prophetas locum obtineant. Neque tamen immeritò, cum eorũ doctrina à prophetis ipsis, quorum ipsi & discipuli & successores fuerunt, eis immediatè tradita fuerit. Quare neque mirum est, si ex ipsis ij, qui Christi præcesserunt aduentum, legem Prophetasque exponentes, infinita penè ac admodum mira de Christo, deque Christianę fidei veritatibus scripto tradiderint, quę omnia Talmudicis libris sparsim inseruntur. Huius verò legis professores in Academia Iudæorum ex ordine fuerunt. Esdras legis Doctor, ipsius legis expositionem Symoni Pontifici, qui Iaddus cognominatus est, quemque Alexander Magnus Hierosolymis venerabatur, tradidit. Is Antigono, Antigonus Iosepho Ianonis filio, & Iosepho Iohezeris filio. Hi Nitæo, & Iehosuæ filio Perahio. Illi Iudæ filio Tibæi, & Symoni Satæ. Hi Semaiæ, & Abatalioni, Illi Helli, & Samæo. Hi Ioanni Sachæi filio, & Symoni iusto. Nam in Capitulis patrum postremus omnium Symeon iustus, qui Christum in vlnis suscepit, collocatur. In quo Iudaicæ Academiæ sceptrum defecit. Rabbi tamen Moses Aegyptius, Simeonem hunc, Gema-

Gamalielem illum legis Doctorem auditorē habuisse dicit, ad cuius pedes Paulus Apostolus legem didicit, quique pro sua prudentia & doctrinæ veræ sapientia in Concilio Apostolos Christi, nouam legem annuntiātes, dimittendos esse persuadebat.

Hi ergo, qui post Esdram Iudaicæ Academiæ præfuerunt, & plures alij ex eorum auditoribus, multa erudita de legis Mosaicę explanatione scriptis reliquerunt, ex quibus tādem Talmud liber confectus est. Pręcipui verò ante Christi aduentum legem atque Prophetas enucleantes, futuri Mesiæ arcana scriptis reserārunt; Septuaginta Interpretes, Iehosuas, Syrach, & plures alij.

Ante Christi ortum anno 160. Aristobolus Peripateticæ sectæ Philosophus, cūm Iudæus natus esset, Ptolemæi Philometoris hortatu, in Moysen commentarios scripsit, vbi multa de Mesia pulchrè disseruit. Rabbi Simeon dicta in Talmudicis voluminibus frequentius occurrunt. Et in libro de Inuestigatione secretorum, multa arcana de Mesia retexit. In autem, quæ in Cabalistica facultate (cuius æ cæteris principatum meruit) scripto edi-, inter cætera diuinitatis arcana, diuinæ Tri-atis mysterium distinctè & clarè insinuat, enumerò Patrem, Filium, & Spiritum sanm expresè nominans. Post quem Rabbe-Haccados, qui Latinè Doctor noster saninterpretatur, librum scripsit, quem Ga-zeya, id est, reuelatorem secretorum nun-

O cupauit,

cupauit;qui certè non ab reDoctor sanctus dictus est,cùm spiritu sancto afflatus,ita planè eo in libro cuncta Domini nostri Iesu Christi mysteria aperuerit, vt non futura prædixisse, sed res gestas tanquam Euangelista narrasse, videatur. Quem paulò post Rabbi Nehumias Haccanæ filius secutus, non ea tantùm, quæ à Prophetis de Mesia occultè tradita fuerant, lympidisimè patefecit, verùm etiam se ab eius aduentu per quinquaginta tantùm annos procul esse asseruit. Vnde Haccanæ filio suo, quem Mesiam ipsum visurum & sperabat,& gaudebat, vt eum de Mesiæ mysterijs certiorem faceret, epistolã scripsit, quam Iggheret hassadoth, id est, Epistolam secretorũ appellari voluit. Per idem fermè tempus (anno s. ante Christi natalem circiter secundo & quadragesimo) Ionathas Vzielis filius, Hillelisq; auditor, atque Simeonis iusti, qui Christum infantulum suscepit in brachijs, condiscipulus, totum vetus Instrumẽtum, in Chaldæam vertit linguam, atque exposuit, ita sensum è sensu traducens, & ita obscurisima quæque exponens vocabula: vt quæcũq; de Mesia dubia,& latẽter scripta erant, certa atq; clarisima reddiderit: adeò vt eius editio non tam interpretatio, quàm glossa atq; expositio videatur, quã Hebræi Targum, id est translationem nuncupant. Tantæque apud eos est authoritatis, vt non solùm ei contradicere nemo audeat, sed non minus quoque fidei, quàm ipsi textui passim omnes eidem adhibeant: tum ob viri sanctitatem

ctitatem, acperitiam, tum maximè ob ipsius interpretationis expositionisque veritatem. Ideo quotiescunque aliquid ambiguum, aut difficile intellectu, in textu sacrorum librorũ inueniunt, semper ad eandem translationem, atq; enucleationem recurrunt. Vnde de eodẽ Ionatha (vt in bauabathra legitur) dixerunt Magistri, quod in hora, qua eidem editioni & expositioni vacabat, si musca aut quodcunq; volatile super eum, vel super chartam volasset, ilicò absque vlla eius aut chartæ læsione, cælitus exurebatur.

Præcipui quoque Iudæorum post Christũ passum iuxta verum sensum prophetias de Christo loquentes rectè enucleare videntur. Nõnulli de ipso Domino Iesu, deq; Christianis bene senserũt, & tam ipsum Christũ, quàm illius sectatores non modò cõfitentur, sed miris laudibus ornant. præcipuè autem Philo, ex sacerdotali genere progenitus, & Iosephus Matathiæ filius. Quorum apud Iudæos magna est authoritas.

Et Philo, cùm gentis suæ legatus, ad Caium Caligulam Imp. Romã venisset, familiariter cum Petro conuersatus est, omninoq; Iudæi post elucescentem veritatem Euãgelij, & post Christi resurrectionem, in triplex genus diuisi fuerunt. Quidam enim videntes Prophetarũ dicta in eo consummata, & fide & opere illi adhæserunt, vt Gamaliel ille senex fecit, cuius dicta apud Talmudistas maximæ sunt authoritatis. Quod & alij penè infiniti fecerunt, non

de nobilioribus atque sapientioribus. Nam vt in actibus Apostolicis scribitur: Maxima pars sacerdotum obtemperabat, fidei Et horum nõnulli multa de Christo miranda scripserũt. Quorum opuscula aliqua adhuc extant apud Iudæos: quamuis ea, ne ad manus nostras perueniant, pro viribus occulere nitentur. Et inter cætera sunt ea, quæ literis mandauit Rabbi ille Haccanas Nehumiæ filius, qui cùm omnia Redẽptoris nostri gesta, ac miracula, prout oculis viderat, scripsisset, sic denique dixit: Ego Haccanas sum vnus ex illis, qui credunt in eũ, & ablui me aquis sanctis, in eiusque vijs rectis incedo. Quidam verò eorum credebant quidem ipsum Dominum Iesum fuisse Messiam illum, de quo Prophetæ locuti fuerant: Mosaicas tamen obseruantias deserere nolebant. Hi fide tantùm, & non opere Christo adhęserunt. Quia Christum quidem confitebantur, in Iudaismo tamen perseuerabant. Qualis (vt arbitror) Iosephus fuit, ac alij ferè innumeri. De quibus actuum Apostolorum liber meminit, XV. & XXI. cap. vbi sic dicitur: Vides frater quot millia sunt in Iudæis, qui crediderunt, & omnes æmulatores sunt legis. In hoc tamen maximè errabant. Omnes namque veteris legis cæremonias, cùm Christi gestorumq; eius figuræ extiterint, in ipso omnino finem habuisse clarum est. Horum etiam quàm plurimi & vera nonnulla de Christo scripserũt, & prophetias in multis rectè exposuerunt. Alij denique Iudæorum, nec fide, nec opere Christo adhære-

Google

dhærere volentes, in perfidia sibi pertinaciter
ermanendum, tanquam cæci elegerunt. Qui
eque tamen veritatem (vide quanta verita-
s sit vis) omnino negare valuerunt. Nam le-
em Prophetasque explanantes, sola veritate
ompulsi, ipsam in multis penitus tacere ne-
uiuerunt. Quod absque diuina dispositione
ctum fuisse, putandum non est. Vt contra
ritatis inimicos, eamq; negantes ab eisdem
sius veritatis testimonia haberemus. Nec ta-
en id veritati præiudicat, quia ipsi non cre-
derunt: sed plus testimonio addit, quia nec
creduli, & inuiti ipsam negauerint. Ex ho-
m quoque dictis atque scripturis, cætero- *Talmud liber, vnde confectus sit.*
nque omnium, qui post Babylonicam cap-
itatem scriptis aliquid tradiderũt, Talmu-
us codex, congestus est, atque compactus.
quẽ, & quo tempore codex iste cõscriptus *L.1.c.5.*
idem Galatinus his verbis commemorat.
nno à templi secundo incendio cxx. Rab-
udas, Simonis filius, quẽ ob doctrinæ pro-
tisque excellentiam sanctum vocant, to-
Iudaicæ sapientum Synodi decreto, legis,
ohetarumq; explanationes, ac scripta om-
quæ cæteri Doctores tam ante, quam post
isti aduentũ, eatenus scripserant, in vnum
plexus est volumen, quod Misna, id est,
tam lectionem nuncupauit. Anno verò
usdem templi vastatione circiter ccc.
bi Iohanam assumptis sibi collegis Rab
muele, ipsum Misna, & quæcunque alia
ta habere potuit, in vnum colligens, Tal-

Digitized by Google

mud Hierosolymitanum confecit. Anno deniq; CCCCXXXVI. R. asse vna cum Rabina, omnes superiorum scripturas in vnum redigens, ipsum quo nunc tota Iudæorum regitur Synagoga, Babylonium contexuit Talmud. Quem tamen morte præuentus, perficere nequiuit. Mor autem eius filius, vnà cum Maremar operi complementum dedit. Est autem Talmud id quod doctrina, siue disciplinatio, commētaria priora omnia, ac statuta, & quasdam temporum historias complectens, opus profectò tam diuina ac naturali, quàm politica ac legali sapientia vndique plenum.

Talmud verò ipsum in sex precipuè partes diuiditur. Quarum prima, ordo seminum dicitur, & vndecim libris absoluitur, deque benedictionibus, & gratijs Deo agendis, deque orationibus & laudibus diuinis, segetibus, frugibus, & decimarum generibus, placentis & arborum clausura pertractat.

Secunda, ordo festorum, 12. libros complectitur, de Sabbatho, & quid in eo facere liceat, quid non, de Paschate, de sacrificijs, & siclis agit.

Tertia, ordo mulierum, septem continet libros, & de coniugijs, de dote, de voto Nazarenorum, de repudij libello, & Sponsalijs tractat.

Quarta, ordo damnorum, in septem diuisa libros, de damnis, quæ tam ab hominib⁹ quàm à brutis fieri solent, de litibus, vsuris, locationibus,

Digitized by Google

nibus, emptionibus, contractibus, & Iudicijs, atque sententijs, tradit.

Quinta, ordo sanctificationum, vndecim libros continet, de loco, tempore, & modo sacrificiorum, de animarum statu, & perditione n futuro seculo, differit.

Sexta, ordo purificationum, 12, complectiur libros, de purificatione vasorum, vestium; lomorum, plagarum, corporum, bestiarum, quarum, tamque virorum quàm mulierum urificatione, & manuum ablutione, ante saificium. Totius igitur Talmud (vt ex præuissis constat) partes quidem primordiales int sex, libri verò sexaginta, capita auté quinnta, triginta duo. In quibus multæ, ac penè finitæ sparsim inueniuntur ghemeroth, id t, traditiones inclusæ, seu conclusiones derminatæ, innumerabilia ferè de Messia, ac ostræ fidei admodum consentanea, arcana ntinentes, per multa annorum curricula, ngè antequam Talmud confectus esset, à pris Iudæorum traditæ atque conscriptæ. Nam t ferè in ipso Talmud contingit, aliquam eriri ghemara, id est, traditionem, seu consionem, ab antiquis illis patribus traditam, nclusam, ac determinatam, quæ aliquid Calicæ veritatis arcanum, aut explicitè & atè, aut implicitè, & per figuras non expri-
:.

n interpretando autem, Talmudistæ retiores Rabini, vt veritatem effugiant, non literalem legis corticé & historicum sen- *Forma doctrinæ Rabinorum.*

 sum

ſum diuinorum eloquiorum amplectuntur; quando veteres Caballiſtæ Anagogicum, ſpiritualem,& myſticum ſenſum inquirere ſolebant. Et literalem ſenſum rem paruam appellabant, & candelæ comparabant: myſticum verò rem magnam, legisq; certitudinem vocabant, & margaritæ in obſcuris ædibus latenti, quæ tandem per candelam, id eſt, literalem ſenſum, inuenitur, aſsimulabant. Facultatem hãc, quam Cabalam vocant, priſcis temporibus nefas erat cuiquam niſi eruditiſsimo, ſenioque confecto tradi. Quamobrem neq; vllam eius partem ſcripturæ mandare licebat, ſed ore tantùm tradebantur, ideoq; receptio vel traditio vocabatur. Quo fit, vt paucisſimi rectam eius intelligentiam capere valeant, vel ſaltem in corde ſuo retinent. Ne propter ſanctam diuinarum perſonarũ Trinitatem, aliaque Catholicę veritatis myſteria ibi refulgentia, Iudæi inde offendantur. Quocirca mirum non eſt, ſi nomen hoc Cabala ſiue facultas eo nomine deſignata, rarò apud ſanctos Patres, & Eccleſiæ Doctores reperiatur. Ex iunioribus tamen quidã viri eruditi, Hebraicam linguam callentes, ſolerti ingenio,& induſtria præſtantes, de huius ſcientiæ excellentia, & vtilitate multa perueſtigauerunt.

Cabala quid ſit, & cur veteres non meminerint.

Ioannes Picus Mirandulanus, Paulus Iſraelita, Auguſtinus, Iuſtinianus Nebienſis Epiſcopus, Capino, Io. Reuchlin, Aegidius Viterbienſis, & poſt illos Accuratius Galatinus, ad Leonem decimum Pontificem Maximum, & Maxi-

Maximilianum primum Rom. Imperat.

Christianis Talmud Iudæorum legẽdum, vel recipiendum nõ esse, graues & eruditi viri putauerunt: quòd in eo multæ falsitates, & absurditates, multaque mendacia, calumniæ, & blasphemię in Christum, & religionem Christianam contineantur. Galatinus tamen illius lectionem viris cordatis & prudentibus non modò licitam, sed necessariam esse affirmat, si cum maturo iudicio fiat. *Lib. 1.ca.7.*

Talmud Christianis est vtile.

Quod plurima in eo inueniantur, quę miro & incredibili modo recentiores Iudæorũ, qui obstinati sunt, confundant & destruant. Quo fit vt ob id respuenda non sint, quòd apud tam perfidos reperiātur. Sicut nemo, nisi omnino mente captus, legem ac Prophetas, eo quòd apud eos inuenerit, contemnet: aut lapillum pretiosum, quod in draconis vel bufonis capite inuentus fuerit, despiciet. Maximè cùm nihil ad confutandam Iudæorum impudentiã, tam validum, nihil ad conuincendam eorum nequitiam tam efficax, inueniri posśit. Iucundumque sit de manibus hostium gladium arripere, & caput infidelium, aut exemplo Dauidis mucrone proprio abscindere, aut instar Iudith ipsorum pugione amputare. Quapropter diuina prouidentia factum, vt Clemens V. in Concilio Viennensi institueret, Talmudicos Iudęorum libros per fideles Hebraicã linguam callentes, in Latinum sermonẽ traducendos, & Christianis legendos, atq; in Academijs celebrioribus profitendos esse. Quæ

non tam de traducendis Biblijs intelligenda videntur, quàm toties traducta, & nõ tam Iudæorum sint, quam nostra, sed de alijs Iudæorum libris accipienda, & præcipuè de Talmudicis, in quibus tot Catholicæ veritates continentur. Nec tamen omnia, quæ in Talmudicis sunt, sed bona tantùm recipienda sunt. Neque ideo ea recipimus, quòd ibi sunt, sed quia vera sunt, & præsertim vbi sacræ Scripturæ deprauationes verè castigantur. Nam ex Talmudicis traditionib⁹ sacræ scripturę deprauationes rectè corrigi, & ob hanc quoq; causam Christianis vtiles existere, pluribus verbis & argumẽtis demõstrat, ca. 8. Tribus autẽ ferè modis Scripturam sacram deprauarunt Iudęi. Primò per mutationem literarum, deinde retentis quidem literis, sed aliter quàm scriptura naturaliter exigebat, punctare præsumpserunt. Hebræi enim cùm vocales non habeant, sed quibusdam punctis loco vocalium vtantur: ex illa punctorum variatione longè aliter, quàm scriptum erat, facile legitur, & sensus longè diuersus efficitur.

Nec enim Moses, nec aliquis ex Prophetis, nec Esdras, legem punctauit: nam Iudæi legẽ, quam in Synagogis cum veneratione tenent, sine punctis scriptam habent: sed posteriores Rabini literis sacris puncta apposuerunt. Tertius modus, quo Scripturam sacram viciarũt, est, quod Moses & Prophetæ scripserunt, ipsi in textu dimittentes, aliud in margine foris posuerunt, quòd carè, id est, legendum vocant,

Digitized by Google

cant, & quod intus in textu eſt, Cathes, id eſt, ſcribendum, appellant. Ideoque Talmudiſtas recentiores, qui Chriſti aduentum longius ſecuti ſunt, per antiquiores, qui Chriſtum præceſſerunt, erroris conuinci. Quando recentiores, vt legis & Prophetarum de Meſsia, & Catholica veritate teſtimonia peruerterent, & aduerſus Chriſtianum dogma detorquerent, ea contra veterum Talmudiſtarum ſẽtẽtias, corrumpere ſtuduerint. Quærentiq; Capnioni: Cur D. Hieronymus Hebraicarum literarum ſtudioſiſsimus iſtas deprauationes nõ deprehenderit, reſpondet Galatinus: Id tibi nequaquam mirũ videri debet, cùm hæ quidem deprauationes, non niſi per Talmudiſtarum traditiones, in Talmud, antedictiſque codicibus contentas, deprehendi queãt; quæ ad Hieronymi notitiam nunquam deuenerunt. Vt facilè ex verbis eius elici poteſt. Ipſe enim ad Oceanum ſcribens: Labore, inquit, pretij Saraniam Iudæum nocturnum habui præceptorem. Timebat enim Iudæos, & exhibebat ſe mihi alterum Nicodemum. Quemadmodum igitur Iudaicorum magiſtrorum penuriam habuit, ita fortè & librorũ, & præſertim ipſius Talmud, quem Iudæi propter Meſsiæ arcana, fidei noſtræ conſentanea, in eo contenta, pro viribus occultare nitebantur. Quare mirandum minimè eſt, ſi iſta non inuenerit. Nam ſi inueniſſet, ſilentio præteriri tam grandia fidei noſtræ myſteria nefas profectò cenſuiſſet, ac veritatem, quam Moſes cæterique Prophetæ Cap. 8.

in

in ante dictis locis posuerant, rectè trāstulisset. Quomodo contra Iudæos per ipsorum scripturas procedendum sit, vt latentia in Talmudicis eorum libris arcana mysteria detegi atq; erui queāt, per omnes ferè religionis Christianæ articulos copiosè & eleganter 12. libris demonstrat.

Ioannes quoq; Reuchlin libro 1. de arte cabalistica ad Leonem 10. à Iudęis Cabalistis in Aegypto secretiorem & sublimiorem doctrinā (qua cæteris pręcelluerunt) Pythagoram atq; Platonē hausisse affirmat, & Pythagoræ symbola sic interpretatur, vt cum vera Iudæorum sapientia consentire videantur.

DE IVDICIIS VETERVM IVdaeorum, & de Iudicibus, atq; Scribis.

Galatinus lib. 4. de arcanis Catholicæ veritatis, cap. 5. Quemadmodum, inquit, 11. cap. Num. tempore Mosis, Dei iussu, 700. Seniores, ætate prouecti, ac scientia probati, delecti fuerunt, qui ipsius Mosis in populi regimine coadiutores essent, ad quos, & omnes legis ac fidei difficultates, seu dubia declarare, ac definire, & in rebus grauibus, atque causis arduis iudicare pertinebat. De quibus illud Deut. 17. c. scriptum intelligitur: Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, inter sanguinem & sanguinem, crimen & crimen. Et post pauca, Surge, inquit, & ascende ad locum, quē elegit Dominus, & sequaris sententiam eorū, nec declinabis ad dexteram, nec ad sinistram.
Hi

Google

Hi autem Sanhedrin vocabantur, quos nos
ıdices ordinarios appellare possumus. Dice-
ıntur quoq; Mehokekim, id est, Scribæ, siue
gumlatores, eo quod quicquid tradebant, &
ribebant, tanquã lex ab alijs haberetur. Quo-
m collegium sceptrum datum à Spiritu san-
ɔper Iacob Domui Iudæ repræsentabat, &
ipsis sceptrum ipsum pendebat. Quare non
um sub Regibus & Ducibus residentes, iu-
:andi potestatem exercebant: verùm nullo
ım Rege, aut Duce in Iudæis existente, eo-
n nihilominus adhuc durabat authoritas.
quorum qualitate in libro Sanhedrin in
ite Dine mamanoth, id est, iudicia anima-
ı, sic legitur: Dixit Rabbi Iohanan, Non e-
t constituentes in Sanhedrin nisi Dominos
entiæ, staturæ, & apparentiæ, ac senectutis,
'ominos incantationum, nec non & scien-
o. linguas, ne oporteret eos interpretes a-
audire. vbi glossa R. Selomonis sic ait: Sta-
& apparentia in eis requirebatur, vt in re-
tia haberentur. Quod autem essent incan-
num Domini, ideo exigebatur, vt incan-
'es & maleficos in suis maleficijs, & incan-
nibus confidentes conuincerent, & occi-
ıt. Hæc R. Selomo. De eorum autem iu- *Modus &*
di potestate, & modo, in libro Sanhedrin *forma iudi-*
lonico in cap. Arba mithoth, id est, qua- *cij.*
nortes, sic habet: Quatuor mortes, id est,
ıor occidendi modi traditi sunt Domui
j, id est ipsis Sãhedrin, videlicet: Lapida-
ıburere, occidere, & strangulare. Dixit
R. Akiba.

R. Akiba. Vnde habebãt Sanhedrin, ꝙ quando interfecissent animã, id est, cum aliquem occidendũ iudicassent, tota die illa nihil gustarent. Inde vbi dictũ est: Nõ comedetis super sanguinem: Legitur quoq; in libro Sanhedrin in ea. Dinemamonoth, id est, Iudicia diuitiarum. Quod iudicia diuitiarum siue pecuniarum & bonorum mobilium, per tres Iudices fiebant. Iudicia verò animarum per viginti tres. Hoc est viginti tres de 70. Iudicibus ordinarijs, & non pauciores poterant hominẽ mortis reum, siue morti obnoxium iudicare. Non erant autem Iudicantes tribum, vel sceptrum, neque Pseudoprophetam, neque Sacerdotem magnum, nisi domus iudicij 71. Iudicum. Nec erãt egredientes ad licitum bellum, nisi secundum os domus iudicij 71. Iudicum. Nec addebant ciuitati, nec salarijs templi, nisi per os domus iudicij 71. Iudicũ. Nec faciebant Sanhedrioth, id est, conuentus Iudicum ordinariorum tribubus, nisi per domum iudicij 71. Iudicum. Quod per manuum impositionem in tribum fiebat, vt dicit R. Ismael. R. viro Iudas dixit, quòd quinque erãt necessarij in manuum impositione. Lupus autem, & Leo, Vrsus, Pardus, & Serpens per viginti tres Iudices interficiendi erant. Collegium quoque magnum, quod Sanhedreghedola, dicebatur, 71. Iudicum erat: minus verò viginti trium; vnde habetur quod concilium magnum Sanhedrin erat 71. Iudicum: ex eo quod dictum est Num. 11. cap. Congrega mihi 70. viros de Senioribus Israel.

Iudicum tribus.

Moses.

Ioses autem fuit super eos. Sic ergo fuerũt 71.
'ucusque Talmud. Vnde habetur argumen-
:m, quod tota domus iudicij 71. Iudicum ad
dicandum Christũ simul conuenit, eo quod,
dictum est, non iudicabat tribum, neque
:ptrum, neq; Pseudoprophetam, neq; Sa-
rdotem magnum, nisi domus iudicij 71. Iu-
:um. Est autem sciendum, quòd minor ipso-
n Sanhedrin conuentus non poterat, nisi à
maiorum conuentu ordinari, vt ibidem
itur: Ipsi nanque 70. Iudices ordinabant
›rum Iudicum conuentus, qui in alijs ciui-
bus & locis circumquaque populum rege-
t. Hac tamen conditione, vt vnusquisque,
ıscunque regionis conuentus, magno ma-
ım conuentui in Hierusalem, & in loco
ith vocato, existenti, subesset. In eodem
que libro Sanhedrin, in cap. Veelluhen, id
Et isti sunt, sic ad verbum dicitur: Tradi-
st, R. Iose dixisse, quòd in principio non
controuersia in Israel, sed domus iudicij.
'nius Iudicum sedes erat, in consistorio
th, id est, dolato. Et aliæ domus Iudicij
diuersis locis sedentes erant. vna enim
n sedebat in porta montis domus, id est,
li: altera verò in porta atrij. Reliquæ
n domus iudiciorum 23. Iudicum, seden-
'ant in singulis ciuitatibus Israel. Cùm
aliquid quærendum, à domo iudicij, quę
ı ciuitate propria, quærebatur. Si audie-
dicebant: sin autem; ad illum ordinem
bant, qui in propinquiori ciuitate erant.
Qui

Sedes & loca, & ordo Iudiciorum.

Qui si audiebant, dicebant eis. Sin autem: ad illum ordinem ibant, qui in porta montis domus Domini erant. Dicebantque: Sic exposui. & sic socij mei exposuerunt. Sic docui, & sic socij mei docuerunt. Qui si audiebant, dicebant eis. Sin autem: ad eum ordinem veniebant, qui in porta atrij domus Domini erat. Dicebantque, sic exposui, & sic socij mei exposuerunt. Sic docui, & sic socij mei docuerunt. Qui si audiebant, dicebant eis. Sin autem; & isti & illi ibant ad consistorium Gazit, id est, dolatum, vel politum, in quo Sanhedrin à mane vsque ad vesperam sedentes erant. In sabbathis autem & diebus solennibus in muro sedebant. Ex quo verò multiplicati sunt discipuli Sammai & Hillel, qui non ministrauerũt, vt expediebat, creuerunt schismata in Israel, & lex facta est, sicut duæ leges. Tandem à tribus Herodibus Iudæorum regia, & iudiciaria potestas, & Christiana lux, persecutionem passa est. Nam primus Herodes Antipatri filius, quique Ascalonita dicebatur, sub quo Christus natus est, infantes interemit. Secundus primi filius Antipater cognominatus, & Archelai frater, Ioannem decollauit, & eius tempore Christus passus est. Tertius, secundi filius, alienigena, regnum Iudęorum dolo obtinuit, & omnes ex sanguine regio prognatos, omnesque Iudices & sapientes atq; magistros Iudæorũ interemit, vt Iudæis omnem spem & modum recuperandi Regnum adimeret. Vnde Iudæi aduentũ Mesiæ meritò agnosce-re po-

Herodes tres.

e potuerunt. Cùm tam regiam quàm Iudicia-
iam poteſtatem ablatam, & alienigenam reg-
are viderent.

HIEROSOLYMITANA SYnagoga

DE Hieroſolymæ origine ſitu, flore, ruinaque & excidio, nihil hîc attinet dicere.

Poſt excidium Iudęorum Aelius Adrianus
nperator ruinas & ſaxa murorum ex funda-
entis erui, & in minutiſſimas partes confrin-
& diſsipari mandauit. Ne iuxta Chriſti vati-
nium, maneret lapis ſuper lapidem. Vrbe ve
ri in cinerem puluerem que conuerſa, & no-
ine illius deleto, nouam vrbem Adrianus,
n in priore, ſed alio vicino tamen loco, cir-
Chriſti ſepulchrum ad montes Gihon &
olgatha, vbi Chriſtus crucifixus eſt, ædifica-
, eamque de ſuo nomine Aeliam appellauit.
loco prioris templi, equeſtrem ſtatuam e-
cit, ſui videlicet imaginem ſtantem in colú-
marmorea. Quę S. Hieronymi temporibus
adringentis annis poſt Chriſti natiuitatem
uc conſpecta eſt. Porcorum etiam imagi-
marmoribus inciſas, in Iudæorum ludibri
ſupra portas Aeliæ cõſtituit. Omnibuſque
æis ingreſſum in hanc nouam vrbem ſub
e & capitis periculo in perpetuum interdi-
Chriſtianis cæteriſque omnibus gentibus
abitare permiſit.

Hác incolæ terræ ſanctæ vero nomine Ae-
a adhuc appellant. Etſi noſtrates veteri no
e nonam vrbem nono loco extructam

P Hiero-

ım eſt, altum & opere rotundo, & greczo
ıbore fabricatum, cādido expolitoq; cōſtans
ıarmore, miræ magnitudinis. In ſummitate
cti eclypſim Lunę Turci, more ſuo, poſue-
t. Saraceni & Turci templum hoc admodum
ligioſè venerantur. Sanctamq; petrā vocāt,
ıgentis lampadibus, per diem & noctem illu
ināt. Hoc ingreſſuri puriſſima ſe prius aqua
luunt, & nudis pedibus incedunt. Nullique
ıriſtiano vel Iudæo, niſi ſub periculo vitæ,
ɟredi patiuntur.
circa hoc templum Salomonis lata quædā
nities eſt, marmoreis lapidibus ſtratæ, vt
ſtra cæmiteria ſunt.
Aegyptiorum Sultanus ante annos centum
ıum ædificauit templum, non procul à tē-
Salomonis, in quo ſemper 88. lampades
enſæ habentur.
n vrbe ipſa, ſicut etiam in vniuerſa Iudæa,
ı ædificiorum plana ſunt, cancellis vndiq;
ta, vt in eis poſsint fieri obambulationes,
nuiuia celebrari, ſicut Chriſti etiam tem-
ous facere ſolebant. In eccleſia Montis
ariæ oblonga, quæ templo Dominici ſe-
ori adiūcta eſt, complures habitant Ordi-
ex diuerſis & varijs nationibus Chriſtia-
ocautes, cùm tamen in doctrina maxi-
iſcrepent, Latini, Gręci, abyſsini, Arme-
regoriani Neſtoriani, Iacobitę. Frāciſcani
nudis incedentes pedibus, ſanctum ſepul
n cuſtodiunt. Gręci monachi qui in tem-
pulchri domini, & in eccleſia mōtis cal-

uariæ habentur, mansiones & cellas habent in loco Golgatha, vbi Christus crucifixus est. Orant, Deoq; seruiunt singulari pietate in maiori choro templi Sancti Sepulchri, & in sacello Sanctorum Angelorum foris iuxta templum. Abyßini, qui & Indiani vocantur ex æthiopia Peto Ianni, domicilia sua & conclauia habent in templo Montis Caluariæ, non longe à porta Ecclesiæ, versus sinistram. Armenij iuxta locum Golgatha in sacello quodam habitant: partim etiam in Monte Sion, in templo S. Iacobi Maioris, & hi proprium Episcopum habent, quem catholici vocant: proprioque suo natino idiomate vtuntur.

Georgiani quoque sacerdotes Hierosolymæ morantur in monte Caluariæ, iuxta foramen vbi Crux erat infixa, & locum vbi christus hortulani forma Mariæ Magdalenæ apparuit. Complures etiam de his Sanctorum Angelorum obtinent Ecclesiam, vbi domus Hannæ Pontificis olim fuisse creditur. Græca lingua & litera in diuinis officijs & scriptis tãtùm vtuntur: cùm alioqui Saraceno vel Hebræo sermone loquantur. Georgiani autem populi orientales bellicosißimi à S. Georgio nomen adepti Montana & longißimum orbis tractum à Trapezunte vsque ad montes Caspios occupant, Turcis, Persis, Aßirijsq; formidabiles, adeò vt Hierosolymam, pietatis ergó, venientibus absq; tributo & erectis vexillis in ciuitatem, nemo contradicere ausit. Nam & vxores eorum Amaronum more bel-

licosißimæ

cosissimæ sunt, & in armis inequitant.

Nestoriani, quorum Niniue in Assyriame-
·opolis est, & Mossel hodie appellatur, Ne-
orij hæresim imitantur, quæ in synodo E-
ıesina anno Christi 1431. condemnata fuit.
ui licet Christianos se iactant, doctrina ta-
ıen eorum Mahumetico dogmati admodū
finis est. Officia sua diuina & Ecclesiastica
haldaico sermone peragunt, aliâs Saraceni-
lingua vtuntur. Sacerdotes eorum Hiero-
lymæ in templo Montis Caluariæ inueni-
ıtur.

Iacobitæ, in Oriente, Iacobi Syri hæretici
ctatores, conclauia sua habent in sacello quo
m templi sepulchri Dominici, retrorsum,
n procul ab ipso sacro sepulchro.

Hi ordines sepulchrum Domini visitantes
custodientes, Christiani quidem, sed hæresi-
s vel erroribus Græcorum infecti sunt.

Equites aurati Hierosolymitani, Ordinis
oannis Baptistæ, Romanis cæremonijs, vt
holicam Christianam religionem contra
ırcos & Saracenos viriliter defendant, in-
ırantur. Datur ijs cingulum holosericum
·purei coloris, de quo pendet ensis pulcher
ıus, fulno purissimoque ornatus auro.

Calcaria insuper aurea adduntur, quæ pur-
·eis alligantur corrigijs holosericis. Donā-
quoque aurea catena centum ducatorum
garicorum, cruce Hierosolymitana inferi-
lependente. Crucem quoque purpurei co-
is Romani Pontificis benefitio, in vestibus

 & cly-

& clypeis gerunt. Iuramentum ſuum edituri, in ſacrum Chriſti ſepulchrũ iſti Equites aurati imponunt.

Ab huius ergo Vrbis ruina, vniuerſus terrarum orbis exemplum capere poterit. Ne cuius lapſum omnes pertimeſcunt, eius temeritatem & obſtinatiam imitẽtur. Quam Hieremias Propheta Dominam gentium, matrem Prouinciarum, ciuitatem electam, plenam populis appellabat: iuſto Dei iudicio facta eſt opprobrium & abiectio plebis.

Veræ religionis, & ſacrarum legum inuentrix & cuſtos, optimarumque artium parens & doctiſſimorum virorum procreatrix, non immeritò à veteribus appellatur. Ad quam velut ſupremam totius ſapientiæ arcem ex omnibus Prouincijs confluebant Iudæi, & difficiliores de lege controuerſias ad Hieroſolymitanos Doctores referebãt. Vbi ſingulæ etiam Nationes priuata collegia (vt in noſtris Academijs adhuc obſeruatur) habuiſſe videntur: diſputârunt enim cum Stephano protomartyre quidam de ſynagoga Libertinorum, Cirenenſium, Alexandrinorum, &c. Quibus omnibus Chriſtus Ieſus duodecim annorum puer, partim arduas quæſtiones proponendo, partim difficiliores ſacræ Scripturæ locos interpretando, magnam ſui admirationem præbuit. Alexander autem Magnus contra Darium Perſarum regem pugnaturus, à Legiſperitis Hieroſolymitanis, quod Græcorum rex in Aſia dominaturus eſſet edoctus: ſynagogam eorum

Actor. 2.

Actor. 6.

Luc. 2, Nicephl. l. 1. c. 14. Rupertus Tuitienſis l. 9. c. 13. de victoria verbi Dei.

rum multis priuilegijs ornauit, vt Iosephus libro vndecimo antiquitatum Iudaicarum, Eusebius & Carion in chronicis fatentur. Porrò in monte Sion extra Hierosolymam septem synagogæ fuerunt, vbi leges promiscuè tradebantur quidem, disputare autem non licebat, vt auctor est Optatus Mileuitanus. Epiphanius libro de ponderibus & mensuris post deuastationem vrbis perdurasse scribit.

De Bibliotheca Hierosolymitana.

Diuinarum legum & sacræ scripturæ libri viginti septem, de quorum authoritate nõ dubitatur, Iudæis à Deo traditi fuêre, etsi Hebræis non nisi viginti duo recensentur, quia decem illorum in quinque duplicãtur, inquit, Epiphanius. Illorum autem librorum quinq; Mosis sunt, qui natiuitates & humanæ generationis traditionem complectuntur. A morte Mosis vsque ad Artaxerxem regem Persarum, Prophetę historiam conscripserunt. Reliqui hymnos & vitæ humanæ pignora continent. Ab Antaxerxis autem imperio ad nostra tempora singula quidem conscripta, non tamen priori simili fide sunt habita: eò quod nõ fuerit certa successio Prophetarum inquit Iosephus lib. 1. contra Appionem. Quos etsi religiosè obseruabant, & interpretabantur Iudæi: tamen propter Regum idololatriam, & populi grauissima scelera factum est, vt destructa synagoga, libri sacri interciderent quoque, & perderentur. Sub Iosia rege

Eufeb. lib. 3. c. 10. hist. Ecclesiast.

Heres. 8. & libro de ponderibus & mensuris.

4. Reg. 22. Ioseph. li. 10. cap. 10.

Clemens l. 1 Stromat. Vincen. li. 4. cap. 47 Euseb. li. 5. hist bap. 8. Nicephor. li. 4. cap. 14. Nehe. ca. 8.

à ſtudioſis viris iterum reperti. Sedechia autẽ regnante, Hieroſolyma rurſus deuaſtata, templum exuſtum cum libris. Verum Eſdras ſacerdos & legis Doctor poſt captiuitatem Babylonicam ſacros Moſis, & prophetarum libros reſtituit, & in ordinem redactos publicè interpretatus eſt, idq; per dies ſingulos à primo ad nouiſſimum.

Libr. 4. Eſdra, ca. 14.

Ipſe Eſdras teſtatur, quod cùm Dominum Deum rogaſſet, pro Spiritu ſancto, vt poſſet reſtituere ſacras leges, iuſſerit aſſumere quinque ſcribas velociſſimos, & præparare multos buxos, & ſecedere dies quadraginta: ſe ipſi in corde accenſurum lucernam intellectus. Cumque de poculo ſibi diuinitus oblato bibiſſet, apertum ſit os ipſius, & per quadraginta dies dictauerit libros 204. Mandatumque ſibi ait à Deo, vt quoſdam omnibus promiſcuè, dignis & indignis, palam legendos poneret, ſeptuaginta verò conſeruaret, traderetque eos ſolis ſapientibus, quòd in ijs eſſet vera intellectus, & ſapientiæ fons, & ſcientiæ flumen.

Libr. 4. c. 14.

Addit præterea ſe ex præcepto angeli ſecretiora myſteria & reuelationes in peculiari libro ſcripſiſſe, qui abſconderetur, ſolique ſapientes Iudæorum perciperent, quos ipſe ſciret poſſe capere, & ſeruare iſta myſteria.

Cap. 5.

Notum eſt illud libro 2. Machabęorum, inferebantur in deſcriptionibus & cõmentarijs Nehemicis hæc eadem, & qualiter conſtruens bibliothecam, congregauit de Regionibus

Digitized by Google

bus libros Prophetarum, & Dauid & epistolas Regum, & de donarijs.

Similiter & Iudas ea, quę didicerat per bellum quod nobis acciderat, congregauit omnia, & sunt apud nos.

Quæ si desideratis, mittite qui perferant vobis.

Itemque ab Iasone Cyrenæo 5. libris comprehensa, tẽtauimus vno volumine breuiare.

Rupertus Tuitiensis lib. septimo de Victoria verbi Dei, capite vltimo: Esdrá, inquit, dicunt esse Malachiam, qui in ordine Prophetarum duodecimus est. Iste quantus nobis esse debet? Non enim ignorare debemus, quia legẽ ipse renouauit, Scripturas sanctas, quę propriè voces sunt verbi Dei dispersas, vixque Babylonico igni superstites, ipse congregauit ac reformauit. Quãtum hoc est, aut esse debet omnibus seculis? Magnum sit & immemorabile, quod tam ipsius, quàm cæterorum labore ciuitas illa, templumque illud manufactum restrui, vel reædificari potuit.

Istud ædificium insolubile, scilicet reformatio sanctæ Scripturæ longioris memoriæ, maioris gloriæ, altioris est, & erit semper excellentię. Literas quoque, siue characteres iste veteribus commodiores atque faciliores repperit, & cõscriptam legem populo tradens, & tunc scriba velox meruit nuncupari, & nunc & in perpetuũ scriba doctus est in regno Dei.

Alij quoque Iudæorum libri passim citati reperiuntur, qui cum tempore interciderunt.

Ex Suida refert Ioannes VVierus de præstigijs Dæmonum, libro tertio, capite vigesimo primo: Quo, inquit, tempore Iustinianus imperium obtinebat, erat quidam inter Iudęos Princeps, Theodosius nomine. Hic cùm familiariter admodum vteretur argentario Christiano, cui nomen erat Philippo, qui ipsum crebrò ad amplexandam Christianam religionem hortabatur: tandem ingenuè fassus est se nihil dubitare, quin Iesus, quē nos Christum colimus, is sit, quem sacri Vates mundi Seruatorem prædixerunt: verùm se animum inducere non posse, vt abdicatis, quibus nunc apud suam gentem fungitur honoribus, nomen suum Iesu Christo det. Vt autem ita de Iesu Christo crederet, se non solum sacrorum Vatum oraculis persuasum esse, sed mysterio quodam, quod apud Iudæos in arcanissimis scriptum adseruatur, compertum habere, idque huiusmodi esse.

Mos erat olim apud gentem Iudaicam, quo tempore ædes sacra in Hierosolymis extabat, viginti duo perpetuo Sacerdotes (quod scilicet linguæ Hebraicæ elementa, & veteris Testamenti libri numerantur) habere: & quoties de eo numero vnus aliquis mortem oppeteret, mox alium in defuncti locum allegere, allectumque in codicem, qui ad eam rem in ęde seruabatur, cùm illius ipsius, tum parentis vtriusque expresso nomine referre, cùm etiam tum defuncti, tum suffecti diebus. Cùm itaq;

quo

quo tempore Iesus Christus in Iudæa versabatur, necdum sese prodere, veramq; fidem propalam docere cœpisset, mortuus est quidam ex dicto sacerdotum numero: nec post multa ac varia suffragia quispiam satis idoneus esset repertus, qui in illius locum asscriberetur: tādem propositus est Iesus, Ioseph fabri (vt aiebant) filius, tanquam homo, ætate quidem iuuenis, cæterùm & vita, & moribus, & doctrina in primis commendatus, atque hoc suffragio ab omnibus demum approbato, visum est matrem eius in consessum arcessere (pater enim obierat) cognoscendorum nominum gratia, quæ in codicem, vt dictum est, describenda essent. Illa igitur accita, & de filio eiusque patre sedulò interrogata, respondit: sese matrem quidem Iesu esse, atque ipsum peperisse: nam eius rei testes sibi esse eas mulieres, quæ cùm pareret prę̄stò fuissēt: patrem verò nullum illi in terris esse: quod ex me (inquit) vultis quibus dsciite argumētis. Dū enim virgo in Galilæa agerē, Angelus Dei in domū, in qua versabar, ingressus, non quidem dormienti, sed vigilanti mihi nuntiabat, futurum vt è Spiritu sancto parerem filium iubebatque nomē illi Iesus indere. Itaque virgo cùm essem per eam visionem concepi peperique Iesum, permanens virgo in hunc vsque diem. His auditis, sacerdotes iubebant adesse fidas obstetrices, easque summa cura explorare, an etiamnum virgo esset Maria. Illæ autē cognita veritate ex ipsa re, affirma-

affirmabant eam virginem esse. Aduenerunt quoque & illę mulieres, quæ fortè fortuna adfuerant parienti, conspexerantque edentem infantem, quæ & ipsæ attestabantur filium eius esse Iesum. Quibus rebus attoniti sacerdotes, denuò rogabant Mariam, vt liberè profiteretur, quibus esset editus ille parentibus, quo ea ipsa parẽtum nomina possent in sacerdotum album referre. Ibi rursus Maria: Ego (inquit) reuera eum peperi: verum nullius cõscia patris in terra. Audiui ab angelo filium Dei esse. Filius est igitur meus & Dei. Sacerdotes ergo cùm hęc intellexissent, in allato codice scripserunt hæc verba. Eo die mortuus est sacerdos ille, illis natus parentibus: cooptatusque est pro illo sacerdos communi omnium nostrum suffragio Iesus, filius Dei viui & Mariæ virginis. Porrò hic codex è templi & vrbis excidio à primatibus inter Iudæos viris, magno studio ereptus est, asseruaturque in Tyberiade, &c. Creditur & Moses præter leges scriptas, secretiora quædam mysteria, vti à Deo acceperat, sapientioribus tantùm (quos Origenes consiliarios mirabiles vocat) tradidisse. Quæ propterea Cabala siue traditio appellabatur, quod non per literas, sed successione quadam, hæreditario iure, alter ab altero reciperet. Sicut in Ecclesia Christi traditiones quædam ἄγραφα ab Apostolis hactenus quasi per manus ad nos transmissæ creduntur. Nihil enim aliud erat Cabala, vt doctissimi viri autores sunt, quàm doctrina quædam viua voce tradita,

Rabbi Moses l.1.c.70.
Hilar. in Psalm. 2.
Quod Deus Mosi preceperit quædam palam facere, quædam abscondere docetur, lib. 4. Esdr. c. 14.

tradita, cõtinens certissimam diuinę legis scriptæ interpretationem. Quam & Esdras de septuaginta doctissimorum virorum consilio in libros redegisse legitur. Ne si quando propter bella & captiuitates institutus à Maioribus tradendi mos obseruari non posset, cælestis doctrinæ arcana interirent. Atque hos Esdræ cõmentarios fideliter hactenus apud Iudęos cõseruari, & Christianam potiùs, si rectè intelligantur, quàm Mosaicam religionem astruere scribit Picus. Habuerunt præterea annales Iudæi, quos verba dierum appellabant. quibus singularum tribuum genealogiæ describebantur, sicut ex primo lib. Esdræ cap. 2 & tertij li. cap. 5. colligere est, quos tandem Herodes vt verum regiæ stirpis ordinem confunderet, sustulit. Vel ob id Herodes publicas omnium tribuum descriptiones, quæ ab Esdra vsq; durauerant, confudit, & flammis consumpsit; vt quis ciuis vel aduena esset, nesciretur. Cùm enim ab Augusto Iudaici regni diadema, de consensu Senatus Romani accepisset, propter generis obscuritatem, quòd aduena esset, contemnebatur. Nicephor. l. 1. c. 9.

Vel vt Galatinus lib. 4. c. 6. de arcanis Catholicæ veritatis affirmat, ideo regium sanguinem Iudęorum, scribasque & diuinæ legis Doctores extinxit, vt Iudęis omnem spem recuperandi regnum adimeret. Quibus in Deuteronomio prohibitũ erat, ne extraneũ regẽ haberent. Voluit igitur efficere, vt nulla sanguinis & tribus memoria superesset.

Quod

Quod verò tam diligenter in synagoga sua hosce libros conseruarint Iudæi, non absque singulari prouidentia Dei factum esse affirmat Iustinus. Ne Christiani eos proferentes, quasi suppositi āt corrupti essēt πρόφασιν ῥαδιουργίας maledicis præberemus vnde & Christianorū baiuli siue scriniarij Beato Augustino vocantur. Etsi ergo sacrorum librorum, qui certam authoritatem habebant, cum primis studiosi fuêre: tamen aliorum etiam scriptorum monumenta in Bibliothecam suam reponere solebant, quemadmodum de Euangelio Iohannis & Actibus Apostolorum Lucę atque Matthæi Euangelio refert Epiphanius. Continebantur etiam hic Rabinorum libri, qui post Esdram varia de interpretatione scripturæ commentaria reliquerant, vnde postea Talmud confectum est. Quæ cùm optimis libris referta esset, à Tito Rom. Imperatore euersa quidem est, vt testatur Rabbi Samuel, sed ab Alexandro Hierosolymorum Episcopo restituta. Vnde Pamphilus Martyr pręcipuam Cęsariensis Bibliothecæ partem depromsit. Eusebius verò plurima in Ecclesiasticam historiam transtulisse videtur.

Epiphanius hæres. 30. Samuel. li. 1. de vana Iudæorum expectatione, ca. 2. Platina Volaterra.

Nicephor. li. 5. cap. 14.

Antiochena synagoga.

ANtiochia inquit Marcus Cicero, nobilis & celebris quondam vrbs, & copiosa eruditissimis hominibus, liberalissimisque artibus affluebat. Nam præter florentissimam Iudęorum synagogā celeberrimum quoq; Philosophorum

Pro Archia Poeta.

Digitized by Google

sophorum gymnasium habebat. Quare Cn. Pompeius, authore Eutropio, post bellum Mithridaticum mirabiliter eam honorauit. Quo modo autem veram philosophiam perceperint Antiocheni, eiusdemque alumni primo omnium Christiani appellati sint, Lucas Actorum capite. 11. eleganter edisserit. Lucianus Samosatensis Iurisprudentiam, Vlpianus verò præstantissimus Orator Rhetoricen docuit. Hic Libanius Sophista publicus eloquentiæ professor Magnum illum Basilium, Gregorium Nazianzenum, qui propter singularē eruditionem Theologus cognominatur, & aureū orationis flumen Chrysostomū erudiuit, doctissimum illum Apollinarem Laodicęum Antiochiæ frequenter audiuit D. Hieronymus, & propter magnam eruditionem egregiè coluit, vt in epistola ad Pammachium & Oceanum fatetur. Celeberrimus ille Origenes Adamantius à Mammea Alexandri Imperatoris matre ex Aegypto Antiochiam euocatus, cum Philosophorum artibus sacras literas coniungens, diu maximo cum fructu professus est. Verùm Aetius Eunomij præceptor, quas Antiochiæ artes rectè didicerat, ad Ecclesiæ Christianæ perniciem, animæque suę interitum turpiter abusus est.

Malchion ille, qui contra Paulum Samosatensem publicè priuatimque disseruit, & hęreses illius detexit, ante presbyterium, Antiochenæ scholæ sophisticæ Gręcarum literarum præfuerat.

præfuerat.Nicephor.l.6.c.28.Hierony.de viris illustribus,Beda in Chronicis.

Dionin Traiano scribit, plurimos varijs de causis Antiochiam ventitasse, quosdam vt ibi iura acciperent. Adrianus propter vrbis authoritatem,sacrarumq; Musarum frequẽtiam amplissimum Traiano patri templum extruxerat, quod Iulianus in vsum rei literariæ Bibliothecã effecit,sed Iouinianus, quod magicos & reipublicæ perniciosos libros contineret,abolebat:quare Gręcorũ Philosophorum odium & scurriles iocos incurrit.

Niceph.li. 10. c.finali.

Ephesina Synagoga.

EPhesi quoque præter doctissimos Iudæorũ Rabinos, omnium artium atq; linguarum peritissimi viri olim floruerũt,vt apud Iustinum philosophum & martyrem in dialogo contra Tryphonem Iudæum videre est. Quapropter D.Paulus tam arduas & perplexas res, de diuina nimirum hypostasi, angelorum & spirituũ natura apud Ephesios disseruit, quas non nisi vel diuinarum legum peritia,vel philosophorum decretis imbuti intelligere, eo præsertim tempore potuissent. Quanta veneratione Dianam coluerint, in actis Apostolorum indicat Lucas. Vnde factum est,vt & maxima sacra,& opulentissimum fanum euaderet.Ephesi,inquit Iulius Cæsar, à fano Dianæ depositas antiquitus pecunias Scipio tolli iubebat,cæterasque eius Deę statuas. Cùm in fanum ventum esset, adhibitis compluribus senatorij ordinis,quos Scipio aduocauerat,literę

Lucas Actor.19. Cæsar li.3. de bello ciuili.

Digitized by Google

ei redduntur à Pompeio, mare transisse cum legionibus Cæsarem, properaret ad se cum exercitu venire, omniaque posthaberet. Hæc res Ephesiæ pecuniæ salutem attulit. Vbi Cæsar Scipionis sacrilegium auaritiamque pulchrè notauit. Mathematicis præterea artibus superstitiosè deditі erant, literasque ac voces quasdam magicas habebant, quibus vtentes in omni negotio victores euasuri crederentur. Hesychius putat fuisse priscas voces pro sacris habitas, ἄσκιον, κατάσκιον, λὶξ, τετράξ, δαμναμενεύς, αἴσιον. tenebræ, lumen, ipse sol, verum: atque his ait impostores paulatim alias multas addidisse. Talibus vocabulis vsum fuisse in rogo Crœsum regem putat Eustathius. Ideoque vt miseri & infelices aurum Tholosanum habere dicebantur, sic felices ἐφέσια γράμματα. Sicut nec iam desunt qui huiusmodi obscuris vocibus stultos homines fallant. Falsæ igitur religionis & malarum artium studiosissimi olim fuerunt, sed postquam veram philosophiam ab Apostolis Iesu Christi perceperunt, errorem suum (quod verè sapientis est) agnoscere primum: deinde corrigere & libros magicos promiscuè comburere voluerunt. Hic Philoxenus poeta Liricus, qui AEacedarum genealogiam cõscripsit, professus est. Phormio etiã philosophus Peripateticus eo tempore Ephesi floruit, quo Hannibal Carthaginẽsium Imperator à Romanis superatus, apud Antiochũ regem exulabat. Nam cùm aliquandò de re militari & Imperatoris officio grauiter orna-

Act. 19. *Volaterr. lib. 18.*

teque, vt suis videbatur, in præsentia eorum disseruisset: Hannibal multos se deliros senes vidisse respondit, sed qui magis quam Phormio deliraret vidisse neminem: quippe qui cum nec hostem nec castra vnquam vidisset, de re militari præcipere Imperatoribus auderet. Quod si nostri temporis hominum quorundam mores & incredibilem arrogantiam audiret Hannibal, profectò suprà modũ plerosq; delirare affirmaret, qui cùm nihil prorsus literarum didicerint, de rebus obscuris, quas ipsi planè ignorant sentẽtiam impudenter ferunt: & quanquam de rebus adeò incognitis loquuntur, nihil tamen ita proponunt, quasi coniecturis dicantur, aut de aliorũ consilio sententiam dicere velint, sed affirmant prorsus, & nullum alijs contradicendi locum relinquunt. Neq; solùm intolerabilis doctorum arrogantia, sed auditorum quoque leuitas proculdubio grauiter ipsi reprehendenda videretur: qui non quid veteres pijssimi sapientissimiq; viri, sed imperitum vulgus de rebus grauissimis statuat intuẽtur. cùm vel philosophi nostri longè aliter hac de re loquantur & sentiant. Apollonius præterea Tianeus ex India reuersus Ephesi floruit. Et pestem prædicere atque extinguere per eruditionem potuit, vt scribit Philostratus.

Euseb. lib. cõtra Hierocl em.

Cæsariensis Synagoga.

QVia Cæsariam nobilem Palestinæ ciuitatem Iudæi & Gentes promiscuè inhabitabant, grauissimi sæpè tumultus, cum inter ci-

nes,

ues, tum inter professores, atque synagogæ & gymnasiorum discipulos de primatu exoriebantur, eamque ob rem certatim, vt fit, bonarum artium studijs, & literarum gloria alios superare conabantur. Non suis tantum ciuibus victoriam, sed sibi quoque apud gloriosissimos Romanorum Imperatores beneuolentiam paraturi, à quibus tandem à tutela & cura atque omnibus muneribus publicis vacationem acceperunt. Origenes Theologorũ & philosophorum decus, Sacras literas publicè interpretatus est: & quæ diligenter præmeditatus erat, Notarijs, vt aliorum professorum imperitiam adiuuaret, Cæsariæ primum dictare cœpit, quare varia diuinarum literarum commentaria post se reliquit, quæ apud Nicephorum recensentur. Vbi cùm aliquandiu hęreret, multos doctissimos viros produxit. Nã doctissimum illum Gregorium Ponticum ex philosopho Christianum; ex Iurisconsulto Theologum reddidit. Theodorum quoq; & Anthenodorũ fratres quãti sunt effecit, vt copiosè Nicephorus & Volaterranus domonstrant. Huius etiam scholæ moderator fuit Prohereſius ille sophista, cui quod pulcherrimam orationem Athenis habuisset, indulsit Iulianus, vt ipse solus, reliqui enim lege vetabantur, Christianæ professionis viros, bonas literas docere posset. sed homo philosophus tam atrox & crudele principis edictum indignatus scholam reiecit, non sine studiosorum grauissimo dolore. Procopius quoque

L. sed & rei probari. ff. de excus tutor.

Euseb. li. 6. cap. 20. Hiero. in catalogo.

Niceph. li. 5. ca. 19.

Neceph. li. 5. c. 20. Vola. terra. lib. 16.

floruit, qui Iustiniani Imperatoris per Belisarium res gestas descripsit. Tandē Pamphilus presbyter diuinæ & Christianæ philosophiæ scholam instituit, ex qua maximi theologi & fidei orthodoxæ propugnatores prodierunt.

Bibliotheca Cæsariensis.

IVlius Aphricanus doctissim' philosophus, clarissimus historicus, & grauissimus theologus, ne quid in cæsariensi synagoga & Vniuersitate desideraretur, instructissimā bibliothecam adiecit, quam Pamphilus & Eusebius ita locupletârunt, vt nulla tūc in vniuerso terrarum orbe celebrior haberetur. Hanc enim D. Hieronymus in rebus difficilioribus consulere, & ad castigatissimorum exemplorum veritatem veteris testamenti libros emendare solebat. Hanc nonnihil, vt videtur, collapsam, restaurare conatus est Euzoias Episc. Cæsariens. vt author est D. Hieronymus in Catalogo scrptorum ecclesiasticorum.

Hiero. hoc fatetur in psal. 1. & in c. 3. ad Tit.

Nicomed ensis Synagoga.

QVanquam remotiores à Palęstina synagogas hoc loco recensere nolebam: tamen Nicomediēsis in Bythinia, & Tarsensis in Cilicia propter multas rationes hic attexendę videntur. Postquam ergo Nicomedia in eum splendorem & magnificentiam excreuit, vt Romanorū Imperatores ibi crebrò versarētur, & doctissimos Episcopos haberet, liberales etiam artes, Græcæ Latinæq; literæ florere cœperunt. Constans enim Imperator Constantino filio quàm rectissimè consultuTus, Nicomediā misit erudiendū auctore Ni-

Digitized by Google

cephoro. Et Constantius Iulianum, quòd propter compositos mores, & acerrimum ingenium atque eruditionem à populo amaretur, & Imperio administrãdo natus prædicaretur, è Constantinopoli Nicomediam abire præcepit, vbi citra periculum, vti opinabatur, philosophari posset. Sed cùm & ibi innotesceret, clarissimique philosophi eius solum gratia, ex alijs Academijs Nicomediam venirent, Constantius Imperator eius profectum impedire, & nimiam authoritatem reprimere cupiens, Libanij celeberrimi sophistę scholam adire per edictum vetuit. Vel ne malum eius ingenium Philosophorum doctrina cõfirmatum, grauiora in Imperium suum aliquandò mala importaret: vel saltem (vt hoc tempore plerique faciunt) ne maiorem se auctoritatem & gloriam cõsequeretur. Quod cùm Iulianus animaduerteret, Imperij affectati suspicionẽ reiecturus, vitam Monasticam & contemplatiuam profiteri cœpit, quam tamen cum fide Christiana turpiter deseruit. Nam Maximus philosophus Ephesinus magicis eum artibus primò imbuit, deinde Imperium affectare, & veram Christianam philosophiam, quam à Maioribus suis hauserat, abnegare docuit. Hic præter cęteros omnium ferè artium professores, disertissimus ille Christianorum Cicero Firmianus Lactantius eloquentiam docuit. Et cùm duo quidam petulantissimi sophistæ cõtra Christianam religionem non disputare solùm, verùm etiam scribere, atque venenum in

Niceph. li. 7. c. 18.

Digitized by Google

vulgus effundere, & philosophiæ (cuius se antistites esse mentiebantur) insultare auderent. Ipse eius patrocinium defensionemque suscepit. Quod si eius exemplo doctissimi viri oppressæ veritati hoc tempore patrocinari, & perniciosos errores, qui propter eruditorum hominum penuriam, & silentium introducti sunt, redarguere vellent: profectò pauci ab ea recedere, aut tam imprudenter lacerare auderent. Præsertim cùm Deo ipsius veritatis auctori, & patrono, mendacium repugnare: & vitia contra virtutes certare non queant.

Tarsensis Synagoga.

Strabo li. 14. Geographia.

TArsensis, ait Strabo, tantum studium circa philosophiam & reliquas disciplinas, quæ in corona versantur, fuit, vt Athenas & Alexandriam superarent, & si quis alius locus dici potest, quo scholæ & philosophiæ exercitationes fuerint. Sed hoc vno plurimũ excellit, quod hic indigenæ discunt, peregrini verò non multi huc adueniunt. At nec illi ipsi hic manent, sed foris perficiuntur, & perfecti libenter peregrinantur, detinentur autem perpauci. Cæteris autem ciuitatibus ferè omnibus contrarium euenit, excepta Alexendria. Nam multi in eas proficiscuntur, & libenter immorantur, indigenas non multos videas extra dicendi studio proficisci, nec ibi circa hoc studere. Alexandrinis vtrunq; contingit, nam & multos peregrinos suscipiunt, & ex suis emittunt nó paucos. Antonius gymnasiorum præfecturam

fecturans Tarsensibus pollicitus, Boethum poetam in gymnasiarchi locum constituerat, & omnes gymnasij impensas ei crediderat: sed deprehensus cum alia surripere, tum etiam oleum, apud Antonium ab accusatoribus conuictus est. Cuius quidem iram cum alijs, tum tum hoc maximè declinauit, dicens. Quemadmodum Homerus Achillem & Agamemnonem, & Vlyssem decantauit, ita & ego te, quare iniquum est, vt huiusmodi apud te calumnijs agar. Id excipiens accusator: At Homerus, inquit, oleum Agamemnoni non furabatur, nec Achilli, tu verò furatus es, quapropter pœnas dabis. Tarsum verò Cydnus rapidissima & frigida & salubris aqua perfluit, iuxta gymnasium iuniorum, quæ & hominibus & bestijs auxiliatur.

D. Hieronymus de traditionibus Hebræ. in Genesim, ait: Tarsum istius regionis Metropolim, Paulo Apostolo gloriosam euasisse.

Hirtius in bello Alexandrino ait: Tarsum totius Ciliciæ nobilissimum oppidum vocat, vbi Cæsar comitia habuerit. Præstantissimi hic philosophi floruerunt, celebremque Iudæi synagogam habuêre. Quare D. Paulus tantam humanarum & diuinarum rerum scientiam Tarsi percepit. Insigni illo Gamaliele, vsus præceptore. Vnde etiam hic locus merito ab omnibus honorari debet: nec ego hanc synagogum præterire volui.

Volaterr. lib. 10.

Actor. 2.

Digitized by Google

ÆGYPTVS.

Regio est scriptoribus omnibus celebratissima, variaque illi nomina indita fuerunt, Aeria, Aetia, Potamia, Ogygia, Myaria, Aethiopia etiam, propter habitãtes illic Aethiopes, vt Stephanus & Eustachius referunt. Aegypti nomẽ, quod adhuc Europæis retinet, acquisiuisse ferunt, vel ab Aegyptio Rege, Danai fratre, vel à Nilo fluuio, mediam regionem irrigante, qui Aegyptus ante vocabatur, vel à populis Merseis à stirpe Chami descendentibus, qui Iosepho asserente, Aegyptij dicti fuêre. A Cham, Noach filio, ab alijs Chamia dicebatur.

Solo fluuio Nilo totius orbis nobilissimo secatur, irrigatur, & fœcundissima redditur. A Nilo Rege denominatus, qui fluuium illum colonis vtilem reddidit. Aquam præ cæteris orbis sua[illegible]ssimam præbet. Inundationis tempus incipit circa 17. Iunij, quando 40. diebus continuis crescit, ac totidem decrescit: quando Aethiopia supra Aegyptum æstiuis imbribus abluitur, præsertim in extremis montibus, quibus desidentibus, inundatio cessat. Mirabileque est, hunc fluuium tum crescere, cùm decrescunt cæteri. Tempore inundationis animalia ad altiora confugiunt. Pecora stabulis inclusa nutriuntur à colonis, antea præparatus pastu.

Est autem Aegyptus plana & deuexa, siue humilis regio, montis expers. Trogus Aegypti solum

solum ita facundum asserit, vt alimentorum nulla terra feracior sit. Vnde illud Luciani:
Terra suis contenta bonis, non indiga mercis.
Aut Iouis, in solo tanta est fidentia Nilo.
Veteres quoque Aegyptum publicum orbis horreum prędicauerint. Et Plinius asserit Ro. Imperij amplitudinem absque Aegypti opibus frugibusque, diu perdurare nequiuisse: cùm in solo Nilo populi Romani abundantia, vel fames esset. Idem quoque testatur, sic abundè herbis ad cibum accommodis Aegypti agrum affluere, vt vel frugibus carere possit, opesque illius Regni admirandæ potius, quàm æstimandæ dicebantur. Istic sub Aprilis initium segetes metuntur, & confestim triturantur.

In fœminis eadem fœcunditas, sæpę terni quaterni nascuntur, partusque hic octauo mense editus salutaris est, qui alibi ferè semper lethalis. Ipsa Aegyptus, cuius regnum cum primis ferè hominibus natum creditur, etsi ob loca montana perardua, & arenosa deserta palustriaque loca; & ob mare importuosum, quibus clauditur, difficilimi accessus erat; diù tamen ab exterorum incursionibus se tueri nequiuit. Initio sub proprijs regibus, qui Pharaones dicebantur permansit. Deinde sub Aethiopes peruenit. Tandem Cambyses Persarũ Rex Persis subiecit. Sed sub Dario Notho ad suos reges denuò defecerunt. Alexander Magnus iterum eos subegit. Post cuius interitum suos iterũ habuêre Reges, qui Ptolomæi vo-

Digitized by Google

cabantur. A Ptolomæo scilicet Tagi filio, vsque ad Ptolomæum Anletem, cui Cleopatra filia in regno succeßit. Qua fugata, & extincta, Aegyptus omnis ab Octauio Augusto deuicta, in Romanorum potestatem deuenit: qui regnum hoc amplißimum in prouinciæ formam redegerunt.

Sub Rom. iugo Christianam religionem amplexi sunt. Post Rom. Imperij diuisionem, Aegyptus ab Imperatoribus moderabatur. Paulo post Machumetis Pseudoprophetę aduentum, sub Saracenos vel Mauros deuenit. Postremo occupata fuit à Selimo. Turcarum Imperatore, Anno Domini 1516. cuius nomine Bassa quidam præest, qui in Alcairo moratur. Primi fuerunt qui per figuras animalium sensum mentis affingebāt: quu de re antiquissima monumenta humanę memoriè impressa, cernitur, & de his ingens volumen ædidit Pierius Valerianus.

In tres olim ordines, auctore Strabone, diuisi fuerunt; sacerdotes, milites, & agricolas atque artifices. Sacerdotes sacra, Philosophica, Astronomica, aliasque scientias tractabant: & filios erudire, & cum Regibus conuersari solebant. Attamen non sunt hodie in Aegypto nisi paucæ Christianorum reliquiæ, reliqui Mahumetano dogmati adhærentes Arabibus & Africanis se miscuerunt. Christiani Iacobitæ vocantur.

Mat. Quadm li. 1. Geogr.

Herodotus Plinius Mela, referunt: In Aegypto olim fuisse decem & septem millia vrbium,

bium, in quibus multa celeberrimæ; nunc vix sunt decem & septem, & in his exiguæ quædã, & vix vna pro mille, quòd è Ioanne Leone constat: aër ibi quondam salubris, & fœcundissima, nunc nõ ita: quod Herodotus & Leo indicant.

Ingeniosissimi semper Aegyptij habiti fuerunt. Mathematicarum verò, reliquarumque artium doctrinam veram & solidam, à Iudæis acceperunt.

Nam Abraham patriarcha, Iudæorum pator, geometriam & astrologiam eos docuit, ante cuius aduentum nihil harum rerum sciebant Aegyptij. Quas ipsi propter admirationem, sicut apud Aristotelem est, tam egregiè coluerunt, mirificeque auxerunt, vt Aulus Gellius Aegyptios in artibus inueniẽdis solertes, in cognitione rerum indaganda sagaces extitisse probet. Et Isocrates sapientiæ studiũ Aegypto tanquam auctori acceptum ferre nõ vereatur. Lucianus verò primi, inquit, hominum quos nos scimus Aegyptij dicuntur deorum notitiã percepisse, & templa constituisse, lucosque & cõuentus solennes ædidisse. Apuleus Aegyptum peritã vocat, Macrobius matrem artium, Rhodoginus scientiarum parentem. Quare Aegyptiorum sacerdotum quod bonis artibus cæteros homines longè superarent, apud Græcorum philosophos de rebus naturalibus iudicium maximæ semper auctoritatis fuit. Nam philosophorum omnium facilè princeps Aristoteles, suam de corporum cæle-

Rhodoginus li. 1. c. 16. & li. 9. c. 13.

Digitized by Google

cælestium motu sententiam confirmaturus, similiter, inquit, de stellis loquuntur, qui earũ rationem quondam plurimis annis obseruauerunt Aegyptij, à quibus multa fide digna de syderibus accepimus. Rursus lib. 1. Meteorologicorum de cometa: qua in re non solùm Aegyptijs fides habenda est (hoc enim illi etiã tradunt) sed hoc etiam nos ipsi vidimus. In templo semper erant, rerum naturas, causas, & rationes syderum contemplabantur: famem per triduum sæpe ferentes: venere, & vino, & carne abstinebant. Anseres tamen comedisse Herodotus, & sues Plutarchus testatur. Alexander Sard. lib. 3. cap. 18. de moribus & ritibus gentium.

Et omnes ferè qui olim doctrina excelluerunt, alijsque gentibus leges & vitæ præcepta dedêre, ad Ægyptios ea primùm percepturi, transierunt: vt in sacris suis libris contineri Aegyptiorum sacerdotes gloriantur. Nam Thales Milesius Aegyptiorum sacerdotibus vsus est præceptoribus, vt ipse in epistola ad ad Pherecydẽ fatetur. Pythagoras Italicæ philosophiæ princeps in Aegyptum studiorum gratia profectus est: vbi sacerdotum cõmentarios scrutatus, innumerabilium seculorum obseruationes cognouit, quas in Græciam & Italiam inferret. Plato philosophorum Deus in Aegyptũ ad Prophetas & sacerdotes profectus, geometriæ multiplices numeros, cælestiumque rationum obseruationem percepit, sicut eisdem ferè locis suprà recitati auctores

testan-

Digitized by Google

testantur. Quia in eam potissimùm curā incubuit, vt Aegyptiorū philosophiā, in Græciam suam importaret Sechniphi, de Heopolitano vsus præceptore, quemadmodum Pythagoras Sochnide Archipropheta. Vbi & Mosis prophetę libros perlegisse, & idcirco ad Christianam philosophiā proximè accessisse creditur. Aristoteles quoq; Peripateticæ familiæ pater, naturæ miraculū, cùm in Asia versaretur, plurima à Iudæis & Aegyptijs didicit. Eudoxus per Agesilaum, Aegyptiorū sacerdotibus cōmendatus, insignis astronomus, geometer, & legislator euasit. Homerus etiā præstātissimus Græcorū poeta, multa eorū, quæ in Aegypto didicerat, in suā poesim transtulit: vt ex Diodoro refert Iustinus cōtra gentiles. Nec tamē Aegyptij philosophiā suam pręsertim de Deo omnibus ꝓmiscuè impartiebātur, nefas enim esse putabant, sapientiæ mysteria vulgo profano prodere, sed illis solum hæc cōmittebant, qui erant aliquando ad regnum peruenturi, & sacerdotibus, qui & educatione, & doctrina, & genere præstantissimi iudicabantur. Quòd verò cognitu necessarium putabāt, id partim animalium, partim inanimatarum rerum figuris expressum ita repræsentabant, vt non cuiuis statim promptum esset conijcere, sed cui singularum rerum proprietates, & peculiaris cuiusq; animantis vis atq; natura perspecta erat, is demū collectis eorū symbolorum coniecturis ænigmatis sententiā deprehendebat. Vt accipitre celeritas, crocodilo malum,

custodia

custodia oculo significabatur. Cuius rei exẽpla quædã adhuc Romæ extare Volaterranus probat. Docetq; illos paulatim Hebræos imitari cœpisse, scribendo à dextro in latus sinistrum.

Literæ istæ ἱερατικὰ vel sacerdotales dicebantur. Inter quas vna erat signũ crucis, quod vitam æternam illis significabat. Nam à Maioribus suis acceperãt, eam religionem quam tunc sequebantur duraturam, donec veniret signum illud in quo erat vita. Postquam ergo Crucis signum prædicebatur plurimi ex ex hac traditione Maiorum Christiana fide, initiebantur Ruff. Eccles. Histor. lib. 2 c. 29.

Nec tamen illud leuiter transeundum est, quod quemedmodum Græcorum philosophi suam doctrinam ex Aegypto hauserunt: sic posteriores Aegyptij Græcorum philosophorum scripta in scholis inuenturi proposuisse videntur. Nam Psameticus vnus ex duodecim Ægyptiorum ducibus vbi Græcorum auxilio regnum occupasset, solusque dominaretur, eorum pueros græcam linguam & artes doceri præcipit. Et paulatim Ægyptiorum reges præstantissimos philosophos è Græcia maximis præmijs euocarunt, qui Græcorum literas & doctrinam in Ægyptum quoq; intulerunt. Nam cùm S. Marcus sacri euangelij scriptor, veram philosophiam annunciaturus in Aegyptum venisset, quidam probè literatus vix ipsi respõdit: scripturas tuas nunquam prorsus audiui, sed Iliada & Odisseas Homeri,

Digitized by Google

ri, quibus Aegyptiorum filij imbuuntur. Veram tamen Theologiam Iosephus patriarcha intulisse videtur, qui optimis ligibus ditissimam, latisimeque patentem Aegyptum in vnius imperij formam redegit. Vt recte Aegyptiorum pater & saluator appelletur. Eam tamen ipsi non diu post in grauissimam abusionem peruerterunt. *Gen. 47.*

Aegyptij inter cætera idola Reginæ cæli simulacrum habebãt, quòd Iudæi etiam coluerunt. Hiere. ca 44. alij Lunam vel Isidem vocabant. Sed omnia eorum idola corruerunt, quando Christus in Aegyptum, metu Herodis, venit. Verum nos ad celebriora Aegypti gymnasia properamus. Inter quæ vt principem mihi semper locum obtinere visum est Alexandrinum: ita etiam ab eodem ordiemur. *Sozom. li. 5. c. 21.*

Alexandrinum Gymnasium.

ALexandria, inquit Strabo, potens & populosa vrbs est, quæ omnium liberalium artium scholas habet. A Hirtius vrbem fertilissimam scribit extitisse, copiosissimamque, homines verò ingeniosissimos atque acutissimos. Principales autem scholæ fuerunt. Musæum, Serapium, & Iseum, à Musis. Serapi, & Iside denominatæ. In Musæo sacerdotes præfecti, & bonarum artium studiosi iuuenes, ad necessarios Reipu. vsus liberaliter alebantur, vt Strabo & Volaterranus testãtur, & Timon Philiasius apud Athenæum ridere solet, quod tanquã aues pretiosissimæ nutrirentur. Aegyptius *Strabo lib. 14. geogra.*

Digitized by Google

ptus multos paſcit populoſa, librorum Agminibus cinctos, certantes limite nullo Muſarum in Calatho, donec ſoluātur ab ipſa verborum contentione. Serapium verò pulcherrimum gymnaſium erat, quod porticus habebat ſtadio maiores, ac forum iudiciale, & lucos. Peripateticæ autem ſectæ philoſophi peculiarem ſcholam habuiſſe videtur. Nam Euſebius & Nicephorus referunt, quòd Anatolium Epiſcopum Laodiceum, propter incredibilē omnium artium cognitionem, Alexādrini ſcholam Ariſtotelicam inſtituere, & gubernare voluerint. Sicut Platonicæ ſcholę, quam Plotinus inſtituit, Hypatiam doctiſſimam mulierē præfuiſſe narrat Socrates. Tandem efflorescente vera ſapientia & religione Chriſtiana, cadentibus idolis, & admirantibus ſplendorem veritatis philoſophis, Alexādria, ante magiſtra erroris & ſuperſtitionum, alumna & cultrix illius euaſit, vt Baſilius Magnus eo tempore pulcherrimam vniuerſę doctrinæ officinam appellaret. Marcus enim fidelis Ieſu Chriſti Euangeliſta fidem Chriſtianam, veram philoſophiam propagaturus, Eccleſiaſticam ſcholam inſtituit. Cui doctiſſimi ſemper viri præfuerunt. Panterius ille, qui vt equus quidam Troianus, optimos Eccleſiæ palmites produxit, deinde Origenes (quem ibi talem ſe vidiſſe fatetur Porphyrius, qui arcem totius Philoſophiæ conſcendiſſet) prętter aureum orationis flumen, & doctiſſimas prælectiones, varia in ſcripturā ſacram commentaria

Strabo lib. 17. geogra.

Euſeb. lib. 7. cap. 32. Nicephor. li. 6. ca. 36.

Vincent. Lirinenſ. contra hæreſes lib. 1.

mentaria

Digitized by Google

mentaria edidit, quæ apud Nicephorum recensentur. Cùm verò Origenes in Palęstinam proficisceretur, Alexandrinæ scholæ Heraclá successorem reliquit. Cui tandem Dionysius, Anthenodorus, Malchion, Didymus, Athanasius, & cæteri successerunt. Hæc Hieronymum, Basilium Magnum, Gregorium Theologum, & præstantissimos viros erudiuit. Quæ post alios scriptores in historia sua Ecclesiastica Niceph. Calixtus, his verbis cōmemorat li. 4. c. 32. & seq. Pantenus sapientia clarus, sub Commodo diuinæ apud Alexandriam scholæ præfuit, iam inde ab antiquo sacrarum ibi literarum studio florenti: quod sanè ad multa etiam durauit tempora, multis inter se in omni genere disciplinarum æmulatione concertantibus. Inter veteres illos Pantænum hunc in primis celebrem fuisse ferūt, qui scilicet ex Stoicorum Philosophorum familia, ad nostram transierit professionem, & multis preclarè ad finem vsque vitæ actis, illustris sacræ Alexandrinæ scholæ prçijt: simulque & viua voce, & doctis commentarijs diuinorum dogmatum scripturas explicuit. Eodem temporum curriculo & Clemēs presbyter, qui στρωματεὺς, seu contextor cognominatus est, Alexandriæ eidem studio cum Pantæno incubuit, eundemque cursum, & viuendi instituto, & docendi consuetudine tenuit: patremque librorum suorum in dispositionibus, quas vocat, suis, Pantænum memo-

Niceph. lib. 5. c. 15.

Niceph. li. 9. c. 17.

Apparet hoc ex Philonis legatione ad Caium.

Idem c. 3.

memorat. Pantæno igitur Clemẽs succedens scholam rexit, quam etiam eo tempore Origenes adhuc puer frequentauit. Posteaquam persecutionis timore omnibus expulsis nullus Alexandriæ sacrorum oraculorum enarrator fuit, multi ex gentibus ad Origenẽ accedẽtes verbum Dei sunt professi. Decimum verò octauum agens annum Origenes scholæ Catechistes in vrbe Alexandrina est præfectus. Vbi verbis & exemplo sectatores suos, qui innumeri ad eum confluebant, ad virtutes & sapientiam erudiebat, & ad eundẽ philosophandi modum excitabat.

Niceph. li. 5. c. 4.

Idem. ca. 11.

Origeni autem Romanæ vrbis visendæ, quum ibi Zephirinus Ecclesiam regeret, cupido incesit. vbi quum non ita diu mansisset, & inde Alexandriam redijsset, doctrinæ atque institutioni, vt Catechistes, ibi præfuit: Demetrij rogatu adductus, vt eo maiore studio operi ei incũberet. Quum verò animaduerteret, abstrusiori se scripturæ sensui scrutando atque eruendo, ita vt volebat, vacare non posse, quod ne respirare quidem liberius ei liceret, per eos qui quotidie à sole orto ad vesperam vsque scholam eius frequentabant: faciendum sibi putauit, vt tantam multitudinem diuideret: & Heraclã, ex sectatoribus suis præcipuum, virum doctissimum, qui in disciplinis Philosophicis & sacrarum literarum eruditione plurimum collocauerat studij, sibi in instituendo socium & adiutorem asciceret. Ita factum, vt primum laborem

Digitized by Google

borem eorum docẽdorum, qui fidei elementa nuper assequuti essent, illi demandaret: sibi ipsi verò prouinciam eos instituendi, qui perfectiores essent, diuinamque doctrinam velut in habitum deduxissent, reseruaret. Nam Cap. 12. permulti, quorum aures oratione doctrinaque sua Origenes permulserat, vndiquaq; ad eum conueniebant, periculum de perfecta eius doctrina facturi. Atque in ijs non pauci quoque ex hæreticis, plerique verò etiam ex viris præclaris & illustribus, qui vtranq; Philosophiam purè addidicissent, magno studio ad eum confluebant. Et quos ille idoneos esse ad mathematicas disciplinas percipiendas videbat, eos ad Geometriam, Arithmeticam, aliasque liberales artes producebat. Insuper autem & ad Philosophorum sectas cognoscẽdas instruebat, dogmata eorum illis exponens, & commentarios in res quasuis edẽs: ita vt apud philosophos quoque magnus haberetur. Quod si qui essent paulo rudiores, eas artes Cyclicas docebat, magnam inde vtilitatem comparari ad sacrarum disciplinarũ doctrinam perhibens. Proindeque & seipsum necessitate quadam ad prophanas literas discendas descendisse testatus est. Confirmant hoc; qui eo tempore cum eo enituêre Philosophi, in quorum libris multa eius inuenitur mentio. Quandoque etiam illi libros ei suos dedicârunt, nonnunquam autem eos iudicio Cap. 18. eius submiserunt.

Quum autem Alexandria discedens, in Palæsti-

Digitized by Google

dria fuit, quando Galliæ & Cypri Reges Sultanum expulerunt. Is enim minimè se eam retinere posse confidens, ante diruit, quam Reges Christiani aduenirēt. Post tamen nonnihil restituta fuit. Inter cætera singularia visuntur duo obelisci maximi apud vrbis palatiū, & columna Pompei à Cæsare in memoriam victi à se Pompei erecta. Christiani Iacobitæ & Græci ædificium Alexandriæ habent, pro Patriarchatu cū suo templo, vbi S. Marci corpus reconditum erat, antequam Venetias transferretur. *Math. Quadus l. 1. c. 35. geographic. enar.*

De præfecto siue Rectore.

GYmnasiorum verò Præfecti sacerdotes fuêre, qui vt rectius rerum naturalium causas scrutarentur, iuuentutemque erudirent, è sacris reditibus alebantur, & ab omnibus muneribus immunes erant. Atque à mulieribus vino & carnibus abstinere cogebantur. Tertullianus Hierophantas, Clemens Alexandrinus prophetas appellat. Qui cùm ipsis Regibus amici, & præ cæteris familiares essent, maximæque apud omnes ordines authoritatis: diligenter literis cōsignabant, quæ vtilem Reipub doctrinam præseferrent. Nec tamen per suffragia (vt in nostris Vniuersitatibus fit) creabantur, sed primò Reges, deinde Romanorum Imperatores eos præficiebant. *Isocrat. in Busiri. Hiero. l. 2. cont. Iouin. Tert. contra Iudæos. Clemens Alex. lib. 6. stromat. Strab. li. 17.*

De Mathematicorum artium studio, & sacris eorum cæremonijs.

M. Cicero: Aegyptij inquit in camporum patientium æquoribus habitantes, cùm *Cicero lib. 1. de diuinat.*

nihil ex terra emineret, quod cæli contemplationi officere posset, omnem curam in siderum cognitione posuerunt. Iuuentutem verò à teneris in mathematicis disciplinis exercebant, vt Isoc. in Busiri author est, & Mosis nostri institutio declarat. Is enim peritissimus mathematicus cùm esset in Aegypto effectus præter omnium hominum opinionem cum maximo exercitu in Aethiopiam peruasit, & re feliciter gesta, obliuionis lapidem reginæ fabricatus est, vt Ioseph. & Comestor testantur. Filia enim Pharaonis Mosi doctissimos præceptores præfecit, qui illum omni sapiétia Aegyptiorum erudiuit. Act. c. 7. Basil. c. 1. Genes. Maxima quædam sacra habebant, quæ tantopere honorabantur, vt offensos reges placaturi, sacra proferrent. Sicut Iulio Cæsari victori ea protulerunt. In sacris verò ceremonijs (quæ in eum ferè modum exercebantur, quo hodie ad excitandos iuuenum animos comœdiæ peragũtur) post cantorem procedebat Horoscopus, qui in manu horologium & symbola astrologiæ gestabat; Mercurijque de astrologia libros semper in ore habere cogebatur. Quare Iulius Cæsar tãtum Alexãdriæ in Mathematicis progressum fecit, authore Sabellico, vt Romam reuersus publicos annales corrigeret. Et Hypacia Theonis geometræ filia, vxor Isidori philosophi tempore Arcadij Imperatoris Alexandriæ magno semper & frequenti optimorum iuuenum auditorio, mathematicas artes publicè profi-

Digitized by Google

cè profitebatur. Et Ptolemæus Mathematicorum princeps eruditus est. Verùm tempore Hermis Trimegisti studia philosophiæ florere cœperunt, cùm ante id tempus circa mathemacicas artes versarentur, quæ ad exercendum ingenium magis, quàm vitam & mores valebant.

Patriarchæ Noach filius Cham post diluuium superstitiones magicas in Aegyptum intulit. Quas ipsi mirificè amplexi sunt & excoluerunt.

Hermes verò iste Trimegistus primus Aegyptijs leges tradidisse fertur. c. Moses, dist. 7. Sic dictus, quòd tribus rebus excelleret: sciẽtia, eloquentia, virtute. glossa ibi. Quem Lactantius de Ira Dei, cap. 11. septem Græciæ sapientibus antiquiorem facit: & philosophiam ipsius tam græcos quàm latinos ferè imitatos ait lib. 2. cap. 13.

Celebriores aliquot viri, qui bonas literas Alexandriæ aut didicerunt: aut professi sunt.

Aristarchus tam castigati iudicij Grammaticus, vt Homeri versus non putaretur, quem ipse non probaret, Alexandriæ bonarum literarum publicus professor, & Ptolomæi Philometoris præceptor supra mille Commentarios reliquit. Apollonius Dioscorus Herodiani Grammatici pater, Alexãdriæ Grammaticam docuit, & de constructione partium orationis scripsit. Philetas quoque Ptolomæi Philadelphi pręceptor, quem tam pusillo corpore fuisse scribit Ælianus, vt

Cicer. l. 3. Epistol. ad Appium Pulchrum
Vola. l. 13.
Strabo l. 14.

Digitized by Google

plumbum pedibus appenderet, ne ventorum flatu raperetur. Arrius præterea philoſophus & bonarum artium Profeſſor Alexandrinus, Auguſto venienti Alexandriam ſeſe obtulit, tantoque apud eum in honore fuit, vt Auguſtus palam fateretur, Alexandrinos triplici de cauſa à ſe conſeruatos eſſe: Ob Alexandri memoriam, pulchritudinem vrbis, & propter Arrium Philoſophum. Philo etiam pro Iudæorum Republ. ad diuerſos Imperatores Principeſque legatus, de quo propter egregiam doctrinam, & ſingularem eloquentiam vulgò ferebatur, ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει. Alexãdriæ liberalibus artibus eruditus eſt. Maximaque Medicorum turba hîc viuebat, quibus & honeſtiſsimum erat, & magnam artis authoritatem parabat, ſi Alexandriæ ſtuduiſſent. Quod Naziãzenus Alexandriæ ſtuduerit, quando Baſilius Byzantij agebat, ſcribit in Monodia Baſilij. Euſebius Emiſſenus, Epiſcopis Orientis propter elegantes mores, & eruditionem cariſsimus, ſacerdotalem dignitatem deprecans, Alexandriam ſeceſsit, & omnium rerum perfectiſsimam ſcientiam comparauit. Non quaſi ſacerdotium contemneret & aſpernaretur, quod apud omnes homines maximo ſemper in honore fuit, & Beatus Chryſoſtomus regiam maieſtatem longè ſuperare probat: ſed quia iuniorem ſe, & imperitiorem eſſe iudicaret, quàm pro dignitate atque ſanctimonia rectè adminiſtrare poſſet. Graue enim Pontificum & ſacerdotũ onus

onus est, vt Aeneas Syluius dicere solebat: beatum verò qui rectè gerit. Multò autem & rectius & facilius, & vtilius gesturi creduntur, qui bonarum artium atque virtutum studijs confirmati, ad hoc recipiuntur. Ætius quoq; hæreticus Alexandriæ à Peripateticis philosophiam didicit, qua nequiter abusus est. Iulius etiam Aphricanus vt Aradè diuinarum humanarumque artium, atque omnium Græcarum doctrinarum peritissimum audiret, Alexandriam profectus est. De Origene, Didymo, cæterisque Ecclesiasticæ scholæ præfectis suprà à nobis est demonstratum. Theodorus verò Chius vltimi Ptolomęi præceptor, qui solus Pompeium Magnum occidendum suasit, Rhetoricam docuit, & Simon Magus Christianæ Philosophiæ, & antiquæ Ianigenarum reuiuiscentis doctrinæ acerrimus hostis, Græcis literis operam dedit, authore Clemente. Ioannes Philoponus Alexandriæ est professus, & impiam Tritheltarum hæresim defendēdam suscepit, rogatus à Sergio Constantino.

Epiphan. hæres. 76.

Vrspergensis in vita Gordiani Imper.

Volater. lib. 20.

De Bibliotheca Alexandrina.

ARistoteles primus omnium, quãtum nobis quidem constat, inquit Strabo, libros congregauit: & Ægyptiorum reges bibliothecæ ordinem docuit, qui ingentem librorum numerum pro sua pietate conquisierũt. Demetrius enim Phalereus à Ptolomeo Philadelpho maximam pecuniam accepit, vt optimis libris Regum bibliothecam augeret, or

Hic Ptolomæus creato ... [illegible]

eruditum & studiosum. *Alexander li 1. genialium dierũ cap. 2.* *Athenæus li. 1. c. 1.*

naretque. Et cùm ab omnibus regibus atque Principibus Philosophorum, Rhetorum, Historicorum, & Poëtarum libri ad eum mitterētur, authore Epiphanio, pręsertim ab Atheniensibus & Rhodijs breui tempore instructissimam reddidit. Nam Aristæus (qui de hac re ex professo disseruit) se præsente rogatum Demetrium à Rege, quotnam in ea libri essent, respondisse ait, plures quàm 20000. sed vehementer auctam iri, si non ab vniuersa Græcia solùm: verùm etiam ab alijs gentibus, præsertim à Iudæis vtilissimi libri peterētur. Eos enim se aut emere hactenus, aut transcribere non potuisse, quod propria lingua, & alijs quàm Aegyptij literis vterentur: iccirco necessarium videri, vt Rex ad Pōtificem eorum literas daret, peteretq́; tam ipsos libros, quàm Interpretes, qui ex Hebræo in Græcũ sermonem transferrent. Rex itaque Legatos & munera Iudæis transmisit. Qui cũ LXXII. sapientissimos viros adducerent, vt Aristæus noster fusius edisserit, maximo gaudio & incredibili voluptate affectus optimus Rex, potentissimorum Regum, maximarumq́ue Rerumpub. legatos, (qui tum fortè grauissimis de causis aderant) ad quinque proximos dies, præter receptam patriæ consuetudinem, cum omnium admiratione abire, Seniores verò illos statim honorificè produci mandauit. Quos vt cum muneribus à Pontifice regi remissis, & pulcherrimis sacræ Scripturæ libris

Rex

Rex prodire videret: gratias, inquit, magnas ago, vobis quidem quòd venistis, maiores verò illi, qui vos destinauit, sed ante omnes Deo, cuius hæ leges venerandæ probantur. Et præ nimio gaudio (sicut grauiter dolentibus solet accidere) prorupit in lachrymas, ac venerandos viros osculatus est. Et diem, quo ad eum deducti essent, reliquo vitæ suæ tempore sanctè singulis annis celebraturum promisit, quòd duo gratissima vtilissimaque is sibi apportasset. Nimirum victoriam ab Antigono Rege, & sacrosanctas leges. Tunc splendidum conuiuium instrui curauit, quo de via, & itinere fatigatos recrearet. Sed quanquam omne exquisitissimorum ferculorum genus pro regia magnificentia apponebatur: tamen eos quoque cibos, quibus Iudæi vtebantur vnà adhiberi voluit, vt pro sua valetudine edere vel abstinere possent. Ad liberius etiam potandum inuitare quidem eos, vrgere autem, ne valetudinem eorum læderet, aut ad sacrarum legum interpretationem, quæ diligentia & sobrietate indigebat, ineptiores redderet, non voluit. Egregium profectò & principibus nostris diligenter imitandum conuiuiorum exemplar. Iam verò Aegyptij promiscuè, vt scribit Ioannes Bohem, quoties cõuiuia celebrabant, ne in tanta omniũ rerum abundãtia, licentiaq; peccãdi, naturæ, aut valetudinis, aut officij obliuiscerentur, sublata mẽsa, mortui hominis imaginẽ circũferre, & singulis accũbentibus dicere solebant: In hũc intuens

intuens pota, & epulare, talis post mortem futurus es. Quocirca (nemo enim tam inhumanus esse poterat, qui ea re non moueretur) diutissimè vixisse, optimeque morati, & bonarum rerum acutissimi perscrutatores extitisse videntur. Inter cęnandum verò, vt ad propositum, vndè sumus digressi, reuertamur, optimus rex varias, iucundas tamen & vtiles quæstiones proponere cœpit: ad quas illi tam dextrè respódcrunt, vt omnes supra modum admirarentur, & Rex incredibiliter delectatus, in duodecimum diem conuiuium protraheret. Tandem multis muneribus honoratos, eò quod præter cęteras vtilissimas res, regnádi quoque rationé egregiè ab eis didicerat, vt diuinum opus fideliter aggrederentur, hortatus est. Et Demetrio omnia, quæ ipsis necessaria essent, vberrimè suppeditare: & diligenté ipsorum rationem habere præcepit. Nec tamẽ in ipsa vrbe, verùm septem ab ea stadijs, in insula Pharos, singulis peculiarem ædiculá, qua separatim sacram legem interpretarentur, extrui curauit. Idque duabus, quantum deprehendere potui de causis. Priore quidé, ne externis rebus impediti tardius absoluerent: aut morbis, qui in vrbibus abundare, & peregrinos propter mutationem loci & dietæ facilius inuadere solent, antequam absoluissent, emorerentur, vt Philo & Iustinus significant. Posteriore autem, ne si consilia in interpretádo communicare liceret, veritatem, quæ in scripturis sacris est, occultarent. Ab inuicem verò

Hæ vnà cũ responsionibus extant apud Aristæum.

verò separati, si in interpretando nihilominus conuenirent, maiorem & sibi & legi authoritatem conciliarent, veraque isthæc diuinæ legis sententia esse apertè ab omnibus cognosceretur, sicut Iosephus, Clemens Alexandrinus, Eusebius, Nicephorus, grauissimi authores & fidelissimi historiographi testantur. Harumq; ædicularum ruinas, & vestigia quędam se vidisse scribit Iustinus Philosophus & Martyr in Apologetico contra gentes. Cùm igitur adiutore Spiritu sancto septuaginta duobus diebus, auctore Iosepho, singuli translationem fideliter perfecissent, repertum est, quòd non eadem sententia tantùm (etsi hoc sat magnum miraculum fuisset) sed eisdem etiam verbis essent vsi, & ne vna quidem dictione alter ab altero discreparet. Quare omnes instinctu Dei perfectam, veramque interpretationem esse fatebãtur. Et rectè quidem illi. Nam sicut Deus vnus est, & vna in Deũ fides, atq; vna: quæ eam cóplectitur, Scriptura sacra & lex: ita plures vna quæ à Spiritu sanctoproficiscatur, veræ eius interpretationes & sentẽtię esse nequaquam possunt, vt apud Basilium Magnum epistola 73. pulcherrimè docetur. Et quantum ad eam cognoscendam refutandamque vel vnitas & consonantia, vel repugnantia & diuersitas prosit, non solùm Theologorum nostrorum, verùm etiam Philosophorum scripta testantur. M. enim Cicero libro primo Academicarum quæstionum, aut Stoicus, inquit, constituatur sapiens, aut Academicus,

Ioseph. li. 12. c. 2. Clemens lib. 1. stro. Euseb. li. 5. hist. ca. 8. Niceph. l. 4. cap. 14.

Digitized by Google

demicus: vterque enim cùm tanta inter eos; non de terminis, ſed tota poſſeſsione contentio ſit, eſſe non poteſt. Cur verò cogemur eos ſequi, qui tantoperè inter ſe diſsident? Et Luciani Menippus: Hoc omniũ abſurdiſsimum videtur, quod qui me ad ſuuam rationem adducere conabantur, diuerſa inter ſe & pugnãtia loquerentur: tamen vt ego ipſis fidem haberem, poſtulabãt. Omnium autem pulcherrimè Aeneas Gaza è Philoſopho Chriſtianus, in Dialogo de animorũ immortalitate, ſententiã, quã Philoſophi de animo ferũt, falſam eſſe probaturus: quoniam non omnes, inquit, his de rebus vnum idemque iudicium ferunt, mihi quidem non videtur Deus huius doctrinæ dux eſſe & auctor: alioqui enim eadem omnes docerent. Nunc verò exiſtimandum eſt eſſe humanam quandã ſui ipſius admirationẽ atq; arrogantiam. Sed hæc παρέργως. Similiter Iuſtinus Martyr cõtra gentiles ſcribẽs: Quod ſi ipſos minus inter ſe cõſentire inuenerimus; facilè quoque eorum ignorationem manifeſtam cognoſcemus. Et Lactantius lib. 3 ca. 4. In multas ſectas philoſophia diuiſa ſuis armis confecta eſt. Nihil enim poteſt ſine interitu ſuo, ſibi eſſe contrarium. Sapientia vera diſtrahi nequit. Fabius lib. 12. cap. 8. putat, inde ſciri poſſe, an quis vera dicat, ſi cogatur ſæpius idem repetere, an eadem dicat. Rex igitur libros maxima cum admiratione, & incredibili gaudio recepit. Et antequam in Bibliothecã reponeret, ſuprema auctoritate, vt in perpetuum

Digitized by Google

petuum illæ leges durarent, decreuit, ne quis addere quicquam vel detrahere auderet. Interpretes verò, magnis muneribus honoribusque ornatos, vti Pontifex petierat, in Iudæam remisit. Laudandus, profectò laudandus optimus Rex est, primò quidem, quòd sacrosanctas leges tanto labore & sumptu cōparare præ cæteris omnibus rebus voluerit: deinde quòd earum interpretationem nō ab imperitioribus Iudæis, quorum eo tempore in Aegypto plurimi habitabant, sed ab ipso Pontifice & Senioribus legisperitis siue Doctoribus ordinarijs, quibus hoc à Mose, vt supra probauimus, demandatum erat, requisierit. Reliqui enim quòd nec ea mysteria, nec sacri sermonis proprietatem satis perceperāt, infeliciter semper transferentes, grauissimos errores pepererunt, vt D. Hilarius grauis & vetus auctor testatur. Quare salubriter obseruârunt Iudæi, hoc solummodò ratum esse, & à Spiritu sancto profectū videri debere, quod ipsi iudicassent. Nec quicquam legere, aut cātare liceret, quod non approbassent. Vtinam id Christiani homines, quos propter plura & maiora beneficia, diuinæ legis studiosiores esse dicebat, tandem intelligere, & imitari vellent. Nimirùm vt eam sacræ Scripturæ interpretationem amplecterentur, conseruarent, atq; defenderent, quæ à Spiritu sancto Ecclesiæ tradita, vna semper & Catholica permansit. Nam vetustissimā doctissimorum & grauissimorum hominum doctrinam, quæ omnium

In Psal. 2.

Euse. li. 12. præpar. Euangel. c. 16.

Digitized by Google

nium temporum & locorum consensu stabilita est, conuellere, & suam opinionem, omnium aliorum iudicio, cùm tamen non nisi homo quoque sit, præferre: Insulsi quidem & arrogantis hominis, vix autem hominis esse Menippus affirmare solebat. Nunc verò sacræ Scripturæ interpretationem, quam Ecclesia, instinctu Spiritus sancti præsidis recepit, respuere, & pro sua volũtate augere, minuere: addere, detrahere, mutare, & vt semel dicam, peruertere, quid est, si hoc non est suæ professionis, & Christianæ modestiæ limites transilire, atque legem Dei ipsius filiam, pro cuius pudicitia vel mori oportuit, corrumpere? Vt doctis & pijs viris ipsa propter externum fũcum, amissamq́ue integritatem, apparere amplius, eo præsertim vultu non ausit: Imperitioribus autẽ, qui verum à falso propter maximam similitudinẽ discernere non possunt, omnium malorum procreatricis hæresis, dux iam sit & magistra, quæ vita & salus esse debebat. Vt vehementer mirum sit, quorum facta imitantur, eorum exitus non perhorrescere. Iosephus enim & Eusebius auctores sunt, Theopompum philosophũ, & Theodectem poetam, quòd sacras Iudęorum leges peruertere, & suo more in alios vsus transferre conarentur, à Deo, earum auctore & patrono grauissimè punitos esse. Et ille quidem propterea mẽtis, hic verò oculorum cæcitate percussus: ambo tamẽ vbi peccatum suum agnouissent, restituti sunt. Re autem ipsa omnibus

apertè

Digitized by Google

apertè probantes, quàm periculosus ludus sit, cum Deo, eiusque sacrosanctis legibus, scripturæque iocari. Legere, rectè intelligere, & secundùm eas viuere semper, iudicare, & pro sua libidine priuatim interpretari, figere atq; refigere nunquam permissum fuit. Ideoque cæteri poetę & historici ab ea planè abstinuerunt. Iosephus ex Acatio. Ad hunc ergo modum Optimus Rex Ptolomæus Alexandrinam bibliothecã instructissimã, & pretiosissimis libris ornatissimam reddidit. Cui, vt in necessarios Reip. vsus in perpetuum conseruaretur, post Demetrij mortem doctissimi semper viri præfuerunt. Nam Callimachus Historicus filius Batti, à Ptolomæo Philadelpho vsque ad Euergetem præfuit. Sub Ptolomæo Euergete Eratosthenes Cyrenæus, Callimachi discipulus, qui primus vniuersum totius orbis circulum 252. stadiorum esse prodidit, vndè & orbis terrarum mensor appellatus est. Huic successit Apollonius Rhodius; qui Aristonium poetam Comicum successorem reliquit, à quibus & conseruata semper & aucta est. Sed cùm Achilles regiæ militiæ præfectus, Iulium Cæsarem, occiso Pompeio inuaderet, Cæsar proxima circa regiam tecta incendi mandauit, vt igni hostem arceret. Qui ignis præter pulcherrimas domos, nobilissimam quoque bibliothecam, quam Ptolomæus Philadelphus instruxerat, absumpsit, & septingenta lectissimorum librorum millia perierunt. In ipso prælio, inquit Eutropius,

Naucler. generat. 61. Francis. Patritius l. 8. de institut. reipub. c. 15. Antonius Sabellicus, lib. 7. Ennead. 6.

Digitized by Google

Eutropius in epitome belli Galli ci Iulij Cæsaris.

tropius, regia classis ad terram subducta iubetur incendi. Ea flamma cùm partem quoque vrbis inuasisset, quadraginta millia librorum, proximis fortè ędibus condita, exusſit. Singulare profectò monumentum studij curæque maiorum, qui tot tantaq; illustrium ingeniorum opera congesserant. Vnde quamlibet hodieque in templis existant, quæ & nos vidim⁹, armaria librorum, quibus direptis exinanita ea à nostris hominibus, nostris temporibus memorent, quod quidem verum est: tamen honestius creditur, alios libros fuisse quęsitos, qui pristinas studiorum curas æmularentur, quam aliam vllam tunc fuisse bibliothecam, quæ extra quadringenta millia librorum fuisse, ac per hoc euasisse credatur. Aulus verò Gellius scribit, quòd ille librorum numerus priore bello Alexandrino, dum diriperetur ea vrbs, non spontè, neque opera consulta, sed à militibus fortè auxiliarijs, (vt Volaterrano etiã placet) incensus sit. Quæ tamẽ paulò post restituta videtur. Nam Domitianus Imperator Romani imperij bibliothecas reparaturus, misit Alexandriam viros doctos, qui libros describerent, & alibi repertos, descriptósue cum Alexandrinis conferrent, emendarentque, vt Tranquillus & Aurelius Victor in vita eius scriptum reliquerunt. Et nouam, minorem, veterisque filiam suo tempore ad Serapium florẽtem extitisse scribit Tertullianus. In qua Symmachi, Aquilæ, Theodotionis, reliquorumq; Interpretum transla-

Tertul. Apol. c. 19.

tiones,

Digitized by Google

ctiones, & doctissimi commentarij, auctore Epiphanio, asseruabantur. Cùm ergo Alexandrini circa bonas artes diligentissimi essent, doctissimosque viros in vniuersum terrarum orbem effunderent: Romanorum Imperatores summo in honore eam vrbem habuerũt, & ne tam præclaræ artes perirent, maximos sumptos ad conseruandam scholam Alexandrinam impenderunt. Mahometistæ autem omnis pietatis, & optimarum artium osores, tam vetus, tam nobile, tam frequens Gymnasium, quod supra duo annorum millia floruerat, à Regibus Aegypti, & Imperatoribus Rom. hactenus conseruatum, abolere voluerunt, vt hominibus barbaris liberrimè imperitare possent.

Epipha. de ponderibus & mensur.

Quòd autem Ptolomæus Rex bis ad Eleazarum pontificem scripsit, primò vt libros, deinde vt interpretes mitteret, probat Iustinus Martyr, ad Antoninum Pium, & Augustinus lib. 18. ca. 42. de ciuitate Dei. Vtramque epistolam propter antiquitatem, & certitudinem historiæ huic loco inserendam putaui. Prior ergò qua Ptolomæus Rex libros petijt, apud Epiphanium, in lib. de ponderib. & mensuris in hunc ferè modum recitatur:

REX PTOLOMAEVS IVdæis Doctoribus Hierosolymitanis multum gaudij.

Bibliothecam construxi, & multitudinem librorum ex singulis gentibus collectam

in eam reposui. Quia autē audiui quòd etiam apud vos habeantur libri prophetarū, de Deo & mundi creatione tractātes, etiam hæc cum alijs consecrare concupiscēs, scripsi quod eos nobis mitteretis. Quod enim honoris gratia & non ob curiositatem, neque malignitatem, huius rei cupidus sim, sed fidei gratia, & amoris ergà vos hanc petitionem faciam: ex nostra in vos beneuolentia, si in memoriā reuocaueritis scietis. Meministis sanè quòd captiuos multos ex patria vestra abductos, & in Aegyptum nostram patriam deductos, cum multo viatico, & non vulgari cura ipsorum habita liberos dimiserim: sed & percussos & saucios sanos remisi, & nudos indui. Sed & nunc mensam auream pretiosissimis lapillis ornatam, ponderis centum talentorum, pro mensa accepta à sancto loco Hierosolymorum dimisi, vnà cum donis & pretiosis thesauris reponendis in loco sancto. Horum itaque narrationem feci, quò cognoscatis, quòd ex voto & pietate libros petam. Valete.

Iudæi cùm hanc regis epistolam, & pretiosissima munera accepissent, vehementer gauisi sunt, & eius petitioni vt responderent, viginti duos libros genuinos & certos, septuaginta verò duos apocryphos, aureis hebraicis literis descriptos remiserunt. Quos cùm nec ipse rex, nec eius Consiliarij legere possent: aliam ad eos epistolam, qua Interpretes euocarentur dare oportuit, quæ eodem loco in hæc verba recitatur.

PTO-

PTOLOMAEVS REX PIEtatis Doctoribus Hierosolymitanis multum gaudij.

THesauri absconditi, & fontis obsignati, quæ est vtilitas in vtrisque? Sic etiam librorum ad nos missorum doctrina se habet. Quia enim nõ possumus eos legere, nulla erit nobis hinc vtilitas: Idcirco dignemini interpretes nobis mittere, exactè eruditos in Græca & Hebraica lingua. Valete.

Eusebius autem libri 8. de Præparatione Euangelica, cap. 1. & Iosephus lib. 12. antiquitatum Iudaicarum, cap. 2. & aliter, & fusius eam recitarũt: quocirca ne & hic aliquorum studijs defuisse videamur, vtramque & regis ad Pontificem, & Pontificis ad Regem epistolam subijciemus.

PTOLOMAEVS REX ELEAzaro Pontifici Iudaorum salutem.

NOn ignoras, multos Iudæorum in regione habitare nostra, qui ab Hierosolymis Persarum tempore, quo illi regnabant abstracti fuerunt: quorum multi cum patre nostro in Aegyptum ingresi maiori mercede in legionibus conscripti sunt. Cumque fideles inuenisset, in præsidijs eos collocauit, vt eorum fortitudine, animos Aegyptiorum comprimeret. Nos etiam postquam regni habenas suscepimus, humanius tuos tractantes plures quàm centum millia captiuos redemimus, ac liberauimus, conuenienti mercede dominis

Digitized by Google

deposita, & si quid impetu multitudinis perperam gestum est, totum correximus. Putauimus nimirum id maximo Deo gratum fore, qui tantum regnum cum pace & gloria nobis commẽdauit. De tuis etiam, florentes ætate, volentesque militare, cum dignitate aliqua in exercitu cõstituimus, & apud nos nonnullos admisimus. Quia igitur volumus & tibi, & Iudæis, tam præsentibus quàm futuris gratissimum facere: decreuimus vt lex vestra literis græcis ex hebraica lingua transferatur, & vestra quoque volumina cum alijs regijs libris in bibliotheca nostra inueniãtur. Rectè igitur feceris, & nostro studio condignè, si viros probos & seniores, peritos legis, & græcè linguæ non ignaros, sed ab vnaquaque tribu elegeris. Oportet enim, quoniam res quàm maxima est, illud eligatur, in quo plures conueniẽt Interpretes. Hac re gesta haud paruam nobis gloriam consecuturos arbitramur. De his autẽ rebus latius tecum loquentur Andreas de intimis cubicularijs & Aristæus. Qui & primitias ad vasa & sacrificia in templum portant, argenti atque auri pondus non contemnendum. Scribe tu quoq; ad nos de quibuscunque volueris, gratum enim id nobis erit, & amicitia nostra dignum, & quàm primum curabimus. Vale.

ELEAZARVS PONTIFEX
amico vero, Ptolomæo regi salutem.

SI tu, & Arisnoe regina, & soror, & filij vestri valetis, benè est, & vt volumus fit: ipsi quoque

Digitized by Google

quoque valemus. Magno gaudio affecti sumus, quandò per literas tuas bonam erga Iudæos voluntatem tuam cognouimus. Itaque vocato populo publicè tuam epistolam legimus, vt scirent quantam in Deum nostrum habeas pietatem: ostendimusque viginti aureas phialas, quas misisti, & argenteas triginta, & crateras quinque, & mensam argenteam ad sacrificandum, aliaque facienda, quibus templum egeret, ac argenti talenta centum, quæ Andreas & Aristæus homines probi & docti, & te digni, abs te nobis tradiderunt, quibus & latius diximus, quæ visa sunt. Omnia namque quæ tibi conferunt, etiam si præter naturam essent, tui petentis gratia efficere parati sumus. Plurima namq; & maxima, & quæ nunquam obliuisci poterimus nostro generi beneficia contulisti. Quare ilicò pro te, & regina, & filijs & amicis tuis sacrificia obtulimus Deo, orauitque vniuersus populus, vt cuncta tibi sicut vis succedant, atq; regnum tibi cum gloria Dominus omniũ Deus conseruet. Præterea vt diuinæ legis commodè & securè fiat traductio, sex ab vnaquaq; tribu seniores elegi, quos ad te cum libris destinaui. Rectè igitur facies rex optime, exquisitisimè traducta scriptura curare, vt ad nos illi viri reuertantur. Vale.

Memphiticum Gymnasium.

MEmphis non solùm propter religionem, cultumq; Deorũ, & Regum sepulturam celebris, verùm etiam sapiétiæ studio florentisima

tissima olim vrbs fuit. Nam Abraham Patriarcha è Mesopotamia in Aegyptum profectus, hîc habitasse, & variarum artium doctrinam importasse creditur. Quas eorum Vates (sic enim professores appellabantur) tam superstitiosè colebant, vt ex rerum naturalium obseruatione, & astrorum cursu etiam futura se regibus prædicturos pollicerentur. Cùm verò sæpe, quæ ipsi ex coniecturis quibusdam futura prædixerāt, euenirent, à potentissimis regibus, & amplissimis rebuspub. de futurarum rerum euentu frequenter consulebātur. Sicut Milesij multa præclara responsa de Darij Regis interitu, & Alexandri Magni diuino ortu, atque victoria retulisse gloriabātur. Aegyptum quoque in Romanorum potestatem aliquando venturam prædixerant, & tunc liberam fore, cùm Romani fasces in eam venissent. Laonicus Chalcocondilas & maximā dicit hanc vrbem esse, & vix vllam melioribus legibus gubernari, quodque eorum Rex siue sacerdos Mechmetis leges optimè interpretari credatur, plurimi earum gratia eò proficiscantur. Addit præterea multos ibi habitare Christianos, multos quoque Mechmetistas, Iacobitas. Armenios, Monothelitas, Manichæos, &c. Græcorū philosophi, vt eorum artes perdiscerent, in Aegyptū profecti sunt. Vt de Pythagora refert Hieronym' epistola ad Paulinum. Io. Bohemus lib.1.ca.5.de gentium ritibus scribit Iudices Memphiticos ex optimis & præstantissimis legi solere, vt hoc

Hier. in c. 19. Esaiæ, & ca. 30. Ezech.

Strabo l.7.

Rhodog. l. 16. cap. 2.

Con-

Cōſiſtorium, Athenarum Areopago, aut Lacedæmoniorum Senatui non cederet.

Heliopolitanum Gymnaſium.

HEliopoli etiam vrbe clariſsima, omne diſciplinarũ genus præſtantiſsimi viri olim tradiderũt. Nam præter ampliſsimas domos, in quibus ſacerdotes, homines philoſophiæ & Aſtronomiæ deditiſsimi, verſabantur. Philoſophorum quoque Græcorum habitationes ſe vidiſſe ſcribit Strabo. Heliopolitanique ciues omnium Aegyptiorum doctiſsimi, & habebantur vulgò, & erant quoque, vt auctor eſt Herodotus. Fuerunt enim aut ipſi Iudæi, qui cum Oniæ ſacerdote, metu regis Antiochi ad Ptolomæum Epiphanem confugerant: aut ipſorum ſucceſſores & diſcipuli. Hic Dionyſius Areopagita, eo tempore bonis artibus operam dabat, quando propter mortem Saluatoris noſtri ſol obſcuratus, & tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſum orbem terrarum, quod ipſe refert in epiſtola 7. ad Policarpum. Sic ergo in Aegypto bonarum artium atque linguarum ſtudia olim florebant, vt omnes alias prouincias longè ſuperaret: Sed iam philoſophorum Gymnaſia & Muſis ſacra loca in vaſtam ſolitudinem redacta ſunt, inquit Aeneas Gaza in Theophraſto ſuo.

Vincent. lib. 6. ſpeculi, cap. 54.

CANOPENSE.

CAnopi, ait Ruffinus lib. 2. cap. 26. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, ſub prætextu Sacerdotalium literarum (ita enim appellant antiquas

Aegyptiorum literas) magicæ artis erat penè publica schola. Quem locum velut fontem quendam atque originem dæmonum in tantum venerabantur pagani, vt multo ibi maior celebritas, quàm apud Alexandriam haberetur. Sed de huius quoque monstri errore, cuiusmodi originem tradant, absurdum nó erit paucis exponere. Ferunt aliquando Chaldęos ignem Deum suum circumferẽtes, cùm omnium prouinciarum dijs habuisse cõflictum, qui scilicet si vicisset, hic esse Deus ab omnibus crederetur. Reliquarum prouinciarum dij, æris aut auri, argentique, aut ligni, vel lapidis, vel ex quacunque materia constabant, quæ per ignem proculdubio corrumperetur. Ex quo fiebat, vt ignis locis omnibus obtineret. Hæc cùm audisset Canopi Sacerdos, callidum quiddam excogitauit. Hydriæ fieri solent in Aegypti partibus fictiles, vndiq; crebris & minutis admodum foraminibus patulæ, quibus turbida aqua desudans, defecatior ac purior redditur. Harum ille vnam çera foraminibus obturatis, desuper etiam varijs coloribus pictam, aqua repletã statuit in Deum. Et excisum veteris simulachri, quod Menelai gubernatoris ferebatur, caput desuper positum diligenter aptauit. Adsunt post hæc Chaldæi: itur in conflictum: circa hydriam ignis accenditur, cera qua foramina fuerant obturata resoluitur: sudante Hydria ignis extinguitur. Sacerdotis fraude Çanopus Chaldæorum victor ostenditur.

BABY-

Digitized by Google

BABYLONIA.


HAVD minori studio Babylonij, & Assyrij bonas artes statim à diluuio colere cœperunt, quàm Aegyptij, & in perscrutandis rerum & diuinarũ, & humanarum naturis egregiè, vtiliterque laborârunt. Quia propter planiciem, magnitudinemque regionum, quas incolebant, cùm cælum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, traiectiones, motusque stellarum obseruare potuerunt, quibus notatis, auctore Cicerone, quid cuique significaretur, memoriæ prodiderunt. Atque hoc quidem tam accuratè, vt Philo Iudæus artem astronomicam & genethliacam præ cæteris nationibus elaborasse scribat, terrena sublimibus, & sublimia terrestribus coaptantes, & velut Musica quadam ratione ostendentes rerum omnium pulcherrimum concentum, per istos vniuersi partium affectus mutuos disiunctarũ quidem locis, sed cognatione non item. Postquam verò bonarum artium, præsertim Mathematicarum studia aliquandiu floruerant, Sameis Nanias Semiramidis reginæ filius, quòd religiosus & doctus erat, templa deorum ornauit, & eruditorum hominum scholas liberaliter auxit, atque noua quædam Gymnasia introduxit.

Cicero lib. 1. de diuinat.

Philo in lib. de migratione Abrahami.

DE

De Professorum secta, auctoritate, & ratione institutionis.

BAbyloniorum & Assyriorum Doctores, Chaldęi dicebantur, qui vt cęlum ipsum, quod inter omnes creaturas præemineat, Regem sensibilium non incommodè quis dixerit: ita scientiam rerum cælestium, cuius diligentissimi professores erant, reginam & dominam scientiarum propter excellétiam vocabant, auctore Philone. De naturalium principijs variè disserebant.

Libro de congressu eruditionis gratia.

Chaldæi, Babyloniorum antiquissimi, ait Diodorus, eum locum in sua republica, quem in Aegypto Sacerdotes obtinuerunt: ad cultum enim Deorum deputati, tota vita philosophabantur. Repetit Bos. lib. 6. de statu cap. 3.

Mundum nec principium habere, nec interiturum, corpora cælestia lege quadam atque iudicio ita moueri, vt suo cursu tam bona quàm mala singulis hominibus prouiderent. Præcipuam verò & propè diuinam vim Planetis inesse arbitrabantur, quos velut diuinæ voluntatis interpretes diligentius cæteris obseruabant. plurimaque ex eorum inspectione Dario, Alexandro, & Romanis prędixisse creduntur. Quapropter tantæ in Republica eorum auctoritatis fuêre, vt ipsis regibus quodammodo imperare viderētur. Qui eos à dijs immortalibus & bona impetrare, & à Republica auertere mala iudicabant. Diuturna enim syderum obseruatione, scientiam putabantur effecisse, vt Cicero refert, qua non reipub.

Cicero li. 1. de Diuin.

Digitized by Google

pub. tantùm cõsulere: verùm etiam quid singulis euenturum, & quo quisque fato natus esset, prædicere possent. Aduersus quam falsam eorum opinionem, præter veros Iudæorum prophetas, M. Cicero & Phauorinus philosophus eleganter copioseque disseruerunt. *Cic. li. 2. de diuinatione. Gel. l. 14. c. 1*

Et Horatius lib. 1. carminum:

Tu ne quæsieris scire nefas, quem mihi quem tibi
Finem Dij dederunt, Leuconoë, nec Babylonios
Tentaris numeros.

Somniorum præterea interpretandorum peritiam vsurpabant. Veteres ergo Chaldæi tam integrè bonarum artium studia coluerũt, & rerum naturalium causas perscrutati sunt, vt eorum auctoritas apud exteras nationes, magnum pondus haberet. Nam Aristoteles: Præclarè, inquit, nobiscum agetur, si hoc sibi quisque nostrum persuadeat, veterum, maximeque Maiorum nostrorum, veras esse sententias, de immortalitate, ac diuinitate cuiusdam eorum, quæ mouentur, sed ita mouentur, vt eorum motus terminum non habeat, sed potius cæterorum sit terminus. A Babylonijs multa de singulis syderibus fide digna accepimus. Et Democritus Abderites, atque Pythagoras mathematicarum artium studio, ad Chaldæos in Babyloniam profecti sunt, vt post Strabonem & Valeriũ Eusebius & Clemens perscripsêre. Posteriores verò optimis artibus, quas incorruptas à maioribus acceperant, per superstitionem abusi, summa impietate humanam vitam impleuerunt, inquit Philo. *Arist. li. 2. de Cælo. Euse. li. 10. præparat. Euang. c. 2. Clemens li. 1. strom.*

Digitized by Google

Philo. Babyloniorum verò iuuentus ad aliarum gentiũ ſcholas non mittebatur, ſed Chaldæi tam fideliter ſtatim à teneris erudiebant, vt in omni literarum genere præſtantiſsimi viri euaderent. Porrò Theologiam primò quidem ab Aegyptijs, auctore Luciano, deinde ab ipſis Iudæis, qui eam in Aegyptum quoque intulerãt, & hanc ipſam perfectius, & reliquas etiam artes acceperunt. Nabuchodonoſor enim Rex conſtituit eruditiſsimũ Danielem Prophetam, Ptincipem vniuerſæ Babylonis, præfectum, atque magiſtrum ſuper omnes ſapientes, hariolos, & Magos. Vt Iudæorum captiuitas & miſeria, Babyloniorum maxima felicitas eſſet, quippe à quibus ſynceram religionem, & veram Philoſophiam perdiſcerent, ſicut in decimum caput Danielis vetuſtiſsimi authores comprobárũt. Quocirca poſterioribus temporibus proximè ad Iudæorum linguam acceſſerunt 22. literis vſi eodem ſono, ſed diuerſis characteribus. Et Saluator noſter Chriſtus Ieſus, omnes homines promiſcuè ad agnitionem ſui vocaturus; acerbiſsimè paſsionis tempore vtraq; lingua vſus eſt. Græcam verò philoſophiam, præſertim Stoicorum primus in Babyloniam intulit Archidemus Athenienſis, auctore Plutarcho. Syrum & Chaldæum ſermonem non fuiſſe Hebræum, inde colligit Beda, tractatu de linguis gentium, quòd in Daniele legitur: Hebræorum pueros didiciſſe linguam, quam nõ nouerant.

Daniel. 2. Ioſeph. libr. 10. ca. 12.

Hieron. prologo Regum, & Daniel. Epiphanius hereſ. 69.

De

De Babylonijs narrat Ioannes Bohemus lib. 2. de moribus gentium cap. 3. Cùm nullus ab initio apud eos esset Medicorum vsus, lege cautum erat, vt qui ægrotare cœpisset, eos de morbo consulerent, qui eodem morbi genere laborauerant, medicamque ad id leuandum opem aliquam experti fuerant. Sæpe ægrotos in publicum deferebant, vt ex lege, qui aliquando ægrotassent, malè affectos circuirent, docerentque singulos, qua ipsi ope adiuti aliquando defuncti morbo essent.

Qui cum vxore noctu congressus erat, nihil quicquam vterque tangebat, quàm lotus esset, eodem.

Puella pro virgine ducta si flagitij conuicta fuerit, lapidibus obruitur, vel viua crematur. Et qui alteri desponsatam virginem non inuitam stuprauerit, vterq; extremo supplicio afficitur. Bohemus cap. 4.

Ignem pro Deo adorabant Chaldæi & Babylonij. Iccirco Abrahamum ab ista idololatria Deus eduxit. Cumq; Abraham è regione Chaldæorũ migrasse legitur, hoc illi Hebræi de igne Chaldæorũ intellexerũt. Quasi Abrahamus incẽdio Chaldęorum cõbustus fuerit, quòd ignem, quem Iudæi colebant, adorare nollet, vnde illum Deus liberauerit. Hieronymus de tradit. Hebraic. in Genesim.

Quòd ignẽ adorarint, & aqua, cùm ignem extinxisset, loco ignis coli cœperit, narrat Ruffinus Historiæ Ecclesiast. lib. 2. cap. 26.

PHOE-

Digitized by Google

PHOENICIA.

PHœnices ab ingenio, atque eruditione, & circa bonas artes studio mirificè ab historiarum scriptoribus commendantur. Adeò quidem vt pleriq; non Arithmeticæ solùm, verùm etiam literarum, quæ omnium artium prima elementa sunt, inuentionem ipsis tribuere non vereantur. Præcipuè eorum vniuersitates fuerunt.

Berytensis Vniuersitas.

BErytus siue Barutus, clarissima Phœniciæ vrbs, optimarum artium studio, præ cæteris olim florentissima fuit. Imperator enim pulcherrimam ciuitatem, & legum nutricem meritò appellari fatetur: gloriosissimique Romanorum Imperatores propter bonas literas Metropolitano nomine, & dignitate eam exornare voluerunt. Vt autem Ius ciuile Romanorum publicè doceretur, Principum auctoritas indulsit, auctore Bartholo. Quod vt rectiùs ibi floreret, Dioclet. & Maximinus magnis priuilegijs ornârunt. Quorum ad Berytensis Academię studiosos rescriptum apud Iustinianum in hæc verba recitatur: Cùm vos confirmetis liberalibus studijs operam dare, maximè circa IVRIS professionem, consistendo in ciuitate Berytorũ, prouinciæ Phœnicis, prouidentes vtilitati publicæ, & spei vestræ, decernimus, vt singuli vsque ad 25. annum ætatis suæ non auocentur. Professores etiam vt rectiùs Iuuentutem erudire possent, à tute-

à tutela & cura excuſabantur. Cùm ergo nullis externis rebus impedirentur, ſed ſuum officium quiſque diligenter faceret: eius Vniuerſitatis profeſſores clariſsimi viri & habebantur & erant. Dorotheus enim vir magnificus & quæſtor, Anatolius illuſtris, quorum opera Imperator in emendando Codice vſus eſt, Barutenſes Legum doctores fuêre. Gregorius etiam Ponticus Neocæſarienſis Iuriſprudentiam profeſſus eſt. Apollinaris verò ſenior Grammaticam docuit; & Apollinarem filium hęreſiarcham, Rhetoricæ profeſſorem reliquit. Seuerus quoq; ἀκέφαλος Antiochenę Eccleſiæ Epiſcopus, & Triphillius Epiſcopus Lederenſis, qui cùm ad cōcionem lectum pro grabbato, ornatus cauſa pronūtiaret, acriter à Spyridone ſanctiſsimo viro caſtigatus eſt, bonas artes Beryti ambo didicerunt. Verā Chriſtianam philoſophiam Beritenſes docuit Apoſtolorum Princeps Petrus, confirmauit autem ipſius diſcipulus Clemens. Vt vehemēter dolēdum ſit, quòd tam nobilis Academia horrendo terræmotu conciderit. Hoc enim maximo omnium dolore ſub Conſtantio Imperatore factum eſſe teſtatur Cedrenus. Etſi verò reſtitutam fuiſſe, & tempore Iuſtiniani floruiſſe conſtat. horribiliori tamē terræmotu rurſus abſorpta eſt, plurimique profeſſores atq; ſtudioſi ruentium ædificiorum mole perierunt, vt auctor eſt Agathias. Cumque Iuſtinianus eam inſtauraſſet, ecce paulò pòſt incendio vniuerſa vrbs conflagrauit, quod li-

Gloſ. §. fin. l. ſed & reprobari. ff. de excuſat. tut.

L. Vnica de emend. C. & l. 2. C. de vet. iure ennclea[...]

Volat. l. 16.

Niceph. li. 9. ca. 17.

Socrat. l. 4. ca. 27.

Niceph. l. 16. c. 29. & l. 8. c. 42.

quet ex epigrammatis Grçcorum. Ita accidit vt præclara ista legum Academia periret, ipsaque Iurisprudentia in Oriente languere inciperet. Quanta enim illa Academia fuerit, in hanc ferè sententiam indicat Nonius:

Balduinus præfat. Institut. & ad l. Si pacto, C. de pact.

Prius iniustitia vrbium vastatrix nunquam desinet,
Pacem turbans vrbium conseruatricem, quoad iudicauerit
Berytus, vitæ tranquillæ nutrix,
Terram simul & pontum inflexibili muro legum,
Vrbes terrificans, vna vrbs infinitas mundi.

In vita S. Amphiani legitur, quòd vrbs ista corruptissima fuerit, & pessimis moribus, atqne nefandis vitijs deprauata. Vt propterea à Deo punita videatur.

Valerius Probus Berritius, quem Gellius lib. 1. cap. 15. Grammaticum illustrem vocat, cùm centuriatum Romæ frustra petiuisset, præ tædio tandem ad literarum studia se cõtulit. Docuit autem non nisi pomeridianis horis, idque rarò, nec vnquam supra quatuor discipulos admisit. Reliquit autem non mediocrem syluam obseruationum sermonis antiqui. Hodie tantùm opusculum eius extat, de grammatica & de occulta literarum significatione. Petrus Mosellanus ad illum locum Gellij.

Sidoniensis Vniuersitas.

SIdonij multarum optimarum artium magistri, atq; astronomiæ, & arithmeticæ do-

Digitized by Google

ctissimi professores, reliquarumque philosophiæ partium doctrina clarissimi extiterunt. Nam antiquũ de atomis dogma, vt Posidonius refert, Moschi est doctoris Sidonij, qui ante res Troianas floruit. Hinc Brotus, cũ quo Strabo peripateticè philosophatus est, & Diodorus eius frater, & multi alij in omni literarum genere excellentissimi viri prodierunt. qui passim apud scriptores prędicantur Legũ professores atque studiosi, quotquot ex clade Berytensis Academiæ superfuerant, Sidonem vicinam vrbem profecti sunt. *Strabo li. 16.* *Rhodogi. nus li. 18. ca. 34.*

Dabiritensis Vniuersitas omnium aliarum prima.

AD Dabiritem quoque vrbem Phœniciæ haud procul ab Hebro publicum olim gymnasium fuit, quod omnium Academiarũ primã extitisse probat Annius in Xenophontem, quare scriptura ciuitatem literarum vocat. *Iosue 15. Iudic. 1.*

PERSIA.

PErsæ bonas artes ab Assyrijs & Babylonijs accepisse quibusdam ex eo videtur, quòd præter institutionem, cæterasque res, quæ ad literarum studia pertinent, eorum etiam literis ferè vtantur. Sed quod à Sacis aut Cymmerijs eas habuerint, Sacea eorum Festa declarãt, tam antiqua, vt originem ignorent. Etsi hanc Ianigenarum doctrinam, vt cęterę etiam gentes fecère, tur- *Epiphani. heresi 66.*

Digitized by Google

quet ex epigrammatis Grçcorum. Ita accidit vt præclara ista legum Academia periret, ipsaque Iurisprudentia in Oriente languere inciperet. Quanta enim illa Academia fuerit, in hanc ferè sententiam indicat Nonius:

Balduinus præfat. Institut. & ad l. Si pacto, C. de pact.

Prius iniustitia vrbium vastatrix nunquam desinet,
Pacem turbans vrbium conseruatricem, quoad iudicauerit
Berytus, vitæ tranquillæ nutrix,
Terram simul & pontum inflexibili muro legum,
Vrbes terrificans, vna vrbs infinitas mundi.

In vita S. Amphiani legitur, quòd vrbs ista corruptissima fuerit, & pessimis moribus, atque nefandis vitijs deprauata. Vt propterea à Deo punita videatur.

Valerius Probus Berritius, quem Gellius lib. 1. cap. 15. Grammaticum illustrem vocat, cùm centuriatum Romæ frustra petiuisset, præ tædio tandem ad literarum studia se cōtulit. Docuit autem non nisi pomeridianis horis, idque raro, nec vnquam supra quatuor discipulos admisit. Reliquit autem non mediocrem syluam obseruationum sermonis antiqui. Hodie tantùm opusculum eius extat, de grammatica & de occulta literarum significatione. Petrus Mosellanus ad illum locum Gellij.

Sidoniensis Vniuersitas.

SIdonij multarum optimarum artium magistri, atq; astronomiæ, & arithmeticæ doctissimi

Digitized by Google

ctissimi professores, reliquarumque philosophiæ partium doctrina clarissimi extiterunt. Nam antiquũ de atomis dogma, vt Posidonius refert, Moschi est doctoris Sidonij, qui ante res Troianas floruit. Hinc Beotus, cũ quo Strabo peripateticè philosophatus est, & Diodorus eius frater, & multi alij in omni literarum genere excellentissimi viri prodierunt. qui passim apud scriptores prędicantur Legũ professores atque studiosi, quotquot ex clade Berytensis Academiæ superfuerant, Sidonem vicinam vrbem profecti sunt.

Strabo li. 16.
Rhodoginus li. 18. ca. 34.

Dabiritensis Vniuersitas omnium aliarum prima.

AD Dabiritem quoque vrbem Phœniciæ haud procul ab Hebro publicum olim gymnasium fuit, quod omnium Academiarũ primã extitisse probat Annius in Xenophontem, quare scriptura ciuitatem literarum vocat.

Iosue 15. Iudic. 1.

PERSIA.

PERsæ bonas artes ab Assyrijs & Babylonijs accepisse quibusdam ex eo videtur, quòd præter institutionem, cæterasque res, quæ ad literarum studia pertinent, eorum etiam literis ferè vtantur. Sed quod à Sacis aut Cymmerijs eas habuerint, Sacea eorum Festa declarãt, tam antiqua, vt originem ignorent. Etsi hanc lanigenarum doctrinam, vt cętere etiam gentes fecere, tur-

Epiphani. heresi 66.

Digitized by Google

piter deprauârunt: vt ignem & aquam pro Deo colerent. Doctores verò Magi diligentissimi naturæ scrutatores cùm sint, per otiū, quo abundant, diuinas res contemplati, discipulos suos iisdem initiant mysterijs authore Philone: tantæque apud eos semper authoritatis fuerunt, vt regibus consilij capiendi gratia assisterent, & nemini regnare liceret, qui non ante Magorum disciplinam scientiamq; perceperat: Magi Persarum iudices sunt, præmiaque & supplicia decernunt, nec quicquam rectum habetur, quod ipsi non probarint. Et hactenus velut religionis magistri habentur, quibus etsi etiam Imperatores credūt, & obtemperāt propter sapientiam & sanctitatem, astrorū peritiam tenebant, auguria, insomnia, portenta interpretari solebant. Vnde factum, vt apud alias quoque gentes doctrina excellentes viri Magi dicerentur. Bos. lib. 6. cap. 2. de statu.

Cic. lib. 1. de diuin.

Dijs etiam immortalibus pro Repub. Persarum preces & sacrificia offerebant, eorundemque synceriorem cultum, leges, & iura Maiorum carmine comprehēsa iuuentuti, ad discendum proponebant. Iam verò si quid per amplissimum Persarū Imperium notatu dignum accideret, fideliter in historiam referebant. Quorum auctoritate Apollophanem sophistam premere videtur Dionysius Areopagita. Quicquid enim scripserant, publicam, vt Notariorum nostrorum, fidem habebat. Quam diligenter pueros in virtutibus

Bos. lib. 6. c. 3. de statu.

& hu-

Digitized by Google

& humanitate, bonisque literis à teneris erudiuerint, pulchrè describit Xenophon lib.1. de institutione Cyri. Hanc veterem Persarum disciplinā paulatim cum summo reipu. discrimine intercidisse deplorat Xenophon lib.8.

Olim enim ab anno 5. vsque ad 24. pueri discebant equitare, iaculari, sagittare, & in primis vera loqui. Disciplinarū verò magistris vtebantur continentissimis, qui fabulas, Deorum laudes virorumq; illustrium complexas, cum cantu, interdum voce tantùm ad vitæ institutionem referebant. Aëris sonitu in vnum locum ad discenda conuocabantur. Ad decursiones ducem sibi aliquem ex principum filijs eligebant. Campus, quem decurrebant, vt minimum habebat stadia triginta. Post cursum cibus simplex & tenuis dabatur. Ad ęstum & frigus perferendum torrentium transitu, in armis, madibusque vestibus exercebantur. Ioan. Bohemus lib. 2. cap. 7.

Primogenitus autem Regis filius diligentissimè educabatur. Nam anno 14. puerum suscipiunt hi quos Regios pædagogos appellant. Sunt illi profecti ex omnibus Persis, ea ætate electi pręcipui quatuor: sapientissimus, iustissimus, temperatissimus, atque fortissimus aliquis vir. Quorum primus magicam Zoroastri Oromansi filij docet: est autem ille Deorum cultus, atque idem tradit instituta regia. Secundus admonet, vt in omni vita sit verax. Tertius, ne vlla cupiditate supere-

Digitized by Google

tur. Quartus, impauidū illum & intrepidum reddit. Sicut ex Alcibiade Platonis colligitur: & Alexander Sardus lib. 2. de ritibus gentium cap. 11. ac Bos. lib. 6. cap. 3. de statu, cōfirmant.

De Gymnasiorum præfecto.

Li. 2. c. 13. QVem hodiè Vniuersitatis nostræ Rectorem vocamus, Persæ Archimagum appellant, quod ex Ecclesiasticæ historiæ Zozomeni non obscurè colligitur. Qui vt officium suum diligenter facia, & auctoritatem, quæ maxima est, honestius tueatur, quatuor libras auri in singulos mēses ex ærario percipi. Philosophiam suam sic illustrārunt, vt iam olim exterarum gentium prudentissimi eam admirarentur. Nam Pythagoras Italicæ Philosophiæ author & Princeps, ex Ægypto in Persiam profectus, Magorum exactissimæ prudentiæ se formandum tradidit, à quibus siderum motus, cursusque stellarum, & vniuscuiusque rei proprietatem atque effectum docili animo suscepit, authore Valerio. Alexandri verò Magni tempore optima quæq; Græcorum didicerunt, paulatimq; Græcorum philosophiam desiderare cœperunt. Nam eorum reges clarissimos è Græcia philosophos maximis præmijs euocārunt, sicut Magni Antaxerxis epistola declarat.

Abdias Babylon. lib. 6.

Valerius l. 8. c. 7.

Cic. lib. 5. de finibus.

Rex regum Antaxerxes Hystano Hellesponti præfecto salutem.

HIppocratis Medici Aesculapio prognati, ad me artis fama peruenit, da igitur operam

ram vt aurũ illi tribuas quantum vult, aliaq; quorũ indiget, & eum ad me mitte, erit enim par honore summis in Persia viris. Et si quis in Europa fuerit vir clarus, hunc amicum domui nostræ redde, minimè parcens pecuniæ, viri enim quanquam potentes haud facilè inueniunt, quod honestè cupiunt. Vale. Rursus omnium pulcherrimè Darius ad Heraclitum apud Diogenẽ: Rex Darius auditor tuus esse cupit particepsque Græcæ eruditionis fieri: venias igitur statim ad conspectum meum ac regiam domum. Apud me enim aderit tibi omnis honor, primatusque omnis quotidieque solicita obseruatio, & gratia collocutio, vitaq; tuis moribus probabilis. Sacram verò Theologiam à Simone & Iuda Apostolis Iesu Christi perceperunt. A qua etsi propter Magorum pertinaciam, libidinemque dominandi defecêre: tamen multò humaniores, meliores & prudentiores sunt, quàm Turcæ & Saraceni. Hi enim bonas literas obscurare atque extinguere prorsus conantur: illi verò contra colunt, ornant, venerantur que. Horum reges ἀμούσοι illorum ferè doctissimi viri sunt.

Volaterr. lib. 16. Anthropo.

Diogenes lib. 9. de placitis philosoph.

Persarum & Turcarum comparatio.

Euseb. lib. 8. cap. 36.

Ismael Persarum Imperator disciplinarum propè omnium studia, præ alto ingenio ad contemplationem rerum diuinarum ita referebat, vt vetere Magorũ arcano dogmate seipso, qui ambitiosum Sophi cognomen susceperat, admirabilior euaderet, cùm iam pridem cęlestis sapientię & diuinationis opinione incredibiles victorias & maximum

Iouius li. 14. hist.

Imperium sibi peperisset. Et Cosroes Mathematicarum artium peritissimus, Romani Imperij decreméta & ruinam prædicere potuit: Græcorũ Philosophiam sic callebat, vt summis in ea viris haud inferior haberetur. Nec Susis tantùm instructissima Bibliotheca erat, vt Methastenes scribit, sed in vrbis quoque Egbatanæ Bibliotheca Diarius, siue annales regum Persarum asseruabantur, quod ex libris Hester & Esdræ colligitur, ac in ciuitate Edessa locus doctrinarum celebris habebatur scholæ Persicæ, & auctor est Theodorus Lector Collectaneorum libro 2.

Zonor. lib. 3. annalium.
Volat. li. 14.

Est autem Persia Regio potentissima altis montibus circundata, fluminibus, & lacubus plena. Metropolis & Regia Persepolis dicebatur, Græciæ & vicinis formidabilis. Quam post Alexander Magnus expugnauit, maximumq; in ea thesaurum inuenit, quam multi Reges congesserant. Sicque Persæ & Medi cum 250. Monarchiã obtinuissent, ab Alexãdro subacti sunt. Tempore Natiuitatis Christi sub Romanis fuére. A quibus postea, sicuti multæ etiam aliæ prouinciæ Orientis defecerunt, rerumque potiti sunt; donec anno Christi 632. Saraceni eos iterum subiugarent, se lem Regni VValdacham vrbẽ, quæ Babyloni successit, facientes. Rex tamen illorum σοφη Maiorum suorum Imperiũ & gloriam strenuè recuperare nititur.

Matt. Quad. lib. 2. cap. 9. Geograph.

ÆTHIO-

ÆTHIOPIA.

AEthiopes etiam bonarum artium adeò studiosi extiterunt, vt literas quoque ipsas ex Aethiopia Aegyptios accepisse quidam asseuerent. Et Lucianus Samosatensis reliquos homines sapientia antecellere, & Astrologiæ peritiam vniuerso orbi tradidisse affirmet. Cùm enim propter regionis oportunitatem, lunam non semper eodem vultu apparere cernerēt, sed in varias sępe formas mutari: visa est ijs ea res disquisitione digna. Ideoq; ꝓpter admiratione eius causas & rationes inquisiuerunt, eo vsq; progressi, vt admirabiles euaserint. Nam illorum Doctores Balsamati & Tengnati quando ad supremum eruditionis gradum conscenderint, omne doctrinarum genus diligentisimè interpretantur. Præsertim apud illos, qui Aegypto viciniores Abysini vocantur.

Viues ad c. 3. lib. 18. August. de Ciuit. Dei.

Abysinorū potentisimus Princeps, quem vulgo presbyterum Iohannem, illi Giam potentē, siue à pretiosisima gemma Bilulgiam vocant, 62. Regum Imperator Christianus, latisimè imperat. Ditisima regio est, metallorum omniū ferax. Etsi æris monetalis nullus vsus est, sed eius loco auro puro infectoque vtuntur. Europæos omnes Francos appellare solent. Christi cultum obseruant: sed diuersè ab Europæis: Nam circumciduntur omnes, etiam fœminę, atque etiam baptizantur,

Matth. Quadus lib. 1. c. 20. Geogra. enarrat. Bohem. de ritibus gentium. Sabellic. in Aenead. 10. lib. 8.

Digitized by Google

tur, in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti, post 40 dies ab eorum natali: quin etiam singulis annis rebaptizantur in die Epiphaniæ Domini; & omnibus baptizatis eodem momento sacram Eucharistiam ministrant. In templis suis more nostro campanas habent, sed plerunque saxeas. Missam celebrant, sed sacerdotes omnes, ac presbyteri matrimoniũ contrahunt. Quod tamen Monachi non faciunt, quorum ingens est numerus, vtriusque sexus, & innumerabilia ferè apud eos horum sunt monasteria. Sed in virorum monasteria neque mulier, neque animal vllum fœminei sexus intrat. Monachi ieiunium strictissimè obseruãt ad 50. dies: alij aqua & pane tantùm, alij solis herbis sustentantur: alij verò toto hoc tempore sub aqua permanent, vsque ad mentum. Hi Monachi comam nutriũt, sicut & laici, barbam tamen abradunt, ac crucẽ collo suspensam gestant. Presbyteri verò abradunt caput, & barbam nutriunt, crucemque in manibus, ad laicorũ differentiam, ferunt.

Monachorũ & clericorum mores.

Plebei duas, interdum plures vxores ducunt, absque vlla pœna: ijs tamen Ecclesiam ingredi non licet, diuortia tamen facere possunt. In summa Abyssinis est venerationi D. Thomas cognomento Didymus.

Cæterùm hunc Abyssinorum Imperatorem ex antiquissimo stemmate ortum ducere credunt, hoc est, à Dauide procreatum esse, stirpe vnius gentis in tot ætates propagata. atque ipsemet in suis titulis hoc affirmat. Solet autem

Imperatoris origo.

Digitized by Google

autem inſcribi ſic: N. ſupremus meorũ Regnorum à Deo vnicè dilectus, columna fidei, ortus ex ſtirpe Iuda, filius Dauid, filius Salomonis, filius Columnæ Sionis, filius ex ſemine Iacob, filius manus Mariæ, filius Nahu ſecundùm carnem, filius ſanctorum Petri & Pauli ſecundùm gratiam, Imperator ſuperioris & minoris Aethiopiæ, & ampliſsimorum regnorum, Iuriſdictionum, & terrarum, Rex Goæ, Caffares, Fatigar, Angolæ Barn, Baliguazæ Adeæ, Vanguæ, Goyame, vbi Nili fontes, Amaræ, Baguamodri, Ambeæ, Vanguci, Tigremachon, Sabaim patriæ Reginæ Sabæ, Barnagaſsi, & Dominus vſque in Nubiam, quæ in Aegyptum extenditur.

Aiunt ipſum non atro colore eſſe, vt reliqui ferè Aethiopes, ſed candido: ac decies centena millia hominum ad bellum inſtruere, quingentos Elephantos, equorumque & camelorum infinitum numerum.

Qui etſi potentiſsimns Imperator eſt, grauiſsimiſque maximi Imperij negotijs ſemper ferè inuoluitur: tamen rem literariam minimè negligit, ſed vacuas horas bonis artibus, præſertim hiſtorijs, & literis ſacris totas impendit. Quoniam veteris & noui teſtamenti libros ex Chaldaica lingua tranſlatos habet. Quanquam Chaldæam etiam linguam non ignorant, quia ad Sixtum pontificem Romanum legati ſacerdotes, Chaldæa lingua horas Canonicas perſoluebant, auctore Volaterrano. Iam verò Bohemus narrat, non paucos in

Iouius lib. 18. hiſtor.

Aethio-

Bohem. lib. 3. de moribus gentium cap. 26.

Aethiopia homines reperiri, qui non solùm omnium hominum vocem, auiumque cantus addiscere, effingere, atque imitari, verùm etiam simul interrogare & respondere, sorbere & flare possint, linguam dissectam habeant, & ferè duplicem, ad omnes necessarios vsus accommodatissimam, vt mirificè præ cæteris hominibus ad percipiendam sapientiam ab ipsa natura instructi esse videantur. Christiani quidem sunt, sed Græcorum erroribus corrupti. Sicut in Hierosolymitana Synagoga de Georgianis, Armenis, Iacobitis, dictum est.

Legibus etiam scriptis nó vtuntur, sed omnia ex æquo & bono iudicant. Ioan. Bohem. lib. 1. cap. 4.

Egregiam præterea Imperator bibliothecam habet, in qua prꝍter cꝍtera vetustissimorum scriptorum monumenta, liber Enoch, de quo supra mentionem fecimus, hactenus fideliter conseruatur.

INDIA.

INdiam, nobilem Asiæ partem, moderni quadripartitam faciút: Indiam intra Gangem fluuium, totius Indiæ florem: Indiam extra Gangem; Indiam oriétalem, & Indiam meridionalem. Ordines in repub. adeò distincti erant, vt alteri alterius exercitium vsurpare, vel vxorem ducere nó liceret. Si qua mulier Regem ebrium occidisset, munus habebat. Artifici manum oculumue

lumue adimere capitale erat. Sacerdotes & philoſophi dignitate omnes anteibant. Matthias Quadus lib. 2. cap. 1. Geograph.

Apollonius dicere ſolebat auctore Volaterrano, Indos multò acutiores eſſe Aethiopibus, quod in aere puriore verſarentur: & veriora de dijs, rerumque natura dicere, quia propius apud deos habitarent. Sapientes verò eorum Gymnoſophiſtæ dicebantur, quoniam non in vrbibus, quas India nobiliſsimas & florentiſsimas infinitas habere dicitur, ſed in ſolitudinibus vagi, nudiq; philoſophabantur. Futuras ſiccitates, ventos, pluuias, & variorum morborum genera regibus prædicturi, ab ortu ſolis vſque ad occaſum, fixis oculis, corpora cæleſtia contuebantur. Mundum hunc corruptibilem eſſe, & ſphæricæ figuræ, & à Deo gubernari, terramque in medio eius quieſcere aſſerebant.

Volaterr. 8, 13.

Plinius lib. 7. cap. 2. Iul. Solyn. cap. 55. August. lib. 15. cap. 10. de Ciuitate Dei.

Indorum ſapiẽtes cùm moriendi affectum induiſſent, prætestabantur quod diſcedere vellent. Indicãtes mortem philoſophos non timere, nec coactos, ſed ſponte emigrare. Aegeſippus lib. 5. cap. 53.

Animorum verò de corpore in corpus tranſitum ita defendebant, vt quinam olim extitiſſent ſcire ſe profiterentur. Nec Reipub. tantùm, & viuorum hominum, verùm etiam mortuorum curam gerebant, quaſi dijs immortalibus propter ſingularem continentiam, bonarumq; artium doctrinam chariores, ea etiam quæ apud Inferos agerentur, perſpicerent,

Gaza in Theophr. Strabo l. 15. Rhodog. li. 18. cap. 31.

cerent. Quare Apollonius omnium hominũ sapientissimos extitisse, atque adeò diuinæ naturæ participes affirmabat. Horum Rector & princeps, Iarchas in throno aureo philosophabatur eo tempore, quo Apollonius ibi studiorum gratia viuebat Qui patris & amicorũ nomina, & omnia quæ ipsi Apollonio per vniuersam vitam euenerant, quasi ea coram geri vidisset, verissime promptissimeq; recensere poterat. Deinde Buddam appellare cœperũt, à Buddo quodam omnis virtutis & sapientiæ, vti opinabantur, authore, & quasi DEO. Quem ex virginis latere, præter humanum nascendi morem procreatum scribunt: non secus atque Græci Mineruam ex capite Iouis prosilijsse fabulantur. Admonentes opinor suam iuuentutem, capitalem quendam adolescentiæ hostem, ingeniorumque oppressorem, & bonorum studiorum pestem existere incontinentiam, & voluptatẽ. De Oxidrachis scribit Volaterranus: Meritò sapientes, & sanctos appellari, quòd vrbem suam florentissimam oratione sola conseruare potuerint: hostes enim si fortè ipsis bellũ, aut iniurias inferre molirentur, Iupiter exoratus, tonitru & fulmine propulsabat. Haud mirum ergo si inter Christianos pij & eruditi viri, optimè de republica mereri, vigilijs & orationibus suis Deum placare, & grauissima bella auertere aque extinguere dicantur. Reliqui autem gymnosophistæ, præsertim apud Brachmannos circa educationem Iuuentutis diligenter occupabantur.

Euseb. lib. 5. contra Hieroclem.

Hier. lib. 1. contra Vigilantium.

Volat. li. 13.

Clemens l. 1. stromat.

Rhodog. lib. 14. C. 2.

Nam

Nam statim vt puer in vtero matris conceptus esse deprehenderetur, matri continentiæ pręcepta, & certas viuendi leges pręscribebāt, postquam verò natus atque in lucem editus erat, pro ratione ætatis elegantiores, & peritiores Magistros dabant. Et liberi non parentum arbitrio, sed eorum quibus id negotium publicè iniunctum fuerat, tollebātur, inquit Io. Bohemus, lib. 2. de moribus gētium, cap. 8. *Strabo l. 15.*

Ad hos antequam cibum caperent, quid eo die didicissent depromere cogebantur: qui vacui veniebant, sine cibo ad opus remittebantur. Alexander Sard. lib. 1. c. 13. Rhodog. lib. 11. cap. 1.

Qua ex re fiebat vt Matribus ipsis optimi liberi nascerentur, & rempubl. vtilissimis ciuibus replerent, atque in in omni doctrina & virtute pręstantissimos viros in vniuersum terrarum orbem India produceret. Refert enim doctissimus ille Clemens Alexandrinus, quòd Alexander Magnus, cùm victor in Indiam peruenisset, decem gymnosophistas ad decem difficilimas quæstiones respondere coegerit, quas tam dextrè fœliciterq; explicare potuerint, vt & ipsi Alexandro, magni Aristotelis discipulo cumulatissimè satisfacerent: & Græcorum philosophi, qui in exercitu erant, eorum sapientiam mirarentur. Alexander igitur Imperator Indorum sapientiam, eruditæ Græciæ (quæ omnes præ se velut barbaros contemnebat) ostentaturus, Calanum gymnosophistarum facilè princi- *Libro sexto Stromat.*

pem

pem hortari cœpit, vt secum proficisceretur, paraturus magnam gloriam in tota Europa & Asia. Quod vbi nó impetraret, per vim se abducturum minatus est. Cuius pręcepto Calanus animo præsenti respondit.

Calanus Alexandro.

AMici tibi suadent, vt cogas Indorum Philosophos: ne per somnum quidem conspicati nostras res, & nostra negotia. Corpora de loco ad locum transferas, animis inuitis nullã vim inferes, nihilò magis quàm si lateres & ligna cogas vocem mittere. Ignis corporibus viuis maximos dolores excitat non sine pernicie, hunc tamen nos despicimus, dum viui comburimur. Nullus Rex, nullus Princeps potest efficere, vt quicquam agamus præter animi sententiam. Non sumus Græcorum Philosophorum similes, qui diu meditatas orationes recitant in celebritatum conuentibus, apud nos res à verbis non discrepant, breui momento beatitudinem & fœlicitatem adipiscimur. Vale. An autem Calanum Alexander vt secum proficisceretur, permouere potuerit, incertum est. Rogum ingressurus Calanus Alexandrum breui post se moriturum dixit: quod & factum est, Cicero lib. 1. de diuinat.

Philo in li. Quod omnis probus liber. Et Ambros. lib. 2. epist. 7.

Strabo tamen quosdã gymnosophistas visos in Macedonia esse affirmat. Hoc certè inter scriptores cõuenit, plurimos Græcorum maximis laboribus eorum doctrinæ percipiendæ gratia, in Indiam nauigasse.

Bartho-

Bartholomæus Apostolus veram Christianam sapientiam Indis annuntiauit, sed Constantini Magni Imperio, ea, Deo adiutore, per vniuersam ferè Indiam cognitam propagata fuit. Quod pulchrè edisserunt Ruffinus lib. 1. Historiæ Ecclesiasticæ ca. 9. Socrates lib. 1. cap. 19. Nicephorus lib. 17. cap. 32. Pantænus quoque diuini verbi propagandi causa ad Indos profectus, apud quosdam fideles Euangelium à S. Bartholomæo Hebraico sermone expositum, inuenit. Niceph. lib. 4. cap. 32.

Hoc tẽpore cum syncera religione Christiana, à Serenissimis Inuictissimisque Hispanorum, & Lusitanorum Regibus, varia bonarũ artium Gymnasia, Vniuersitates & scholas acceperũt, & vetus ille asperior philosophandimos, ad mitiorẽ facilioremque, sicut in nostris Vniuersitatib. obseruatur, traductus est: vt quemadmodum vera pietate & religione nos ferè superant: ita bonis artibus nequaquã à nobis superentur. Nam Goæ totius ferè Indię metropoli collegium est sanctę fidei, tam celebre, quod vltra quingentos studiosos alere posit pro Regis & ciuium liberalitate extructum. Vrbis Themistitanæ in regno Mexicano philosophi, olim Druidarum superstitiones profitebantur, & Hieroglificis imaginibus annales cõscribere solebant, sed cùm Ferdinandus Cortesius eorum vrbe potitus esset, ad puriorem philosophiam (dociles enim, ingeniosissimi, & nostrarum artium admirato-

Socrates li. 1. ca. 19. Niceph. lu. 17. cap 32. P. Iouius lib. 14. hist.

Digitized by Google

res erant) facilè perduxit. Vrbe Mexicana, nouæ Hiſpaniæ, & vniuerſæ Americæ præſtantiſsima; reſidet Prorex & Archiepiſcopus, nonnunquam tribunal ſupremum nouæ Hiſpaniæ. In eadem eſt ars imprimendi, & cudendi monetam. Matt. Quadus lib. 6. ca. 2. geographicæ enarrat.

Epiſtolæ Iapanicæ teſtantur.

Incolæ Sinarũ regionis, quæ cum latiſsima ſit, ab ortu ſolis, ab occaſu vltimis Indiæ terminis diffinitur, ab auſtro Oceano alluitur: à Septẽtrione altiſsimis montib⁹ includitur, hi inquam, ingenio & bonis artibus excellũt, augurijs dediti ſunt, ſortibuſque euentura prædicere nituntur: Magos in honore habent. Mathematicas diſciplinas colunt, & aſtra diligenter obſeruant: in libris deſcribendis, & rerum memoria propaganda, æneis formis vti ſolẽt. Quarum vſus adeò antiquus apud illos eſt, vt qui primus eam artem excogitarit ignoretur. Vitamque cultui Gallico & Germanico non abſimili, varijs in rebus inſtituunt. Templa ampliſsma, multisque ſtatuis & picturis illuſtrata frequentant, & quamuis varia ſimulacra venerentur, vnum tamen Deum, rerum omnium opificem & rectorem, præcipuè colendum eſſe dicunt, eiq; potiſsimum ſupplices preces adhibendas. Vnius mulieris imaginem, quam appellant Nammam, quam aiunt eſſe apud Deum ſummam humani generis aduocatam, honoribus ſummis afficiũt. Eſt aliud apud illos ſimulacrum virginis, quã tradunt fuiſſe cuiuſdã regis filiam, & rerũ cæ-

leſtium

lestium cupiditate omnes opes humanas neglexisse, vt diuinarum contemplatione frueretur. In huius tutela Sinarum gentem esse credunt. Alius apud illos Deus sanè sanctus habetur. Sunt excellentes artifices, & egregij pictores. Ædes amplas ædificant, quibus homines religiosi, vt rebus diuinis vacent, includuntur. Similiter & virginum collegia, quæ religionē sanctius obseruent, instituunt. Literis operam dant: qui in illis maximos progressus habent, maximis honoribus afficiuntur. In studijs, genere antiquo sermonis vtuntur, imperitis ignoto, quemadmodum nos, qui artium maximarum disciplinis student, linguam Græcam aut Latinam perdiscunt. Qui iuri ciuili student, in magno honore sunt, Regē quasi quoddam numen cœleste colunt, qui tamen rarò admodum se conspiciendum exhibet. Respublica in tres partes est distributa. Principatum ij, qui in disciplinis & iuris studio valde profecerunt, obtinent. secundus honoris gradus militibus assignatur. Postremi ordinis sunt, qui artes fabriles colunt. In studijs quantum quisque profecerit, iudicio eorū, qui maximis artibus præsunt, examinari solet. Sunt autem ordines horum iudiciorum gradatim instituti, ita vt ei, qui infimi ordinis approbationem consequutus est, si velit ad altiorem locum dignitatis aspirare, sint grauiora doctiorum hominum iudicia subeunda. Vt auctor est Hieronymus Osorius lib. II. de rebus Emanuelis Regis. Qui libro 3. de Gloria scribit:

Digitized by Google

Quod Catay Synarum regionum vrbis amplissimæ ciues, bonarum artium studiosissimi nemini summum imperium committunt, nisi se probarit esse omni doctrina cumulatum. Nec enim in mandandis honoribus, aut generis aut fortunæ rationem habent, sed tantùm disciplinæ.

Omnes igitur qui principatum expetunt, in artium studia incumbunt. Vbi autem credũt se aliquam progressionem fecisse, ad certos iudices, huic muneri designatos accedũt, quorum suffragio aut indocti repelluntur, aut vt docti certis honorum insignibus, & minoris Iurisdictionis alicuius administratione ornantur. Qui autem diutius in studio permanere, & in maioribus disciplinis versari cupiunt, vbi certum cursum absoluerint, aliud iudicium longè grauius subeunt. Indicantur enim à viris multo doctioribus, quibus si satis fecerint, ad altiorem honoris gradum ascendunt. Quòd si adhuc ampliorem sibi honoris spem proponunt, plures annos in studio cõsumere, atque ordinatim alia atque alia doctissimorũ hominum iudicia subire oportet. Etsi pauci per omnes doctrinæ gradus ad amplissimum locum ascendunt, quod multos præstantior vis naturæ non paucos fortunę deficiat. Hi tamen pauci summum imperium in supremo rerum fastigio collocati administrant. Typographicæ artis peritissimos viros habent, qui libros nostro more inprimant, quorum longissima folia introrsus quadrata serię complicentur,

Typographia.

contur, cuius generis volumẽ ſuperioribꝰ annis Ioannes Luſitaniȩ Rex Pontifici Romano tranſmiſit. Vt Iouius affirmare auſit, eius artis exempla antequam Luſitani in Indiam penetrarẽt, per Scythas & Moſcos ad incomparabile literarum præſidium in hæc loca perueniſſe. Ex Iapania ſcriptæ Epiſtolæ teſtantur, quod Bandoi celeberrima Academia exiſtat, vbi à Synenſibus petitæ leges tradantur, quæq; ſit Bonzicæ religionis ſtudiorũ mater, philoſophi enim eorum Bonzi vocãtur. Præterea in Fianoiania populoſiiſsima vrbe Academiam eſſe, Pariſienſi celebriorem. Addunt Meacum Iapaniæ Metropolim florentiſsimam Academiam habere quinq; magnorum Collegiorum.

Nec procul inde alias quatuor Academias exiſtere, Coiæ, Nigri, Fraron, & Homi, quarum vnaquæque vltra quater mille, & quinquaginta ſtudioſos habet.

De ſeminario in Auia, Aria, Arimanenſi, Omura, literæ Iapanicæ loquuntur.

Bungi ſeminarium eſt, in quo Europæi addiſcunt linguam Iapanicam, & contra Iapones Latinam & Luſitanicam. Bandi floret ſtudium Benſiorũ, quod dicitur eſſe maius Vniuerſitate Parilienſi, concurrentibus eò Iaponibus, gradus illius acquirendi gratia, quem valde ambiunt, partim honoris ergò, quo ibi afficiuntur, partim propter redituum magnitudinem Maurocri olim ſtudium omnium artium & ſcientiarum fuit: hodie Grammaticæ,

ticæ, Poesis, Astrologiæ, & legum eius gentes studia tractantur. Quorum gratia Taloſi, Numidæ, atque ex tota Arabia huc confluunt. Fes floret studium legum & Medicinæ. Adr. Ro. in theatro vrbium. Gregorius XIII in Iapania tria Collegia erexit, Papirius Massonus in vita.

Iapanici verò naturæ ordinem in scribendo obseruant. Vt sicut homini os natura sublime dedit, ita literas à summo deorsum pingant. Quanto longius Indi præ cæteris olim à veritate aberrabant, vt Laonicus Chalcondolas, & Iapanicæ epistolæ testantur: tanto iam in pietatis & sapientiæ studijs excolẽdis & promouendis excellunt. Philosophorum duo genera erant apud Indos, teste Megastene. Quorum Brachmanes illi Germanes dicebantur. Præstabant Brachmanes, quòd eorum decreta magis consentanea viderentur.

Brachmannos ex Abrahæ posteris originem ducere, & secretiorem quandam doctrinam, siue cabalam retinere, affirmat Postellus in Hetruria.

Sacerdotes & Philosophos suos Indi valde honorabant, & vbiq; immunes habebantur.

Habebant quoq; Ephoros, qui omnia, quæ in India agerentur, inspicerent, & ad Regem referrent. Consilijs publicis pauci præerant, nobilitate & prudentia insignes, ex quibus Duces & Principes eligebantur.

Benedicendi artem non discebant, sed simplex apud ipsos erat eloquentia, communis-

que

Digitized by Google

que omnibus præcipiens, non mentiri.

Medicini loco erat parsimonia, quæ illaqueos potest curare dolores, & procurare ne veniant. Ioan. Bohemus de moribus gentium lib. 2. cap. 8.

Cosmus Turnianus Theologus Societatis Iesu, literis Bungo scriptis, anno 1591. 7. Id. Octob publica, inquit, administratio est triplex. Principem omniũ tenet locum supremus religionum Antistes, cuius decretis, ac scitis, omnia publica, priuataque sacra subiecta sunt. Nascẽtes præterea Bonziorum sectæ nullam existimationẽ vel auctoritatem obtinent, nisi eas idem suo diplomate, ac testimonio comprobauerit. Tondos etiam (qui veluti Episcopi sunt) tametsi eorum nominatio, quæ dicitur, quibusdam in locis penes regulos sit, confirmat tamen, & creat ipse; qui deinde magno apud summos infimosque in honore sunt, & sacerdotia conferunt. Iam verò priuilegia quoque & immunitates à profanis muneribus ab illo petuntur. Nam quæ leuiora sunt, vt carnis gustatus religiosis diebus, cùm ad idolorũ delubra vulgo peregrinantur, aliaq; similia, eorũ potestas penes Tondos est. Porrò Sacerdos hic maximus tametsi apud Sinas ab eruditione, ac sapientia apud Iaponios, tamen vel à stirpe, vel à nobilitate, & pecunia legitur, latè admodum imperat, magnisq; vectigalibus fruitur, & cum profanis Regibus sæpe certat. Bos. lib. 6. de statu, cap. 3.

Digitized by Google

Vbi etiam ex Megaſtene & Strabone addit; Dicút totam Indorum multitudinem in ſeptem genera diuidi, quorum Philoſophi honore antecedunt, numero paucifsimi ſunt. Nono anno incipiente Philoſophi omnes ad Regis fores conueniunt, & quicquid ſinguli compoſuerunt vel obſeruârint, in medium proferunt. Vbi quis ter falſus fuiſſe deprehenditur, ei per totam vitam ſilentium indicitur: qui vera dixerit, immunis & ab omni tributo liber habetur. Septem ſunt conſiliarij & aſſeſſores Regis, à quibus & magiſtratus, & iudicia, & rerum omnium adminiſtratio geritur. Non licet ex alio genere in aliud matrimonio contrahendo tranſire; aut ab vnius generis inſtitutis ad alia deſcendere, neque ſimul pluribus ſe dare tractandis, niſi philoſophi ſint, quibus ob virtutem hoc conceditur.

APHRICA.

APhriçam Gręci Libyam vocant, veteribus tota explorata nó fuit. Tum quod in Mediterraneis ob vaſtiſsimas ſolitudines impermeabilis videbatur: tum etiam quod immenſæ & periculoſæ nauigationis fuerit. Donec Vaſcus de Gama, anno 1497. & paulatim alij Luſitani eò penetrarent. Vaſta magis regio quàm frequens. Multis locis inhabitabilis. In ſex prouincias diuiſa. Quæ diuerſo idiomate vtuntur. Matt. Quad. lib. 1. cap. 3. Geograph. enarrat.

Vaſta

Vafra & acuta Natio. Iuuenalis Nutriculam Caufidicorũ appellat, nouarumq; & mirabilium rerum, maximorumq; ingeniorum, & doctifsimorum hominũ procreatrix femper fuit. Si enim velimus refricare memoriam temporum, reperiemus, præftantifsimos in omni artium & difciplinarum genere viros eam produxiffe. Nam acerrimi ecclefiæ Chriftianæ, & veræ fapientiæ euerfores hæretici quàm plurimi, grauifsimi quoque & eruditifsimi eiufdem patroni & vindices, Tertullianus, Cyprianus, Auguftinus, Optatus Mileuitanus, &c. ex Africa prodierunt. Quorũ præftans ingenium, vehemens, acre, & neruofum dicendi genus, incredibilemque doctrinam, vniuerfi terrarum orbis fapientes meritò admirantur. Et idcirco Aphricam fœcundam, felicem, & ingeniofam prædicant. Philofophiam verò fuam à Phœnicibus accepiffe videntur, quorum literis, & lingua vtuntur, etfi nonnihil corruperint, vt auctor eft D. Hieronymus in epiftola quadam ad Paulam & Euftochiũ. Sed Chamus filius Noachi primus poft diluuium Africam reftituit, & tot fceleribus, fuperftitionibus, artibusque Magicis infecit. Iapeti filius Gomerus Colonias in Africam duxit. Vnde Gomeri Hifpanis vocantur.

Satyr. 7.

Carthaginenfis Academia.

CArthago omnia, quibus in toto mundo difciplina Reipublicæ regitur, in fe olim habebat. Illic enim artium liberalium fcho-

læ, illic philoſophorum officinæ, linguarum denique, & morum Gymnaſia extitêre, inquit Saluianus. Carthaginem Africę prouinciæ venerabilem magiſtram, muſam cæleſtem, camœnamque Togatorum appellatam fuiſſe, ſcribit Rhodoginus. Annis 72. ante Romam à Phœnicibus condita, totius Aphricæ caput euaſit, Romæ æmula, & à Scipione deleta, poſt Romam conditam anno 602. A Cæſare reſtitutam Gothi, Vandali, Saraceni rurſus deuaſtârunt. Matth. Quadus lib. 1. c. 13. Verã Chriſtianam ſapientiam eos docuit ſanctus Creſcens D. Petri diſcipulus. Quod non ſatis eam vita exprimerent, & ſacerdotes, & pios monachos contumelijs affici paterentur, grauiter à Deo punitos fuiſſe, refert Saluianus. Tertullianus ille celeberrimus ſcriptor (philoſophos hic enumerare quid attinet?) in Carthagineſi Academia profeſſus eſt. Glorioſus etiam martyr Cyprianus, qui philoſophia & eloquentia tantùm reliquos martyres anteit, auctore Nazianzeno, quantum bruta à ratione præditis ſuperâtur, antequam Chriſtianam religionem profiteretur, Rhetoricam docuit. Beatus quoq; Auguſtinus, vbi bonarum artium fundamenta vtcunque ad Medauros iecerat, Carthaginem à patre ſtudiorum cauſa miſſus eſt. Atq; ſummo labore & incredibili induſtria tantum profecit, vt Cathegorias Ariſtotelis ſine præceptore perciperet, Rhetoricam, benè orna-

Saluianus l. 7 de prouident. Dei.

Rhodoginus li. 18. ca. 38.

Metaphrastes in vita Petri.

Hier. in catalogo, & in cap. 3. Ionæ prophetæ.

lib. 2. Confeſſ. cap. 3.

ornateque dicendi artem, publicè profiteretur, & Mathematicarum artium difficultatem superaret, quod lib. 4. Confessionum suarum ingenuè fatetur. Sed cùm petulantiam studiosorum Carthaginensium amplius tolerare non posset, erát enim immodesti in prælectionibus, & rebelles atque iniurij in suos præceptores, tunc demum Romam profectus est. Vtinam verò hoc malum in nostras Vniuersitates nunquam irrepsisset, vt discipulorū quorundam proteruia, & ingratitudo optimorum Preceptorum animos à se alienarent. Neque solùm in patria Iuuentutem suam erudire Carthaginenses voluerunt: sed in Sicilia quoque Græcorum artibus instituendam curabant. Verùm vbi ea ratione fieri animaduerterent, vt secretiora consilia à perniciosis ciuibus ad Dionysium Tyrannum perscriberentur: Senatusconsulto vetuére, ne quis posthac Græcorum literis studeret, vt in Annalibus eorum contineri scribit Rhodoginus. Carthagini præterea Seuerus Imperator tam magnum in bonis literis progressum fecit, vt decimo octauo ætatis anno publicè declamare posset. Et Clodius Albinus in vtraque humaniori literatura doctissimus Cæsar euasit. Qui necessarias propter reipub. negotia à studijs auocationes, vt videtur, deploraturus, in schola subinde exclamare solebat:

Et li. 6. c. 7.

lib. 5. conf. c. 8.

Idem refert Alex. ab. 12. genialium dierum. 30. Rhodog. l. 22. c. 17. de vtroque Iulius Capitolinus.

Arma amens capio, nec sat rationis in armis.

res erant) facilè perduxit. Vrbe Mexicana, nouæ Hispaniæ, & vniuersæ Americæ præstantissima; residet Prorex & Archiepiscopus, nonnunquam tribunal supremum nouæ Hispaniæ. In eadem est ars imprimendi, & cudendi monetam. Matt. Quadus lib. 6. ca. 2. geographicæ enarrat.

Epistolæ Iapanicæ testantur.

Incolæ Sinarũ regionis, quæ cum latissima sit, ab ortu solis, ab occasu vltimis Indiæ terminis diffinitur, ab austro Oceano alluitur: à Septẽtrione altissimis montib⁹ includitur, hi inquam, ingenio & bonis artibus excellũt, augurijs dediti sunt, sortibusque euentura prædicere nituntur: Magos in honore habent. Mathematicas disciplinas colunt, & astra diligenter obseruant: in libris describendis, & rerum memoria propaganda, æneis formis vti solẽt. Quarum vsus adeò antiquus apud illos est, vt qui primus eam artem excogitarit ignoretur. Vitamque cultui Gallico & Germanico non absimili, varijs in rebus instituunt. Templa amplissima, multisque statuis & picturis illustrata frequentant, & quamuis varia simulacra venerentur, vnum tamen Deum, rerum omnium opificem & rectorem, præcipuè colendum esse dicunt, eiq; potissimum supplices preces adhibendas. Vnius mulieris imaginem, quam appellant Nammam, quam aiunt esse apud Deum summam humani generis aduocatam, honoribus summis afficiũt. Est aliud apud illos simulacrum virginis, quã tradunt fuisse cuiusdã regis filiam, & rerũ cælestium

lestium cupiditate omnes opes humanas neglexisse, vt diuinarum contemplatione fruerentur. In huius tutela Sinarum gentem esse credunt. Alius apud illos Deus sanè sanctus habetur. Sunt excellentes artifices, & egregij pictores. Ædes amplas ædificant, quibus homines religiosi, vt rebus diuinis vacent, includuntur. Similiter & virginum collegia, quæ religionē sanctius obseruent, instituunt. Literis operam dant: qui in illis maximos progressus habent, maximis honoribus afficiuntur. In studijs, genere antiquo sermonis vtuntur, imperitis ignoto, quemadmodum nos, qui artium maximarum disciplinis student, linguam Græcam aut Latinam perdiscunt. Qui iuri ciuili student, in magno honore sunt, Regē quasi quoddam numen cœleste colunt, qui tamen rarò admodum se conspiciendum exhibet. Respublica in tres partes est distributa. Principatum ij, qui in disciplinis & iuris studio valde profecerunt, obtinent. secundus honoris gradus militibus assignatur. Postremi ordinis sunt, qui artes fabriles colunt. In studijs quantum quisque profecerit, iudicio eorū, qui maximis artibus præsunt, examinari solet. Sunt autem ordines horum iudiciorum gradatim instituti, ita vt ei, qui infimi ordinis approbationem consequutus est, si velit ad altiorem locum dignitatis aspirare, sint grauiora doctiorum hominum iudicia subeunda. Vt auctor est Hieronymus Osorius lib. 11. de rebus Emanuelis Regis. Qui libro 3. de Gloria scribit:

Digitized by Google

Quod Catay Synarum regionum vrbis amplissimæ ciues, bonarum artium studiosissimi nemini summum imperium committunt, nisi se probarit esse omni doctrina cumulatum. Nec enim in mandandis honoribus, aut generis aut fortunæ rationem habent, sed tantùm disciplinæ.

Omnes igitur qui principatum expetunt, in artium studia incumbunt. Vbi autem credűt se aliquam progressionem fecisse, ad certos iudices, huic muneri designatos accedűt, quorum suffragio aut indocti repelluntur, aut vt docti certis honorum insignibus, & minoris Iurisdictionis alicuius administratione ornantur. Qui autem diutius in studio permanere, & in maioribus disciplinis versari cupiunt, vbi certum cursum absoluerint, aliud iudicium longè grauius subeunt. Indicantur enim à viris multo doctioribus, quibus si satis fecerint, ad altiorem honoris gradum ascendunt. Quòd si adhuc ampliorem sibi honoris spem proponunt, plures annos in studio cősumere, atque ordinatim alia atque alia doctissimorű hominum iudicia subire oportet. Etsi pauci per omnes doctrinæ gradus ad amplissimum locum ascendunt, quod multos præstantior vis naturæ non paucos fortunę deficiat. Hi tamen pauci summum imperium in supremo rerum fastigio collocati administrant. Typographicæ artis peritissimos viros habent, qui libros nostro more inprimant, quorum longissima folia introrsus quadrata serię complicentur,

Typographia.

Google

centur, cuius generis volumẽ superiorib' annis Ioannes Lusitaniȩ Rex Pontifici Romano transmisit. Vt Iouius affirmare ausit, eius artis exempla antequam Lusitani in Indiam penetrarẽt, per Scythas & Moscos ad incomparabile literarum præsidium in hæc loca peruenisse. Ex Iapania scriptæ Epistolæ testantur, quod Bandoi celeberrima Academia existat, vbi à Synensibus petitæ leges tradantur, quæq; sit Bonzicæ religionis studiorũ mater, philosophi enim eorum Bonzi vocãtur. Præterea in Fianoiania populosiissima vrbe Academiam esse, Parisiensi celebriorem. Addunt Meacum Iapaniæ Metropolim florentissimam Academiam habere quinq; magnorum Collegiorum.

Nec procul inde alias quatuor Academias existere, Coiæ, Nigri, Fraron, & Homi, quarum vnaquæque vltra quater mille, & quinquaginta studiosos habet.

De seminario in Auia, Aria, Arimanensi, Omura, literæ Iapanicæ loquuntur.

Bungi seminarium est, in quo Europæi addiscunt linguam Iapanicam, & contra Iapones Latinam & Lusitanicam. Bandi floret studium Bensiorũ, quod dicitur esse maius Vniuersitate Parisiensi, concurrentibus eò Iaponibus, gradus illius acquirendi gratia, quem valde ambiunt, partim honoris ergò, quo ibi afficiuntur, partim propter redituum magnitudinem Maurocri olim studium omnium artium & scientiarum fuit: hodie Gramma-

Digitized by Google

ticæ, Poesis, Astrologiæ, & legum eius gentes studia tractantur. Quorum gratia Talosi, Numidæ, atque ex tota Arabia huc confluunt. Fes floret studium legum & Medicinæ. Adr. Ro. in theatro vrbium. Gregorius XIII in Iapania tria Collegia erexit, Papirius Massonus in vita.

Iapanici verò naturæ ordinem in scribendo obseruant. Vt sicut homini os natura sublime dedit, ita literas à summo deorsum pingant. Quanto longius Indi præ cæteris olim à veritate aberrabant, vt Laonicus Chalcondolas, & Iapanicæ epistolæ testantur: tanto iam in pietatis & sapientiæ studijs excolẽdis & promouendis excellunt. Philosophorum duo genera erant apud Indos, teste Megastene. Quorum Brachmanes illi Germanes dicebantur. Præstabant Brachmanes, quòd eorum decreta magis consentanea viderentur.

Brachmannos ex Abrahæ posteris originem ducere, & secretiorem quandam doctrinam, siue cabalam retinere, affirmat Postellus in Hetruria.

Sacerdotes & Philosophos suos Indi valde honorabant, & vbiq; immunes habebantur.

Habebant quoq; Ephoros, qui omnia, quæ in India agerentur, inspicerent, & ad Regem referrent. Consilijs publicis pauci præerant, nobilitate & prudentia insignes, ex quibus Duces & Principes eligebantur.

Benedicendi artem non discebant, sed simplex apud ipsos erat eloquentia, communisque

que

que omnibus præcipiens, non mentiri.

Medicini loco erat parſimonia, quæ illaq. ſos poteſt curare dolores, & procurare ne veniant. Ioan. Bohemus de moribus gentium lib. 2. cap. 8.

Coſmus Turnianus Theologus Societatis Ieſu, literis Bungo ſcriptis, anno 1591. 7. Id. Octob publica, inquit, adminiſtratio eſt triplex. Principem omniũ tenet locum ſupremus religionum Antiſtes, cuius decretis, ac ſcitis, omnia publica, priuataque ſacra ſubiecta ſunt. Naſcẽtes præterea Bonziorum ſectæ nullam exiſtimationẽ vel auctoritatem obtinent, niſi eas idem ſuo diplomate, ac teſtimonio comprobauerit. Tondos etiam (qui veluti Epiſcopi ſunt) tametſi eorum nominatio, quæ dicitur, quibuſdam in locis penes regulos ſit, confirmat tamen, & creat ipſe; qui deinde magno apud ſummos infimosque in honore ſunt, & ſacerdotia conferunt. Iam verò priuilegia quoque & immunitates à profanis muneribus ab illo petuntur. Nam quæ leuiora ſunt, vt carnis guſtatus religioſis diebus, cùm ad idolorũ delubra vulgo peregrinantur, aliaq; ſimilia, eorũ poteſtas penes Tondos eſt. Porrò Sacerdos hic maximus tametſi apud Sinas ab eruditione, ac ſapientia apud Iaponios, tamen vel à ſtirpe, vel à nobilitate, & pecunia legitur, latè admodum imperat, magniſq; vectigalibus fruitur, & cum profanis Regibus ſæpe certat. Boſ. lib. 6. de ſtatu, cap. 3.

Digitized by Google

Vbi etiam ex Megaſtene & Strabone addit: Dicût totam Indorum multitudinem in ſeptem genera diuidi, quorum Philoſophi honore antecedunt, numero paucisſimi ſunt. Nono anno incipiente Philoſophi omnes ad Regis fores conueniunt, & quicquid ſinguli compoſuerunt vel obſeruârint, in medium proferunt. Vbi quis ter falſus fuiſſe deprehenditur, ei per totam vitam ſilentium indicitur: qui vera dixerit, immunis & ab omni tributo liber habetur. Septem ſunt conſiliarij & aſſeſſores Regis, à quibus & magiſtratus, & iudicia, & rerum omnium adminiſtratio geritur. Non licet ex alio genere in aliud matrimonio contrahendo tranſire: aut ab vnius generis inſtitutis ad alia deſcendere, neque ſimul pluribus ſe dare tractandis, niſi philoſophi ſint, quibus ob virtutem hoc conceditur.

APHRICA.

APhriçam Græci Libyam vocant, veteribus tota explorata nô fuit. Tum quod in Mediterraneis ob vaſtisſimas ſolitudines impermeabilis videbatur: tum etiam quod immenſæ & periculoſæ nauigationis fuerit. Donec Vaſcus de Gama, anno 1497. & paulatim alij Luſitani eò penetrarent. Vaſta magis regio quàm frequens. Multis locis inhabitabilis. In ſex prouincias diuiſa. Quæ diuerſo idiomate vtuntur. Matt. Quad. lib. 1. cap. 3. Geograph. enarrat.

Vaſta

Vafra & acuta Natio. Iuuenalis Nutriculam Caufidicorũ appellat, nouarumq; & mirabilium rerum, maximorumq; ingeniorum, & doctifsimorum hominũ procreatrix femper fuit. Si enim velimus refricare memoriam temporum, reperiemus, præftantifsimos in omni artium & difciplinarum genere viros eam produxiffe. Nam acerrimi ecclefiæ Chriftianæ, & veræ fapientiæ euerfores hæretici quàm plurimi, grauifsimi quoque & eruditifsimi eiufdem patroni & vindices, Tertullianus, Cyprianus, Auguftinus, Optatus Mileuitanus, &c. ex Africa prodierunt. Quorũ præftans ingenium, vehemens, acre, & neruofum dicendi genus, incredibilemque doctrinam, vniuerfi terrarum orbis fapientes meritò admirantur. Et idcirco Aphricam fœcundam, felicem, & ingeniofam prædicant. Philofophiam verò fuam à Phœnicibus accepiffe videntur, quorum literis, & lingua vtuntur, etfi nonnihil corruperint, vt auctor eft D. Hieronymus in epiftola quadam ad Paulam & Euftochiũ. Sed Chamus filius Noachi primus poft diluuium Africam reftituit, & tot fceleribus, fuperftitionibus, artibusque Magicis infecit. Iapeti filius Gomerus Colonias in Africam duxit. Vnde Gomeri Hifpanis vocantur. *Satyr. 7.*

Carthaginenfis Academia.

Carthago omnia, quibus in toto mundo difciplina Reipublicæ regitur, in fe olim habebat. Illic enim artium liberalium fcho-

Digitized by Google

læ, illic philosophorum officinæ, linguarum denique, & morum Gymnasia extitère, inquit Saluianus. Carthaginem Africę prouinciæ venerabilem magistram, musam cælestem, camœnamque Togatorum appellatam fuisse, scribit Rhodoginus. Annis 72. ante Romam à Phœnicibus condita, totius Aphricæ caput euasit, Romæ æmula, & à Scipione deleta, post Romam conditam anno 602. A Cæsare restitutam Gothi, Vandali, Saraceni rursus deuastàrunt. Matth. Quadus lib. 1. c. 13. Verã Christianam sapientiam eos docuit sanctus Crescens D. Petri discipulus. Quod non satis eam vita exprimerent, & sacerdotes, & pios monachos contumelijs affici paterentur, grauiter à Deo punitos fuisse, refert Saluianus. Tertullianus ille celeberrimus scriptor (philosophos hic enumerare quid attinet?) in Carthaginẽsi Academia professus est. Gloriosus etiam martyr Cyprianus, qui philosophia & eloquentia tantùm reliquos martyres anteit, auctore Nazianzeno, quantum bruta à ratione præditis superátur, antequam Christianam religionem profiteretur, Rhetoricam docuit. Beatus quoq; Augustinus, vbi bonarum artium fundamenta vtcunque ad Medauros iecerat, Carthaginem à patre studiorum causa missus est. Atq; summo labore & incredibili industria tantum profecit, vt Cathegorias Aristotelis sine præceptore perciperet, Rhetoricam, benè orna-

Saluianus l. 7 de prouident. Dei.

Rhodoginus li. 18. ca. 38.

Metaphrastes in vita Petri.

Hier. in catalogo, & in cap. 3. Ionæ prophetæ.

lib. 2. Confess. cap. 3.

Digitized by Google

ornateque dicendi artem, publicè profiteretur, & Mathematicarum artium difficultatem superaret, quod lib.4.Confessionum suarum ingenuè fatetur. *Et li.6.c.7.* Sed cùm petulantiam studiosorum Carthaginensium amplius tolerare non posset, erāt enim immodesti in prælectionibus, & rebelles atque iniurij in suos præceptores, tunc demum Romam profectus est. *lib.5.confess.c.8.* Vtinam verò hoc malum in nostras Vniuersitates nunquam irrepsisset, vt discipulorū quorundam proteruia, & ingratitudo optimorum Præceptorum animos à se alienarent. Neque solùm in patria Iuuentutem suam erudire Carthaginenses voluerunt: sed in Sicilia quoque Græcorum artibus instituendam curabant. Verùm vbi ea ratione fieri animaduerterent, vt secretiora consilia à perniciosis ciuibus ad Dionysium Tyrannum perscriberentur: Senatusconsulto vetuère, ne quis posthac Græcorum literis studeret, vt in Annalibus eorum contineri scribit Rhodoginus. *Idem refert Alexan. 12. genialium dierum. 30.* Carthagini præterea Seuerus Imperator tam magnum in bonis literis progressum fecit, vt decimo octauo ætatis anno publicè declamare posset. *Rhodog.l. 22.c.17.* Et Clodius Albinus in vtraque humaniori literatura doctissimus Cæsar euasit. *de vtroque Iulius Capitolinus.* Qui necessarias propter Reipub. negotia à studijs auocationes, vt videtur, deploraturus, in schola subinde exclamare solebat:

Arma amens capio, nec sat rationis in armis.

Cyrenensis

Cyrenensis Academia.

QVanquam Cyrenensibus Plato, propter maximam eorum felicitatem, certas viuendi leges præscribere recusauit, auctore Plutarcho, tamen ab alijs præstantissimis viris, & has ipsas vbertim, & alias quoque doctrinas, quibus longè adhuc feliciores euaderent accepêre. Florentissima enim eorum Vniuersitas doctissimos in omni literarum genere Philosophos erudiuit. Cratippus nimirum Socraticus, Cyrenaicæ philosophiæ auctor & princeps, Areta eius filia, quæ in schola ipsi successit, & hui⁹ filius Aristippus, qui matris discipulus & successor μητροδίδακτος vocabatur, præterea Callimachus & Erathosthenes, quos propter singularem variarum artium doctrinam Aegyptiorum reges honorârunt. Item Carneades, quem Academicorum optimum ferè confitentur, & Cronus Apollonius &c. Anniceris collapsam nonnihil Cyrenaicam scholam sic instaurauit: vt Anniceria ab ipso aliquandiu denominaretur Clarissimus quoque Laeides, nouæ Academiæ Princeps, Arcesilæ auditor & discipulus, haud parum huic Vniuersitati sapientiæ & splendoris attulit. Verùm enimuerò, ab eruditione & industria huius Academiæ alumni, cùm apud alios scriptores, tum in primis Ciceronem frequenter meritò prędicantur. Habuerunt quoque Iudæi celeberrimam synagogam. Nam quādo Ptolomæus Epiphanes, & Antiochus potentissimi Reges,

Plutarch. de eruditione principum. Strabo lib. 17. geogra. & Laert. in vita.

Digitized by Google

ges, de Palestinæ Imperio decertabant, celeberrimi quique Iudęorum partim Heliopolim, partim Cyrenem, vt victoris tyrannidem euaderent, proficiscebantur. Christianam Theologiam docuit Marcus Euangelista, deinde & Simon Zelotes, sanctus Lucius, à qua iterum defecerunt. Etsi Archiepiscopi Coloniensis suffraganeus Cyrenensium Episcopus vocatur.

Numidæ nullam rerum naturalium cognitionem habent. Quidam legum studijs operam nauant. Arabes, qui ibi degunt, poesim colunt. Ob dactilorum vsum dentes, ex arena visum amittunt. Matth. Quad lib. 1. ca. 15.

Tombuti Aphricæ Rex, atrocissimus Iudæorum hostis. Magnam tamen doctissimorum virorum copiam alit. Infinitique libri manuscripti ex Barbaria afferũtur, quos plurimi faciunt. Matth. Quadus lib. 1. cap. 18. Geograph.

GRÆCIA.

GRęci omnem bonarum artium doctrinam ab Hebræis, & Aegyptijs hauserunt: quod ego plurimis grauissimorum Auctorum testimonijs comprobare possem, nisi hac in re doctissimi viri ante me diligentissimè laborauissent. Nam plurima Cymmeriorum, Thracumq; Ianigenarum monimenta in Græcia reperiuntur. Et Græcus scriptor Isocrates apertè fatetur, quod Pythagoras Samiusex Aegypto liberales artes,

Dio. Laert. li. 1. & alij. Fab. lib. 1. cap. 2.

tes, & philosophiam primus in Græciam intulerit. Græci in summa optimarum artium ignoratione versabantur, donec ab eis acciperent, qui sacerdotum monumenta in græcam linguam transtulerunt. Strabo lib. 17.

Nam & augurandi artem à Chaldæis acceperunt. Po. Lætus, de Sacerdot. Ro. ca. 5.

Euseb. lib. 2. cap. 2. Et Eusebius Cæsariensis in libris de præparatione Euangelica, nihil magni Græcos, præter eloquentiam inuenisse, elegnater demonstrat. Libri enim Mosis iam ante Alexandri Magni Imperium (etsi non sat commodè) translati erant, vnde Philosophi plurima transcribere potuerunt. Quod quidem ipsi tam infideliter fecére, vt quæ rectè dicta inuenirent, dissimulatis earum rerum authoribus, aut fabulis peruerterẽt, aut vsurparent pro suis, aliorum plumis sese ostentantes, vt Clemens fures appellare non vereatur. Quod enim Scriptura sacra Moysen à Deo leges accepisse, cumque eo de facie ad faciem locutũ esse docet, hoc illi ad Minoem legislatorem falsò transtulerunt, quem nouem annos cum Ioue versatum fabulantur. Quod pluribus etiam rationibus confirmarem, nisi à veteribus & hic locus perpurgatus esset. Pulcherrimum tamen Gazæ Theophrastum præterire non possum, in quo dialogo, primò Syrus, deinde Aegyptius, tertio loco Græcus philosophus introducitur: quia veram de animo sententiam à Iudæis Aegyptij, ab Aegyptijs Græci didicerunt. Primi

Exod. 33.

autem

autem apud Græcos eruditionis nomine celebres extiterunt Poetæ, quorum alij Musicæ, alij Medicinæ; quidam etiam Astronomiæ peritissimi erant. Inter quos Homerus & Hesiodus omnium longè celeberrimi, diu ante vrbem conditam habebantur. Sunt veteres historici, qui vtrunque ad Saulis, aut saltem Salomonis filij Dauid, regis Israel tempora reiiciant. Circa Cyri verò regis Imperium, qui Iudęos libertate donauit, septem Gręcorum σοφοὶ floruerunt, mille & centum ferè annos post Mosen, inquit Eusebius. Nam hactenus qui in rerum contemplatione studium ponebant, σοφοὶ vulgò nominabantur, idque eorum nomen ad Pythagoræ manauit ætatem. Pythagoras verò, qui hoc primus nomẽ inuenit, cùm paulò plus saperet, quàm illi priores, qui se sapientes putauerunt, intellexit nullo humano studio posse ad ipsam sapientiam perueniri, atque idcirco nõ oportere incomprehensæ, imperfectæque rei perfectum nomen imponi. Itaq; cùm ab eo quęreretur, quemnam se profiteretur? respondit φιλόσοφον, id est, quæsitorem siue studiosum sapientiæ. Porrò Philosophorum statim ab initio duo genera fuerunt. Alij enim Ionici, alij Italici philosophi dicebantur. Quorum illi à Thalete Milesio profecti, magna diligentia vsi sunt in rebus naturalibus, & astrorum cursibus inquirendis: hi verò Pythagoram sequuti in Arithmetica & Musica occupati fuerunt. Thales ergo ad contemplandam

Sectæ philosophorum.

Lact. lib. 3. c. 14.

dam rerum naturam sese transtulit, primusque in trecentos sexaginta dies annum partitus est. Quanquam enim antea duodecim menses habuerant, tamen solarem motum ad lunæ cursum referre cogebantur. Primus etiam eclipsim prædixit, & puncta æquinoctiorum reperit, rerum naturalium diligentissimus perscrutator. Atque id philosophorum genus diu circa vnam solùm speciem, φυσικὴν nimirum versabatur. Socrates verò existimās eius doctrinæ in communi hominum vita haud magnum fructum esse, & ad vitę offiicia non multum pertinere: eam philosophiæ partem inuexit, quæ ἠθικὴ vocatur. Et de ea in omni loco disserens, suis sectatoribus mirificè prædicabat, eaque omnibus hominibus potius inquirenda hortabatur, quæ mores formarent, & quarum rerum vsus supra modum necessarius esset. Quapropter M. Cicero Socratem è cœlo philosophiam deuocasse, & in vrbibus collocasse, & in domos introduxisse scribit: & philosophiæ parentem appellat. Etsi Laertio non tam inuenisse Ethicen, quàm ab Archelao præceptore dicta, scriptaque propagasse creditur. His duabus partibus (si tamen non instrumētum magis, quàm pars appellāda est) Plato λογικὴν addidit, & cōsummato philosophiæ operi extremam manum imposuit, atque in vnum corpus triplicē philosophiæ compegit rationem, authore Laertio. Nam alij de singulis partibus seorsim scripserant: Plato autem vir natura præstans,

Plinius l. 2. cap. 12. Cic. 1. de diuin. Lactant. lib. 3. ca. 9.

Cicer. 2. Acad. Valer. li. 3. ca. 4.

Cic. 5. Tusc. & l. 2. de finibus, & 1. Acad. Valerius li. 3. ca. 4.

Cicero. 2. Acad.

Euseb. l. 11. præparat. Euang. c. 1.

ad

& verè diuinus, inquit Eusebius, nullam imperfectam reliquit, sed in vnum corpus, & animal integrum reduxit, atque omnes partes simul complexus, nec in necessarijs defuit, nec ad inutilia prolapsus est. Is duos studio & doctrina prȩstantissimos discipulos reliquit, Xenocratem Chalcedonium, & Aristotelem Stagiritem, sed abundantia quadam ingenij præstabat Aristoteles, qui tantam in dicendo scribendoque industriam adhibuisse prædicatur, vt ne verbum quidem vllum frustra, aut parū rectè vsurpârit, & nemo Græcorum figuris, & verbis Græcis, aptius, magisque propriè sit vsus. Hic vniuersam Philosophiam diligentissimè omnium, vt mihi quidem videtur, accuratissimeque perscripsit, vt non abs re Fab. Quintilianus dubitet, an scientia rerum, an scriptorum copia, an eloquendi suauitate, an inuentionis acumine, an potius operum varietate clariorem putet. Et Aulus Gellius omnis humanæ rei peritissimum: Alij naturæ miraculum fuisse affirment.

Cicero 2. Aca. Viues in c. 12. lib. 8. de Ciuitat. Augustin.

Fab. lib. 10. cap. 1.

Gellius l. 19. cap. 5.

Cicero lib. 1. de diuinatione diuino ingenio virum: Plinius immensæ subtilitatis, & in omni scientia summum vocat. Quare etiam Maiores nostri ex omnium veterum philosophorum scriptis, hunc potissimum in scholis retinuerunt, quippe qui elegantissima methodo, virtutes simul & vitia, singularumque præceptionum causas diligenter persequitur. Rodolphus enim Agricola, Aristoteles, ait, vir

Rodolphus li. 3. c. 9. Inuentionis dialectica.

vir cum omni ingenij laude multum, tum ordine rerum plurimum admirandus, in tradendis artibus, quæ dispositio maximè conueniat, vnus ex omnibus videtur effinxisse. Et Io. Lodouicus Viues: Aristoteles quæcunque suscepit tractanda, in artis formam redegit, quo nomine haud facilè quis dixerit, quãtum illi disciplinæ & studia debeant. Sparsa collegit, confusa distinxit, obscuris attulit lucem. Commentationum verò suarum, artiũque, quas discipulis tradebat Aristoteles philosophus, Regis Alexãdri Magister, duas species habuit, alia erant, quę nominabat, ἐξωτερικὰ, alia quæ ἀκροαματικὰ appellabat. ἐξωτερικὰ dicebantur, quæ ad Rhetoricas meditationes facultatem argutiarum, ciuiliumque rerum notitiam conducebant. ἀκροαματικὰ autem vocabantur, in quibus philosophia remotior subtiliorque agitabatur, queq; ad naturæ contemplationes, disceptationesve Dialecticas pertinebant, huic disciplinæ, quam dixi ἀκροαματικὴν, tempus exercendæ dabat in Lycio matutinum. Nec ad eam quenquam admittebat, nisi quorum ante ingenium, & eruditionis elementa atque in discendo studium laboremque explorasset. Illas verò ἐξωτερικὰς eodem in loco vesperi faciebat, easque vulgo iuuenibus sine delectu dabat, atq; eum δειλινὸν περίπατον appellabat, illum alterum suprà ἑωθινόν. Vtroque enim tempore ambulans disserebat, librosque suos earum rerum omniũ cõmentarios seorsim diuisit, vt alij ἐξωτερικοὶ dice-

Viues l. 1. de corrupt. discipl.

Gellius li. 10. cap. 4.

dicerentur, partim ἀκροαματικοί. Vtrumque Cicero & latinè,& breuiter sic expresit. Duo genera librorum sunt,vnum populariter scriptum,quod ἐξωτερικὸν appellāt,alterum limatius,quod in commentarijs reliquerunt. Sed de his vt videtur in præsens dictum satis. Nam qui plura scire desiderat, legat ille, quæ Plutarchus & Laërtius ex professo perscripserūt. De poësi, & Historia Græcorum nunc pauca quædam disserenda videntur.

Cicer. li. 5. de finibus. Quomodo Aristoteles successorem per vinū designarit, vide Gellium li. 13. ca. 5.

De poësi.

DE Poeticæ artis origine Horatius Flaccus cecinit.

Musa dedit fidibus Diuos, puerosque Deorum,
Et pugilem victorem, & equum certamine primum,
Et iuuenum curas, & libera vina referre.

Nam veteres in Græcia Agricolæ, cùm sacrum Libero patri, gratias pro annuo prouentu acturi, facerent, primò aliquid vice precum cantillabant, deinde vt propitiorem redderēt Liberum, eius gesta, victorias, subactosque reges concinebant, cœpitque præmium industriæ proponi caper, vel capri sacrificati corium vino plenum. Mirum profectò quòd agrestes, & nullis legibus exculti, neque certa adhuc religione imbuti viri, Diuos humanis precibus, & laudibus permoueri, atque propter eorum cultum vberiores fructus, honorumque omnium affluentiam prouenire, melius quàm nunc Christiani quidam cognoscere potuerint.

Agricolæ prisci, fortes paruoq; beati,

Digitized by Google

Horatius l. 2. epist. 1.

Condita post frumenta, leuantes tempore festo
Corpus, & ipsum animum spe finis dura ferentem,
Cum socijs operum, & pueris & coniuge fida
Tellurem porco, Syluanum lacte piabant
Floribus, & vino Genium memorem breuis aui.

Et Virgilius in Bucolicis.

Vt Baccho Cererique tibi sic vota quotannis.
Agricola facient.

Sed vbi in Libero patre, deuictisque ab eo regibus in singulos annos parum materiæ imperitioribus adhuc superesset: cæterorũ quoque Heroum facta cantari cœperunt. Atque Tragœdię origo fuit, ἀπὸ τοῦ τράγου siue hirco, quem accipiebat victor in eo certamine. Vnde Horatius:

Carmine qui Tragico vilem certauit ob hircum.

In quo carminis genere tantum profecit Arion, vt eius auctor à plerisque esse credatur. Et si Fabius Æschylum in lucem eam protulisse scribit. Quæ res vbi populo vehemẽter placeret, Comœdia reperta est, qua improborũ ciuium mores, & turpia facta proferebantur, vt malè audientes resipiscerẽt ἀπὸ τῶν κώμων à vicis pagisque, quibus agebatur: vel ἐπεὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐκώμαζον, quod in vijs lasciuirent, dictisq; petulantioribus luderent, quò fortasse allusit Horatius:

Cic. 4. Tusc. poeticam vocat praeclarã vita emendatricem.

Horatius Satyr. 4. li. 1. sermon.

Eupolis atque Cratinus, Aristophanesque Poëta,
Atque alij, quorum Comœdia prisca virorum est,
Si quis erat dignus describi, quod malus, aut fur,
Quod Mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui
Famosus, multa cum libertate notabant.

Verùm cum saluberrima re, quæ ad cõser-

Digitized by Google

uandos homines in officio introducta erat, nequiter abuterentur, & præteritis malis, bonos pro sua libidine nominatim perstringerent, atque in præstantissimos viros petulantissimè iucurrerent, prorsus sublata est. Vnde Horatius:

Successit vetus his Comœdia, non sine magna
Laude, sed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi, lex est accepta, chorusq;
Turpiter obticuit, sublato iure nocendi.

Successit ergo Media, qua oblique tacitis nominibus perstringebantur multi, quare in odium nobilitatis incurrit, quod ipsorum facta præcipuè notari viderentur. Idcircò ea quoq; durare non potuit, sed reperta Comœdia noua, quæ modestè confictis nominibus doceret potius, quàm reprehenderet. Vt non malè definiendo explicetur à Comicis speculum humanæ vitæ, exemplar consuetudinis. Huius verò Princeps Menander fuisse prædicatur. Cuius imitatores optimas quoque leges, rerumque naturalium (circa has enim etiam occupati fuêre) & variarum artiũ naturas, rationesque carminibus comprehensas, ad posteritatem trãsmiserunt. Quare Theophrastus lectionem Poetarum vehementer vtilẽ esse probabat. Nec immeritò, inquit Fabius. Namque ab ijs & in rebus spiritus, & in verbis sublimitas, & in affectibus motus omnis, & in personis decor petitur, præcipueque velut attrita quotidiano grauissimarum rerũ vsu ingenia, optimè reparantur.

Digitized by Google

Quis reliqua carminis genera introduxerit, Horatius in arte poetica,& Viues ad caput.8. lib 2. Augustin. de ciuitate Dei commemorant.

Historia.

IN historiarum scriptione Græcis parum fidei olim tribuebatur. Vnde peruulgatum illud Iuuenalis satyra 10.

Quicquid Græcia mendax,
Audet in historijs.

M. enim Cicero in oratione pro Flacco: Tribuo, inquit, Græcis literas, do multarum artium disciplinam, non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam, denique si qua sibi alia sumunt, non repugno, testimoniorum verò religionem, & fidem nunquam ista natio coluit Et paucis interiectis: Das mihi nullam grauitatem, nullam cõstantiam, nullum firmum in Græcis hominibus consilium, nullam denique esse testimonij fidem. Cognoscitis enim nunc quæ sit leuitas propria Græcorum.

Et lib.2 de oratore ineptos vocat, quòd sese ostẽtantes, nec rei ipsius, nec temporis, nec personarum rationem habuerint.

Plinius lib 8.c.21. Mirum est quò procedat Græca credulitas. Nullum tam impudens mẽdacium est, vt teste careat.

Lactantius lib.1. Institutionum diuinarum Græcorum leuitas instructa facultate dicendi, & copia, incredibile est quantas mendaciorum nebulas excitarit.

Ideoque

Ideoque veteres Latini scriptores Græcorum omne genus nequissimum & indocile vocârunt. Nequissimum, quòd alios homines à patria veritate ad fabulas traducere conarentur. Indocile verò, quod vetustioribus probatissimis scriptoribus de antiquioribus rebus non crederent. Annius ad Catonem de origiuibus. Qui apud Græcos historiam scripserint indicat Cicero lib. 2. de Oratore.

Quod ne ipse quidem Lucianus diffitetur Narrant, inquit, Græci multa fabulosa, quibus ego non admodum credo. Eius autem varietatis & inconstantiæ duplex apud Iosephum causa recensetur. Prior quidem, quòd nullos annales Græci, vndè veriora depromerent, habebant: posterior verò, quòd non veritatē, quæ historicorum propria est, sed verborum proprietatem, eligantiamq; consectabantur. Quam vt consequerentur, aliosque in dicēdo superarent, ne Poeticam quidem effrenatam licentiam, libertatemque vsurpare verebantur, authore Fabio. Primò autem apud Græcos historia scribi cœpta est tempore Cadmi Milesij, paulo ante Persicam ad Hellanicum expeditionem. Cuius auctores potentissimorum Regum, amplissimarumque rerum pub. beneuolentiam capturi, multa pro libidine mendacia admiscuerunt. Quocirca Methasthenes Persarū chronographiam ex veterum historijs collecturus, Græcos omninò fere repudiare dicit. Verùm postquam eam leuitatem, & inconstantiam, libidinemque rixandi

Ioseph. li. 1. contra Appionem.

Fabius li. 2. cap. 4.

Ioseph. li. 1. contra Appionem.

Digitized by Google

deponere, & verá Iesu Christi doctrinã imbibere Græci voluerunt, rerum ecclesiasticarum historias pulchras nobis reliquerunt: quippe qui nó rumusculos populares, & gratiam hominum, vt illi priores, captare, sed Ecclesiæ Christianæ splendorem, incolumitatemque publicam, & salutem suorum ciuium promouere conabantur.

Hinc Nicephorus Gregoras lib. 1. historiæ suæ fidem & auctoritatem cóparaturus: hoc, inquit, historiæ veritas est, quod animantibus oculus.

Atheniensis Academia.

DE Atheniensis vrbis positione certamen inter Deos fuisse proditũ est: hinc enim humanitas, religio, iura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putabantur. Nam propter commoditatem loci, cælique temperiem acutissimi, propter diligẽtiam, optimarum rerum acerrimi perscrutatores Athenienses fuerunt. Et quod pupilla est in oculo, & in animo ratio: hoc Athenæ erant in Græcia, inquit Philo. Alijs Græciæ μουσεῖον vocabatur, quod ea vrbs, tãto literis felicior esset (vt oraculo erat promissum) quãto reliquas aues aquila præcelleret. Thucydides Ἑλλάδος Ἑλλάδα, Græciæ Græciam, Rythius Vestam Græcorum appellare solebant, Nicephorus Gregoras λόγων ἑστίαν vocat.

Cicer. pro Flacco. Cicero de f. 10.

Euseb. lib. 10 cap. 2. de Euang. praeparat. Rhodog. li. 18. c. 15.

Augustinus lib. 18. cap. 9. de ciuitate Dei, à Minerua, quæ Græcis ἀθηνᾶ vocetur, denominatam scribit: vbi diuersas aliorum opiniones

Digitized by Google

niones Lud. Viues recensuit. Nazianzenus in Monodia Basilij Magni, Athenas aureas vocat, omniumque doctrinarum procreatrices. Quia non in eam solùm curam incumbebant, vt iuuentus in Gymnasijs, de quibus mox dicemus, rectè instituerctur, verumetiam populus in concionem quàm maximè frequens ventitaret. Obiectis enim repagulis quibusdam vias reliquas occludebant, quæ non ducerent ad forum, tum merces tollebāt è mercatu, ne quid hac gratia ibi cessaretur, denique μίλτον parabant, rubro colore oblitum, quo duo ministri publici populum cingentes, agebant in concionem, quisquis colore notatus appareret contagio funis, mulctam pendere cogebatur, quasi effugere voluisset. Si ad eum modum apud nos ratio iniri posset, vt iuuentus prælectiones scholasticas, populus verò conciones sacras frequentare sub doctissimis, & optimis viris cogeretur, certè longè minora flagitia, & paucissimi errores in republica Christiana cernerentur.

De Gymnasiis Philosophorum.

GYmnasia verò publica Athenis præcipua fuerunt, Academia, Lycium, & Stoa.

Inq; Academia vmbrifera, nitidoq; Lyceo,
Fuderunt claras facundi pectoris artes.

Stoa verò porticus fuit, quam Polygnotus in honorem Musarum pulcherrimè depinxerat, vnde à varietate picturæ ποικίλον vocabant. In qua Zeno Pliticus docere consueuit. Vnde & secta Stoica, & philosophi Stoici nū- *Cic. 1. Acad. & 1. de diuinat.*

 cupati

Digitized by Google

cupati sunt, cùm antè Zenonij à præceptore dicerentur. His accesserunt Cauponum, cuius meminit Philostratus in vita Herodis Attici, Pritanium, & Tempe, Cynosargicum, in quo Anthisthenes Cynicæ familiæ author & Princeps Philosophabatur. De Lacidio autem, Lacidis philosophi schola, apud Laertium videre est. Præcipua tamen, sicut dictum est, fuére tria, vnde tres quoque philosophorum sectæ à scriptoribus celebrantur. Nimirum Academici, qui Platoni adhærebāt: Peripatetici, qui Aristotelem sequebantur: qui Zenonem, Stoici. Academiam verò omnium totius orbis nobilissimum Gymnasium fuisse scribit Cicero. Quàm varia horum Gymnasiorum professores docuerint, acerrimeque inuicem insectati sint, refert Cicero lib. 1. de Legibus: Cùm Gellius proconsul ex prætura in Græciá venisset, Athenis philosophos, qui tum erant, cōuocauit, ipsisq; magnoperè auctor fuit, vt aliquādo controuersiarum aliquem facerent modum: quòd si essent eo animo, vt nollent ætatem in litibus conterere, posse rem inter eos conuenire aiebat. Verùm de hac eorum repugnantia & varietate Iustinus martyr, Eusebius Cæsariensis in libris de Euangelica præparatione, & Firmianus Lactantius ex professo disseruerūt. Minimè igitur sperandum est, inter nostrorū gymnasiorū professores, latens aliquod odiū foueri: etsi plerunque certis de rebus leuiores contentiones oriuntur. Philosophos enim offen-

Pritani meminit Lucianus in piscatore.

Alexander l. 3. c. 9. Genialium dierum Gynosargem vocat, refertq; inter præcipua Gymnasia Attica.

Cicero ad Seruium Sulpitium.

Quòd Iudæi quoq; Athenis synagogā habuerint, indicat Lucas Actor. cap. 17.

offensæ & iniuriarũ contẽptores esse oportet, præsertim cùm tantum ex hác re mali in vniuersam Academiam redundet: solent enim ferè discipuli sese ad ingenium & mores suorum præceptorum componere. Habebant verò singulorum Gymnasiorum præfecti, siue regentes, suos exploratores per vniuersam ferè Græciam, qui studiosos præoccuparent, & sicut suis Magistris magnum ea re lucrum importabant, ita ab ipsis vicissim mirificè diligebantur. Studiosis verò antequam nomen suum profiterentur, de optimo commodissimoque Gymnasio deliberare licebat: sed vbi ad Gymnasiarchum perducti erãt, permanere cogebantur, vt indicat Nazianzenus in Monodia Basilij Sicut etiamnum. ad conseruandum gymnasia in nostris Academijs obseruatur.

De priuatis collegijs.

QVemadmodum hodie in Vniuersitatibus quibusdam singularum nationum studiosi, priuata quædam collegia, Vniuersitatis tamen permissu habere cernuntur: sic Athenis quoq; obseruatum fuit. Refert enim Gellius quod Itali omnes, certis quibusdam legibus sæpissimè in vnum aliquem locum, de communi omnium salute consulturi, & grauioribus studijs exercitationibusque vacui, sese nõ nihil recreaturi, conuenire, quandoque lusu symbolum facere solebant. *Gell. li. 18. cap. 2. & 13. & l. 6. c. 13.*

Tum enim singuli ex ordine cœnulam instruebant, totidemque res quærebant, quot studiosi

Digitized by Google

studiosi conuenerant. Præmium soluendæ quæstionis, veteris alicuius scriptoris librum Græcum aut Latinum, prout natio & patria suadebat, & coronam è lauro ponentes, Rem, locumque dicendi sors dabat. Quò fortè alludit Velleius apud Cicer. li. 2. de natura Deorũ, quando Cottã vicisse ait: etsi corona & iudices defuerint. Quæstione soluta præmio quisq; & corona donabatur, non soluta transmittebatur ad eum, qui sortitò successerat, si nec is dissolueret, præmium & corona Deo, cuius festum erat, dicabatur. Quæ exercitatio ad secretissimarum rerum inuestigationem, & bonarum artium studia eos vehementer excitabat. Quales autem se in conuiuiolo Philosophico gesserint, suprà in prolegomenis dictum est.

Rhetorica Atheniensium.

Athenis primùm se orator extulit. Videsne in ea vrbe, in qua & nata & alta est eloquentia, quam ea serò prodierit in lucem? Siquidem ante Solonis ætatem, & Pysistrati, de nullo, vt diserto, proditum est. Periclis suauitate exhilaratæ sunt Athenæ, huius vbertatem & copiam admiratæ, eiusdem vim dicendi terroremque timuerunt. Hæc ætas prima Athenis Oratorem prope perfectum tulit. Cicero in Bruto, Et de Claris Oratoribus ait: Græcorum Oratorum fuisse præstantissimos Athenienses: eorumque principem facilè extitisse Demosthenem: & Atticè dicere, optimè sit dicere.

De

De Physiologia.

ARchelaus Anaxagoræ Clazomenij discipulus, primus naturalem Philosophiam, (vnde & Physicus appellatus est) Athenas importasse creditur. In qua multi post eum diligentissimè laborârunt, vt mirificè excultam non philosophi solùm, verùm etiam reges eã venerarentur. Nam Alexander Magnus Aristotelem præceptorem, quòd eas disciplinas, quibus ipse cæteris anteire cupiebat, diuulgasset, acerrimè reprehendit. Diog. li. 2. Volater. lib. 13.

Epistola eius apud Gellium recitatur, quæ vt præter ipsam elegantiam, & veterem simplicissimum iucundissimumq; scribendi morem, vtilissimam quarundam rerum doctrinam complectitur, sic meritò huic loco inserendam putaui: Gell. li. 10. cap. 4.

Ἀλέξανδρος Ἀριστοτέλει εὖ πράττειν:
οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας ἐκδοὺς τοὺς ἀκροαματικοὺς τῶν λόγων, τίνι γὰρ ἔτι διοίσομεν ἡμεῖς τῶν ἄλλων, εἰ καθ' οὓς ἐπαιδεύθημεν λόγους, οὗτοι πάντων ἔσονται κοινοί; ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις ἢ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν, ἔρρωσο,
Latinè fortassis reddi poterit:

Alexander Aristoteli bene agere.

IAm nõ rectè fecisti, quod auscultatorios disciplinarum libros eddideris. Nam qua alia repræstare cæteris poterimus, si ea quæ ex te accepimus, omnium prorsus fiãt communia? quippe ego doctrina optimarum rerum anteire malim, quàm copijs atque opulentia.

Rectè

Digitized by Google

Rectè profectò potentisſimus Imperator Alexander, ſapiétisſimum noſtrum Salomonem imitatus, omnium rerum præſtantisſimam iudicauit ſapientiam atque doctrinam, quippe per quam omnia alia, quæ vulgò putantur amplisſima, facilè acquiruntur, & in immenſum excreſcunt, ſine hac autem maxima Imperia citò dilabuntur, & pereunt. Deinde ſupra modum admirandum, quòd nec in medio armorum ſtrepitu, & grauisſimis Reipub. negotijs, nec tantarum rerum geſtarum gloria (eo enim tempore armis exercituque omnem propè Aſiam tenebat, & potentisſimum regem Darium victorijs vrgebat) bonarum artium, quæ plurimum ad eas res adiumenti atque ſplendoris allaturæ videbantur, obliuiſci potuerit. Vnde perſpicitur, quàm præpoſterum ſit iudicium eorum, qui aut generis, aut fortunarum ratione optimas literas vel contemnunt, vel etiam negligunt. Nunc quid magnus Ariſtoteles præceptor Maximo regi reſponderit, epiſtola, quæ eodem loco apud Gellium recitatur, declarat.

Vide ſupra libro primo.

Αριστοτέλης βασιλεῖ Αλεξάνδρῳ εὖ πράττειν.

Εγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκροαματικῶν λόγων. οἰόμθμος δεῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀπορρήτοις, ἴσθι ουν αὐτοὺς καὶ δεδομέν.ους καὶ μὴ ἐκδεδομένους, ξυνετοὶ γὰρ εἰσι μόνοις, τοὺς ἡμῶν ἀκούσασιν, ἔρρωσο.

Quam Gellius Latinè hic reddidit. ἀκροαματικοὺς libros, quos editos quereris, & non perin.

perinde vt arcana absconditos, neque editos scito esse, neque non editos, quoniam ijs solùm qui nos audiunt, cognobiles erunt.

Obscuritatem verò hanc quidem vehemẽter in Aristotele reprehendendam esse arbitrantur, quòd vtilissimas & prope necessarias artes per inuidiam, (vt ipsi loquuntur) posteris cõmunicare noluerit. Perindè esse iudicãtes omnino nihil tradere, & ita tradere, vt intelligere, & cum fructu aliquo cognoscere pauci possint. Rodolphus enim Agricola: Aristoteles, inquit, magnus vtique vir, & quem iure omnis miretur posteritas. Nec enim vel memoriæ viri, absoluendis omnibus philosophiæ partibus, optimè de studijs meriti obiectum quicquam velim, vel laudi, quam tot seculorum firmauit opinio, putem quicquam detrahi posse. Sed videtur mihi dolẽdum esse, sedisse id animo grauissimi hominis, vt non simpliciter atque apertè proferret, quæcunq; inuenerat, vt præter laborem, quem ipsa esset rerum habitura obscuritas, alia etiam nobis ex ipso obijceretur difficultas quò necesse haberemus mentem ipsius, velut Oraculi suspẽsam & ambiguam, indagine perquirere. Themistius enim author est, longè aliter omnia foras esse ab illo edita, quàm sint domi tradita, dementiæque simile esse, si quis legendis libris ipsius, speret illius se sententiam consecuturum. Sed quid Themistium dico? ipse de se locupletissimus testis est. Scribit enim in epistola ad Alexandrum, edidisse quæ ad philosophiam

Lib. 1. Inuentionis dialecticæ, cap. 3.

Digitized by Google

phiam pertinent, sed perinde tamen, nisi qui ab eo audierint eadem ista, ac si edita non essent futura, &c. Alij verò de obscuritate, quæ in Aristotelis scriptis reperitur sic loquûtur, vt eam non vitio, aut reprehensioni, sed magnæ prudentiæ tribuendam esse existiment. Nam Ammonius diligens eius Interpres: Aristotelis, inquit, scribendi genus vbique est elocutione exactum. Fugit enim semper Philosophus Rhetoricas exornationes, solum modò explicandæ & velut ob oculos proponendæ rerum naturæ intentus. Sæpè etiam pressum atque obscurè disertum, non ex scribentis natura, & ingenio (nam Topica, Meteora, aliaque non pauca dilucidè explicauit) sed data opera id egit, tum vt lectores ingeniosiores, magisque idoneos redderet, ijs quæ dicerentur compositè audiendis, tum vt inertes, segnesque initio remoueret auditores, quo dicta sunt obscuriora, eò magis certando euincere, ac penetrare infima connitûtur. Ita obscuritate tanquam velamine vsus est propter impuros prophanosque, rerum dignitaté verborum obscuritate inuoluens, &c. Sic Laërtius de Heraclito Ephesio refert, quòd de Theologia librum conscripserit ex industria obscuriorem, vt soli eruditi eum legerent. Ne si vulgo passim legeretur, pestilens & contéptibilis (vt ipse loquitur) euaderet. Quemadmodum Ægyptiorum sacerdotes diuinarú, maximarumque rerum mysteria, nequaquá omnibus promiscuè communicauerúnt. Et

obscuritatis vtilitas.

Græcorum

Digitized by Google

Græcorum Philoſophi, præſertim Pythagorei rerum naturam, obſcuribus quibuſdam ſymbolis, inuolucris, & ambagibus tegere voluerunt: ſacratiora eſſe Philoſophiæ myſteria iudicantes, quàm quæ temerè proferenda eſſent in vulgus. Ipſi denique Iudæi ſacræ Scripturæ arcana myſteria, non niſi ordinarijs Doctoribus multis de cauſis attingere permittebant, quod & ſupra à nobis probatum eſt, & Rabbi Moſes Ægyptius eleganter ediſſerit. Poetas in eo laudârunt veteres, quòd arcana naturæ difficultatibus quibuſdam implicârint, vt religio ſuam maieſtatem difficultate defenderet. Rhodog. lib. 7 cap. 1.

Li. 1. directorii, c. 33.

Publicè de rebus diuinis philoſophandi conſuetudo, magnum apud mortales diuinarum rerum cõtemptum peperit, ait Nicephorus Gregoras. Facilè namque vanas inde opiniones concipiunt, vel res dignas veneratione derident.

Cùm ergo præter veterum phyſicorum monuméta, *περὶ ἀκροάσεως φυσικῆς* libri in omnium manus perueniſſent, multò rectius Athenienſes, auctore Strabone, de rebus naturalibus diſſerere potuerunt. Eaque philoſophādi ratio maximo ſemper apud omnes homines in honore fuit.

De Theologia.

QVanquam Athenienſes omnium Deorũ ſuperſtitioſiſsimi cultores ſemper extiterunt, vt ignotis etiam aliarum gentium Dijs ſacra facerent: præcipuè tamen veteri religione

Luc. Act. 17. & omnes ferè hiſtorici.

ligione & cæremonia Mineruam coluerunt, quippe cui se fortunasque suas, atque vrbem ipso iam inde ab initio dedicassent. Ea enim Dea, vel ipso nomine Atheniensium se Reipub. familiarem esse testatur, inquit Lucianus. Neque multo inferiores Neptuno honores exhibebant, sacris nimirùm Posidonijs. Quoniam Minerua & Neptunus certatim huic vrbi præesse, eamq; à se denominare voluerunt. Nec mediocre propter hanc rem inter eos cerrtamen fuisse vetustißimorũ scriptorum monumenta testantur. Vt ergo gratã eius memoriam apud se residere declararent, vtrique certa quædam festa, certaque sacrificia, sicut à Maioribus suis sapientißimis viris acceperant, celebrauerũt. Mineruæ verò etiam imaginem, vt semper ob oculos versaretur, habuerunt. Cicero enim epistola ad Cornificiũ: Tuã, inquit, causam in Senatu egi, non inuita Minerua. Etenim eo ipso die Senatus decreuerat, vt Minerua custos vrbis, quã turbo deiecerat, restitueretur. Iam verò Ioui hominumque Deumque parenti, quantum cultũ tribuerint, diuersa eius numina, varijs cognominbus expressa, declarant, eique dies festos, Pandia, Diasia, & Dypolia consecrârũt. Iouis Olimpij ædem Adrianus Imperator ędificauit, atque draconem ex India deportatum, & statuam suam imposuit. Nec ἄρχοντα eligebantur, nisi prius affirmarent: quòd Iupiter ipsis esset penetralis, tutelarisque. Cererem quoque & Proserpinam sanctißima quadam reli-

Palladijs sacris lampadibus vtebãtur.

religione videntur obseruasse, nimirùm beneficij memores, quo à Cerere Proserpinam filiam quærente affecti sunt, cùm ab ea serendi frumenti incognitam ante artem didicerunt, quare Thesmophoria ab Eretheo rege introducta sunt, vt libro quinto aduersus gétes persequitur Arnobius. Refert Eusebius libro quarto contra Hieroclem, quòd Cereris sacerdos, Magnum illum Apollonium sacris Eleusinis initiari prohibuerit, Nefas esse affirmans hominem Magum, & Dæmonum consortio impurum initiari.

Herculem quoque ijsdem sacris initiari cupientem non admiserunt: quòd peregrinos initiari lex prohiberet: sed alia minora sacra instituerunt, ne vel amicissimi hominis gratia legem violasse viderentur. Rhodog. li. 16. cap. 9. Adrianus Imp. cùm esset Athenis mysteria Cereris spectare volebat. Diog. Alcibiades, quòd ea enuntiasset ad supplicium rapiebatur. Iustinus lib. 5. Liberi patris sacra omnium maxima fuisse, testatur Dion.

De Dionysio autem, cæterorumque Deorum cultu, cæremonijs & sacris Atheniensiũ, nihil in præsens attinet dicere, quoniam doctissimus ille Sigonius ex celebrioribus antiquissimorum scriptorum monumentis in suos de Atheniensium repub. libros deprompsit. Quatuordecim verò erant mulieres à regibus institutæ, quæ sacra secreta Dionysio cum alia θεωρία faciebãt, quæ γεραραὶ dicebantur, vt auctor est Pollux. has reginã iureiuran-

do ad egisse scribit Demosthenes: pia, & pura, & munda sum, à ceteris immunditijs, & à viri congressu, & Theognia & Iobacchæa, ministro Dionysio, ritu patrio, & statis diebus.

Sic ληξιαρχικοὶ, antequam inscriberentur, iurabant: Pro aris & focis decertabo, sacris iam receptis parebo, sacra patria semper colam, patriam deteriorem non reddam. Anth. Postel. de Magistrat. Athe. cap. 18.

Cùm humana philosophia, bonis literis, & artib' abundarét Athenæ, maxima penuria veræ sapientię laborabãt. Quã D. Paul. Apost. Iesu Christi, gentium Doctor, eis tradidit.

Ille enim, vt Lucas in Actis Apostolorum, ca. 17. refert, in Areopago constitutus, ait: Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosos vos video. Pertransiens enim, & videns simulacra vestra, inueni & aram, in aqua scriptum erat: Ignoto Deo. Quod ergo ignorantes colitis, ego annũtio vobis. Etsi tunc Epicurei, & philosophi sanam hanc doctrinam, veluti nouam aspernabãtur, & professorem illius Paulum σπερμολογὸν, nugatorem, vaniloquum, blateratorem vocabant: Dionysius tamen, vnus ex Areopagitis, & alij multi, auidè receperunt. Quorum sedulitate & industria Christiana doctrina, paulatim omnis falsitas gentiliũ obscurata est. Nam Dionysius ille Areopagita, primus Atheniensiũ Episcopus à Paulo cõstitut', nõ tantũ viua voce eos diligẽtissimè erudiuit, sed doctissimos etiam libros, de cælesti & Ecclesiastica Hierarchia, de diuinis nomi-

nominibus, & mystica Theologia, & alios nonnullos conscripsit. Rationes verò diuersas afferunt, quamobrem Athenienses aræ inscripserunt, Ignoto Deo. Duas enim rationes adducit Clarius. Aiunt enim, inquit, Philippidem quendam missum ab Atheniensibus Lacedæmonios pro ineunda societate, cùm Persæ in Græciam mouerent exercitum. Huic in Parthenio monte occurrisse spectrũ quoddam, Panis scilicet illius Gentilium Dei, qui quereretur, se ab Atheniensibus negligi, cæteros autem Deos coli, & pollicitus est se opitulaturum. Parta ergo victoria, huic templum erexerunt, & aram construxerunt. Et cauentes ne tale quid in posterum paterentur, prætermisso à se aliquo Deo, quem ignorarent, erexerunt & aram illam, illi inscribentes, Ignoto Deo. Alij verò sic dicunt: Inuasisse olim Athenienses pestilentiam, quæ ita illos incenderet, vt ne tenuissima quidem lintea ferre possent. Cùm autem consuetos Deos colerent, & orarent, nihil iuuabantur: cogitauerunt ergo esse aliquem fortasse Deum, quem ipsi inhonorum reliquissent, qui pestilentiam illam immisisset: quocirca ædificato altari, & inscripto, Ignoto Deo, & immolantes ei, continuò liberati sunt.

Ferunt autẽ totam aræ inscriptionem hanc fuisse: Dijs Asiæ, & Europæ, & Libyæ, Deo ignoto, & peregrino. Aliam rationẽ affert Comestor in Act. Apostol. Die enim Dominicæ passionis solis insuetam eclipsim videntes, to-

Digitized by Google

tam tenebris terram obscurantem, & huius causam non inuenientes, ad hoc inducti dixerunt, Deum naturæ pati. Construamus, inquiunt, illi aram, & dedicemus: quod & fecerunt, inscribẽtes illi: Ignoto Deo. De eadem eclipsi scribit beatus Dionysius ad Apolophanem. Diogenes Laertius, libro primo in vita Epimenidis, sic refert: Epimenides Philosophus peste vrbem expiaturus, sumpsit oues albo & nigro vellere, duxitque in Areum pagum, atque inde quò vellent abire permisit: his, qui sequebantur, mandans; vbicunque accubuissent, singulas mactarent peculiari Deo, atque in hunc modum quieuit lues. Inde per Atheniensium pagos arę sine nomine inueniuntur. De veræ huius Atheniensium atque Græcorũ sapientiæ progressionibus, & interitu, Ecclesiasticæ historiæ scriptores eleganter & copiosè scripserunt.

DE IVRISPRVDENTIA, LEGIBVS, *& iudiciorum ratione apud priscos Athenienses.*

QVanquam prudentissimi Atheniensium Reges, ad perpetuam eius vrbis salutem, & conseruationem sociorum varia Iudiciorum fora introduxerũt, Areopagum, Pritanium, Palladium, Delphinium, Phreattium, Trigonium, Parabistiũ, Helięam, (quod Pausanias omnium maximũ fuisse testatur) variæ tamen mutationes, vt fit, diuersiq; abusus in hanc Iuris officinam paulatim irrepserunt

runt: & mala Atheniensium consultatio, (de qua mox dicetur) in prouerbium abijt.

Draco diuini humanique iuris peritissimus, primus omnium Atheniensibus leges tulit, quibus Rempub constringeret. Quæ tamen propter nimiam acerbitatem (nam non atramento, sed sanguine eas conscripsisse vulgò dicebatur, quia leuioribus etiam peccatis capitalem pœnā adscripserat, haud diu durare potuerunt, sed non decreto, iussoque, at tacito, illiteratoque cōsensu præter eas, quæ de homicidio erant, auctore Æliano, obliteratæ sunt. Et Solō, Tarquinio Prisco Romę regnante, mitioribus legibus omnes Reipub. partes ita mitigauit, vt in perpetuum, si optempnrassēt, rectè consistere potuisset. Quas quidem ipsi tanto in honore habuerūt, vt axibus ligneis magnis descriptas literis publicè omnibus legendas proponerent: vtque in sempiternum durarenr, pœnis grauioribus sancirent. Ex quibus Ius ciuile Romanorum profluxisse videtur. Cùm ergo Solon Remp. sat multis legibus stabiliuisset: eas tamen, si vsus postularet, corrigi, & abrogari posse voluit, si meliores, commodioresque in earum locum introducerentur. Sed veterum abrogandarū, nouarumque instituendarum Ius non vniuersæ concioni, sed meliori populi parti tributum est: qui νομοθεταὶ appellabantur, quod leges ipsæ Solonis, quæ in Demosthenis & Aeschinis orationibus recitantur, ostendunt. Qui verò aut leges suaderent, aut latis legibus

Digitized by Google

patrocinarentur, συνδίκους: qui in Senatu & concione causam publicam defenderent, ῥήτορας instituit: Mercedis loco, quoties eo nomine dicerent, drachmã accepturos, quemadmodum in Vesparum commentario scriptũ reperitur, & ex ipsius Solonis lege, quæ est in accusatione Timarchi, deprehenditur. Areopagitas verò, qui à regibus rerum solummodò capitalium cognitionem acceperant, Solõ rerum omniũ speculatores, & legũ custodes instituit. Illæ quoque res, quæ ad religionem & sacra pertinebant, ad eos referebantur. Paulum enim Apostolum, quando de Christo, solo & vero Deo, Athenis philosophabatur, ad Areopagum perducebant. Ipsi enim inter omnes iudices & auctoritate, & gloria præstiterunt, vsque adeò, vt Areopagitam pro constanti senatore, & integerrimo iudice M. Tullius ad Atticum scribens vsurparit: & Aristides, cùm in Panathenaica priscam Atheniensium disciplinam commendaret, omnium superasse laudis excellentiam dixerit. Quare tãta ab omnibus ciuibus habita reuerentia est, vt in conspectu eorum ridere nefas existimarent, sicut ex Æschinis orat. deprehenditur. Nemo enim in eum ordinem admittebatur, nisi honestè natus, virtute & modestia spectatissimus, vt Isocrat. in Areopagitica sua fatetur.

Refert Aulus Gellius libro duodecimo noctium Atticarum, capite septimo, quòd mulier virum & filium eodem die, venenis clam

datis,

Digitized by Google

datis, interfecerat: atque id se fecisse confitebatur: dicebatq;, habuisse se faciendi causam: Quoniam ille idem maritus & filius, alterum filium mulieris, ex viro priore genitum, adolescentem optimum, & innocentissimum, exceptum insidijs occidissent. Idque ita esse factum controuersia non erat. Dolabella retulit ad consilium. Nemo quisquam ex consilio sententiam ferre in causa tam ancipiti audebat, quod & confessum veneficium, quo maritus & filius necati forent, nō admittendum impunitum videbatur, & digna tamen pœna in homines sceleratos vindicatum fuisset. Dolabella eam rem *Athenas* ad *Areopagitas*, vt ad Iudices grauiores, exercitatioresque reiecit. *Areopagitæ* cognita causa, accusatorem mulieris, & ipsam, quæ accusabatur, centesimo anno adesse iusserunt.

Sic neq; absolutū mulieris veneficium est, quod per leges non licuit: neque nocens damnata, punitaque, quæ digna venia fuit. Scripta hæc historia est in libro Valerij Maximi, factorum & dictorum memorabilium octauo. Vbi Petrus Mosellanus ex Iulio Polluce annotauit: Areopagitas tantùm cædis, & vulnerum causas suscepisse, tunc & incendiorum & veneficiorum. fiebatque in iudicio statim iusiurandum, & post iudicium. Nec licebat cuique causam dicere cum exordijs, aut epilogis, cæterisque id genus pigmentis, quibus Iudicum beneuolentia captatur. Nec affectus mo-

uere permittebatur, ad miserationem, vel iram, & id genus alia: Iudicabant autem sub dio, aut, vt inquit Lucianus, in nocte, ne aspectus iudicem in gratiam alicuius attraheret. Eadem ferè refert Alexander Sardus de moribus gentium lib. 2. cap. 25.

Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. Atheniensis, inquit, vrbis sanctissimũ consilium Areopagus, quid quisque ageret, aut quonam quæstu sustentaretur diligentissimè inquirebat, vt homines honestatem, vitæ rationem memores reddendam esse sequerentur. Laertius libro 2. in vita Stylphonis Megarẽsis, ab Areo pago hoc consilium denominatum ait: & religionis quoque censuram habuisse significat. Io. Gagneius ad cap. 17. Act. Apostolorum, ex Stephano refert τὸν ἄρειον πάγον promontorium fuisse mœnibus & valle munitum, in quo Athenis iudicia, & quæstiones rerũ, præcipuè criminalium, deq; nece perpetrata exercebantur. Duoque Athenis consilia fuisse refert. Alterum, quotannis mutabile, quod remp. constituebat: alterum perpetuũ, quod de cædibus & reb⁹ criminalibus iudicabat, eo in loco qui dicebatur Areo pagus. De quo iudicio & Areopagitarum moribus latius Budæus in Pandectis disseruit.

Nicephorus Calixtus lib. 2. cap. 20. nouem fuisse refert, genere, opibus, sapientia, virtute, præstantissimos. Ex quorum numero Dionysius Areopagita D. Pauli Apostoli auditor erat.

Tanta

Tanta erat in iudicando integritas, vt nemo de veritate sententiæ illorum dubitaret. Vt si scelestus admodum creditus, post causam apud illos dictam, euaderet: nulla eum vis, nulla auctoritas posset de ea causa appellare. Et vt erat maxima in iudicando diligentia atq; sedulitas: ita rarius id munus subibant. Singulis enim mensibus ter solùm iudicabāt. Nec nisi ob maximam necessitatem, præterea indictum consilium fieret, coibant. Ipsique ἀρχοντες principes electi primò Areopagitis deinde populo iurabant, perpetuò se leges seruaturos. Postellus ca. 4. & 19.

Leges autem in Prytanio, ad ædem Mineruæ asseruabantur, Alexand. Sard. lib. 2. cap. 6. Quarū patroni & conseruatores νομοφύλακες erāt 12. Qui laudibus & honoribus prosequebantur eos, qui secundùm leges viuebant, quotquot non parerent, mulctabant, Sard. lib. 2. cap. 18. Et ληξιαρχικοι antequam inscriberentur inter cætera iurabant. Si quis legibus non paruerit, easque euertere voles, non permittam. Postellus cap. 19.

Quod autem leges Atheniënsium ab Hebreis profluxerint, probat Ambrosius cap. 7. epistolæ ad Romanos.

Otij & desidiæ conuictos ex lege Draconis Athenienses capite plectebant. Adulterium morte: stuprorum virgini ingenuæ illatum decem dragmis mulctabant.

Eorum liberos qui in prælijs occubuissent publicè enutriendos, erudiendosque Solon

præ-

Digitized by Google

præceperat, quo ſanè animati ſinguli fortiter, & ſtrenuè in bellis dimicarent. Quique oculum in bello amiſiſſet, publicè ali voluit.

Principemque, ſi ebrius deprehenſus eſſet, morte mulctandum. Curatorem cum pupillorum matre habitare vetuit. Neue is fieret curator, ad quem poſt pupillorũ obitum ſubſtantia ſpectaret.

Gellius lib. 2. cap. 12.

Et Ariſtoteles refert, in legibus Solonis talem legem ſcriptam fuiſſe: Si ob diſcordiam diſſenſionemque ſeditio populi in duas partes fieret, tum qui non alterutri parti ſeſe adiunxerit, ſed ſolitarius ſeparatusq; à communi malo ciuitatis ſeceſſerit; is domo, patria, fortuniſque omnibus careto, exul extorriſque eſto. De qua lege Gellium & alios graues viros admiratio tenuit: Quamobrem dignos pœna iudicaſſet, qui ſe procul à ſeditione remouiſſent.

Sed penitius intuentibus non ad augendam, ſed deſinendam ſeditionem lata videbatur. Quòd ſeditionem prudentes viri conſilio & authoritate ſedare poſſent, ſi alterutri parti ſe adiungerent.

Habebant præterea Athenienſes quaſdam leges aduerſus exules promulgatas, quas cum Demopolis & Neocles Themiſtoclis filij in vſum reuocare conarentur, populumque Athenienſem docere, à paternis inimicis lapidibus obruti ſunt. Sed cùm Athenienſium reſpub. in hoſtium poteſta-

Digitized by Google

testatem venisset, & Triginta Lacedæmoniorum Tyranni pro sua libidine, conculcatis optimis legibus, Athenienses opprimerent: Trasybulus quidam Thebanorum auxilio vrbem recuperauit, eiectisque Tyrānis, veteres Solonis leges Atheniensibus suis restituit. Tandem Romani capta Græcia suas leges introduxerunt, easq; in Academijs tradi voluerunt.

Rhodogi. li. 14. cap. 12. Valer. li. 5. cap. 6. de Trasybulo. Sigonius li. 1. de Iure prouinc.

Medicina.

QVanquam apud Athenienses in omni disciplinarum genere clarissimi philosophi extiterunt: tamen Aristophanes paucos ibi medicos fuisse probat, quod nulla ipsis essent præmia. Sic enim eius Plutus loquitur: οὐδὲ γὰρ ὁ μισθὸς· οὐδεὶς οὐδ' ἡ τέχνη. Neq; prēmiū vllum est, ars nec ipsa item viget. Sint Mœcænates, inquit Martialis, non deerunt, Flacce, Marones,

Vergiliumque tibi, vel tua rura dabunt.

Poësis.

QVia præ cæteris Græcis Athenienses in Poetas benigni, & liberales erant, plurimi apud eos celebriores poetæ extitisse creduntur. Nam Chērilus, quia eorum res gestas cōtra Xerxem scripserat, singulorum versuum, singulos stateras aureos accepit. Quem tamen Horatius incultis, & malè natis versibus scripsisse fatetur. Vt mirer quòd Iuuenalis ipsos reprehendat, quasi in poetas auari fuerint:

Pani-

Iuuenalis satyr. 7.

Pœnituit multos vana sterilisq; Cathedræ,
Sicut Trasymachi probat exitus, atque Secundi
Carinatis, & hunc inopem vidistis Athenæ,
Nil præter gelidas ausa conferre cicutas.

Nisi hoc de asperis & strictis Poetis intelligẽdum, quibus nunquam Athenienses magis delectatos fuisse, quàm prannis, asperis vinis scribit Athenæus. Hipparchus verò Pisistrati Tyranni filius omnium eo tempore Atheniensium sapientissimus, vt Tyrannidis inuidiã sapientię opinione extingueret, bonas literas, & literatos viros diligenter coluit, & Homerum, Gręcorum poetarum facilè principem, primus in ordinem redegit, & Athenas importauit. Cuius ingenium & eruditionem admirati, omnium scholarum iuuenes discere voluerunt. Nam quantopere necessaria sit diligens Homeri lectio, Fabius Quintilianus eleganter demonstrat: Vt Aratus inquit, à Ioue incipiendum putat: nos ita ritè ab Homero cœpturi videmur. Hic enim (quemadmodum ex Oceano dicit esse animum vim, fontiumque cursus initium capere) omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit. Hunc nemo in magnis rebus sublimitate, in paruis proprietate superauit. Idem lætus ac pressus, iucundus & grauis, tum copia, tum breuitate mirabilis. Neque poetica modò, sed oratoria virtute eminentissimus. Namque vt de laudibus, exhortationibus, consolationibusque taceam: nonne vel nonus liber, quo missa ad Achillem legatio continetur, vel in

Aelian. l. 8. cap. 2. varia historia Vol. lib. 16.

Fabius lib. 10. cap. 1.

prima

Digitized by Google

primo inter duces illa contentio, vel dictæ in secundo sententiæ, omnes litium ac consiliorum explicant artes? Affectus quidem vel illos mites, vel hos concitatos, nemo erit tam indoctus, qui non in sua potestate hunc auctorem habuisse fateatur. Age verò nonne in sui vtriusque operis ingressu, paucissimis versibus legem procemiorum non dico seruauit, sed constituit? Nam & beneuolum auditorē inuocatione Dearum, quas præsidere vatibus creditum est, & intentum proposita rerum magnitudine, & docilem summa celeriter cō-prehensa facit. Iam similitudines, amplificationes, digreßiones, exempla, signa rerum, & argumenta, cæteraque probandi & refutandi, sunt tam multa, vt etiam qui de artibus scripserunt, plurima earum rerum testimonia ab hoc poeta petant. Nam & epilogus quidem quis vnquam poterit illis rogantis Achillem Priami precib. æquari? Quid? in verbis, sententijs, figuris, dispositione totius operis, nonne humani ingenij modum excessit? Vt magni sit viri, virtutes eius non æmulatione, (quod fieri non potest) sed intellectu sequi. Verùm hic omnes sine dubio, & in omni genere eloquentiæ procul à se reliquit. Et hunc quoties de reliquis loquendum, vt Achillem semper excipi par est. Plinius doctrinarum & antiquitatis parentem vocat. Archilochus ait Homerum literas quas Cadmus in Græciam rudiores introduxerat, correxisse, certaq; loquendi & scribendi pręcepta grammatica dedisse

disse. Quare Alcibiades ludum literarium aliquando ingressus, petijt à Ludimagistrô Homerum, qui cum se nihil Homeri habere affirmaret, acriter eum verberauit: Indoctus, inquiens, magister es, tibi similes discipulos reddes, vt scribit Ælianus. Et Plato philosophorum Deus, primò omniũ ad Poesim animum adiecit, & heroica carmina cœpit condero, quæ tamen vbi longè inferiora Homeri versibus deprehenderet, aboleuit: deinde ad Tragœdias scribendas cõuersus, cũ Socratem semel audisset, ad Philosophiam transgressus est. Verùm Astydamas Tragicus primus ex discipulis Socratis ad Poeticam se contulit, docuitque Athenis Tragœdias 42. & Astydamum filium Poetam reliquit, cuius Tragędias cõmemorat Suidas. Hos paulatim, vt fit, plurimi imitabãtur, & poesis in immensum excreuit, quã Horatius Flaccus Venusinus poeta, ibi perfectè didicit. Scribit enim ad Iulium Florum:

Adiecêre bonæ paulò plus artis Athenæ,
Scilicet vt possem curuo dinoscere rectum,
Atque inter syluas Academi quærere verum:
Dura sed amouêre loco me tempora grato,
Ciuilisq; rudem belli, tulit æstus in arma.

Quare eorum in Carmine fœlicitatem, dexteritatemque descripturus, sic de ipsis in arte loquitur.

Vos exemplaria Græca
Nocturna versate manu, versate diurna.

Item;

Graijs

Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
Musa loqui.

Sed cum Tragœdiæ & Comœdiæ populo siue voluptatis, siue eruditionis gratia exhiberi cœpissent, pueros quoque suos in theatrum collectim perducebant; vt priscorum virorum virtutes, & vitia spectarent, atque ab his auersi, feruenti studio, ad illas amplectendas incitarentur.

Quod disciplicet Lactantio. l. 6. cap. 10.

De Mathesi, & præsertim de Musica.

BOnarum artium Athenis professores philosophi; Iuuentutem à teneris ad Mathematicas disciplinas assuefacere solebant. Vnde peruagatum illud Platonis de sua Academia verbum: Nemo huc ingrediatur Matheseos imperitus. Et Xenocrates ad eum qui ludum suũ frequẽtare cupiebat, nec Geometriç Musicç peritus erat; Abi inquit, quia ansas philosophiæ nondũ attigisti. Quapropter Aristoteles tam frequẽter passim Mathematica exẽpla vsurpat, quæ apertiora esse arbitratur ob familiarem rerum Mathematicarum vsum; qui eo tempore erat Athenis. Musicæ verò & choris tanto studio incumbebãt Athenienses; vt varij choragi instituerentur, qui eius artis rationem haberent; quod Lysias in orat. de muneribus Atheniensium demonstrat. Qui & victum delicationem pueris suppeditabãt; ad voces corroborandas, sicut Plutarchus refert: & coronas præterea aureas, vestesque, chori ornamenta atque insignia comparabant. Ludum quoque instituere, in quo per

Vnde Gellii lib. 15. c. 17.

magiſtrũ (quem χοροδιδάσκαλος appellabant) chorum ipſum inſtituendum, exercendumq; curarent. Quidam etiam pueris ſolùm tradebantur Choragi, qui ludorum literariorum, quo pueri ingenui ventitabant curam, habebant. Quos etiam vt quàm optimè eos inſtituerent, integerrimæque cum ipſis verſarentur, quadraginta annorum eſſe oportebat, vt Æſchenes in oratione contra Timarchum probat. Qui verò in Dionyſijs & Panathenæis pſallendo & cantando reliquos ſuperaſſet, tripodem præmium ferebat, eumque cum magna cæremonia dedicabat, vt Demoſthenes aliquoties meminit. Vnde etiam ille mos introductus eſt, vt in conuiuijs poſt cœnam circũferretur Lyra, cuius cum ſe imperitum Themiſtocles confeſſus eſſet, habitus eſt indoctior. Haud mirum ergo ſi omnium Græcorum ſapientiſsimi Athenienſes fuiſſe prædicentur, qui tam diligenter & populum, & Iuuentutem inſtituerunt. Nam omnes promiſcuè bonas literas didiciſſe videntur. Cùm enim duce Nicia aduerſus Siculos parùm feliciter pugnaſſent, permultis occiſis, pleriſque captiuis in Siciliam abductis, captiui omnes Siculorum filios literas docere coacti ſunt, auctore Zenodoto. Vndè ortũ prouerbiũ eſt. ἢ τέθνηκεν ἢ διδάσκει γράμματα, aut mortuus eſt, aut docet literas. Et apud Xenophontem quidam vir eruditus, Athenienſes à ciuili bello ad pacem, & concordiam reuocaturus: Nonne omnes eiuſdem, inquit,

Ci. 1. Tuſc. Fab. 1. c. 17

Athenienſes quare Græcorum ſapientiſsimi.

patriæ

patriæ sumus alumni? nonne eisdem templis sacrisque initiati? Nonne in eisdem scholis atque Gymnasijs omnes eruditi sumus? vndè ergò hæc odia sunt exorta, cum odiorum nulla causa sit, multę autem charitatis? Præterea Nazianzenus in epistola ad Eudoxium: erat, inquit, Athenis lex vetus, & vt ego quidé sentio, optima, vt iuuenes postquam ad pubertatem peruenissent, ad artes discendas perducerentur, ad quas nimirum natura ferebantur.

De Atheniensium stulta consultatione.

CVm ergò Athenis tot grauissimi Philosophi, clarissimique Oratores semper extiterint, qui eos tam bonarum artium doctrina, quàm optimis exemplis erudire possent: sæpè miratus sum quomodo fieri potuerit, vt in tãta sapientiæ, optimarumque rerum abundantia, malæ consultationis accusarentur, & incõsulta eorum temeritas in prouerbium abiret. Aristophanes enim de Atheniensibus loquẽs:

φασὶ γὰρ δυσβουλίαν τῇ δὲ πόλει προσεῖναι.

Leua consilia ferũt huic adesse ciuitati, & populi Atheniẽsis robur Demosthenes ipsis exprobat; quod alij homines consultare prius, deinde rem aggredi soleãt, Athenienses verò post rem factam consultare. Poetę vitiũ hoc, dum negare nõ possunt, excusaturi, in Neptunum reijciunt, quasi is à Minerua victus, cùm ea regione potiri non posset, iratus δυσβουλίαν immiserit: atque hoc deinceps Atheniensibus ἐπιχώριον, siue vernaculum permanserit. Idq;

Vide Adagium Stulta Atheniensium consultatio chil. 1. cent. 8.

Mineruam patronam non mutasse, sed quod ipsi malè statuerent, in bonos semper euentus vertisse aiunt. Vnde illud Aristophanis:

Est sermo quidam ductus à Maioribus,
Fatua licet statuamus, ac vecordia,
In melius attamen omnia nobis cedere.

Ego quantum conijcere licet, huius rei causam fuisse arbitror, quòd neque Senatum ex optimis, prudentissimisque ciuibus elegerint, vt de Lacedæmoniorum Reipub. in politicis scribit Aristoteles: neque philosophos & prudentes viros in consilium adhibuerint. Hoc enim mihi indicare videtur Eupolis apud Athenæum:

Quos ante hac nemo præfici conuiuio
Quisquam vt esset, nunc videmus scilicet
Belli duces: ô ciuitas, ô ciuitas.

Fortuna vt es felicior quam sapis fœminas quoq; in consilium adhibere solebant: quod cum infelices sæpe exitus haberet, publico decreto mutatum fuit, teste Augustino lib. 18. ciuitat. Dei, ca. 9. & Bohemo lib. 3. cap. 2.

Isocrates etiam in oratione de pace fatetur, Athenienses ab eorum consilio pendere solitos, quos omnes sapientes aspernabantur, illisque ciuitatem tradere, quibus nemo priuatim quicquam credere auderet. Et M. Cicero in oratione pro Flacco, vniuersam Græciam hoc potissimum malo cócidisse scribit, quòd imperitos & seditiosos homines, Reipub. præficerent, optimè meritos ciues eijcerent. Euripides quoque de Atheniensibus dixisse videtur.

tur. Stultorum opus est hominum, vt aliqui non sapientibus ciuibus tradant potestatem. Pulchrum est Antisthenis apud Laertiũ. Cùm enim Athenienses admoneret, vt asinos non minus ad agriculturam eligerẽt, quàm equos, illi verò animal ad arandum ineptum esse responderent: quid refert, inquit, quia in vestra Republica duces sunt, qui nunquam didicerunt administrãdi rationem, sed satis est, quòd à vobis eligantur. Haud mirum ergò si praua consilia ceperint. Nam improbissimos ciues, fidelissimos Reipu. custodes esse arbitrabantur, qui aut per imperitiam stulta, aut per odium & inuidiam reipub. perniciosa consulebant. Malum enim ingenium magnam potestatem adeptũ, magnum est ciuitati malum.

Quod Solonis sana consilia respuentes Pisistrato blandienti crediderint scribit Solon ad Epimenidem. Percunctanti cuidam: cedo, qui vestram rempub. perdidistis tam cito, respondetur apud Næuium. Proueniebãt Oratores noui, stulti, adolescentuli, qui affectibus rapiebantur. Cicero in Catone Rhodog. lib. 18. antiq. cap. 25. Accedit: quod exterarum nationum homines ignotos & imperitos vel in ipsum Areopagiticum senatum paulatim asciscebant, qui pro suo quisque affectu sententiam dicebant. Cicero pro Cor. Balbo.

Sunt qui maximę ipsorum leuitati tribuãt. Nam Isocrates: Ea, inquit, temeritate sumus, vt eisdem de rebus, eodem die, non eadem decernamus, quæ domo egressi damnabamus, ea

ipſa in concione probemus, & domum regreſsi quæ hic decreta ſunt, cauillemur. Et Lucas Apoſtolus Ieſu Chriſti: Ad nihil, inquit, vacabant aliud Athenienſes, quam audiendū & dicēdum aliquid noui. Quare præſtantiſsimi oratores, leues & nouitatis ſtudioſiſsimos homines, in quamcunque ſententiam permouere potuerunt, ſicut Iuuenalis de Demoſthene ſcribit:

Actor. 17.

Eam leuitatem etiā taxat Cicero pro Q. Ligario.

Satyr. 10.

Quem mirabantur Athenæ
Torrentem, & pleni moderantem frena theatri.

Et propterea, vt mihi quidem videtur, potentiſsimus Macedonum rex Philippus tunc demum ſe cum Athenienſibus in gratiam rediturum aiebit, ſi prius decem oratores, quos ipſe vellet, darentur. Intelligebat enim Athenienſes pro eorum voluntate aut amicos, aut inimicos fore. Demoſthenes autem, quia verus Orator, hoc eſt, vir bonus, & Reip. ſtudioſus erat, diligenter eos commonefacere ſolebat, ne facilè crederēt. Permulta quidem, inquit, ſunt ciuitatibus excogitata ad ſalutem, quæ manibus hominum fiunt, & ſumptus ingētes poſtulant: ineſt autem vnum commune munimentum in animis hominum à natura, nimirum, non facilè credere, vel, ſi vno verbo dicere licet, diffidentia. Hanc Atheniēſes amplectimini, hanc ſi habetis, nihil vobis eueniet mali. Quod ſaluberrimum prudentiſsimi viri conſilium tantò diligentius hoc tempore pleriſq; rebuſpub. obſeruandum erit: quantò plures ipſis inſidiantur, quantoque nunc hominum

Vincentius li. 4. ca. 91.

Simile extat 4. Macha. 1.

minum improbitas maior est, qui insolentiæ & furoris, vbi aliquam auctoritatem sibi peperisse videntur, nec rationem nôrunt vllam, nec modum adhibere. Tantaque vulgi inconstantia, vt si quis non religionem solùm (quãquam eius corruptio omnium optimarum rerum perturbationem secum afferre solet) verum etiam leges ciuiles, & viuendi rationẽ prorsus euertere velit, secũdo id populo possit facere. Cauendum nimirum est, ne Magistratus ignotis & nouis hominibus facilè credat, vel etiam citra rationem & discrimen in ciuitatem asscribat. Nam vtrunque nobilissimas, potentissimas, florẽtissimasque Respub. euertisse libro 5. Politicorum probat Aristoteles. Quod cùm prudentiores Athenienses, etsi seriùs quam reipub. salus postulabat: tamẽ aliquando tandem intelligere inciperent, effrænatam Oratorum licentiam in ordinem redigere, & ad clepsydram, aquámue, ne affectibus mouendis operam dare possent, dicere voluerunt. Videbant enim per eloquentię vires pœnis eripi scelestos, fraude interim damnari bonos, consilia duci in peius. Nec seditiones modò, turbasque populares, sed inexpiabilia etiam bella excitari, rempubl. turbari sæpe, atque euerti. Eloquentia enim sine probitate, & sapientia, auctore Cicerone, obest plerumq; ciuitatibus, prodest nunquam. Quare Chilo, vnus è septem sapientibus Græciæ, optimam pronunciabat rempubl. esse, quæ leges, minimè autem Rhetores audiret.

Si qui verò in Senatu Athenienſi viri boni erant, illi priuato commodo nimis dediti, rěpub. (quam inprimis curare debuiſſent) neglexiſſe videntur. Intolerabilis enim Athenienſium auaritia apud pleroſque ſcriptores in prouerbium abijt: Atticus vel moriens manum porrigit. Quemadmodum ſacrum Romanum Imperium per latens odium, & proprium commodum, haud parum detrimenti accepiſſe legitur. Neque praua Athenienſium conſilia excuſare, refutaréue poteſt, quòd ipſi potentia, imperio, & authoritate præ cæteris Græciæ ciuitatibus floruiſſe leguntur. Id enim non eorum prudentia, ſed hoſtium ignauia, & nihilo prudentioribus conſilijs eueniſſe Demoſthenes & Iſocrates apertè fatentur. Aut etiam optimorum philoſophorum induſtria, qui ſe tum Regibus & Magiſtratui ſponte coniungere voluerunt: ne cum ipſa Repub. bonæ etiam literæ interirent.

Rholog. libr 18. lectionum antiquar. cap. 25.

Quàm honeſtum olim fuerit Athenis ſtuduiſſe.

QVoniam ergò nobiliſsima Athenienſium Vniuerſitas, bonarum artium inuentrix, philoſophorum, Oratorumque, & Poëtarum mater & parens, Deorum verò immortalium alumna, locus doctrinarum fertiliſsimus à veteribus prædicatur, & Nazianzenus in Monodia Baſilij Magni, Athenas aureas omniumque doctrinarum procreatrices vocat. Et Auguſtinus de Athenis loquens: illa, inquit, ciuitas mater ac nutrix liberalium

Valerius li. 8. c. 7.

Li. 18. de ciuit. Dei.

Digitized by Google

beralium doctrinarum, & tot tantorumque philosophorum fuit, qua nihil habuit Græcia clarius atque nobilius: iccirco honestissimũ quoque iudicabatur, Athenis, vbi clarissimi Philosophi florebant, studuisse Plato gratias agebat naturę: quod homo natus esset non bestia, quod mas non fœmina, quod Græcus nõ barbarus, quod Atheniensis potius quã Thebanus. Quanquam nec locus Athenarum, nec Socratis solius Doctrina ingenium vel sapiẽtiam omnibus ita tribuerunt, vt nusquam alibi ea haberẽtur. Idem M. Cicero cõfirmat. *Lactan. l.3.c.19.*

Quanquam te M. fili, annum iam audientem Cratippum, idque Athenis, abundare oportet præceptis, institutisque philosophiæ, propter summam & doctoris authoritatem, & vrbis. Et suscepisti onus graue & Athenarum, & Cratippi, ad quos cùm tanquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus: inanem redire turpissimum est, dedecorantem & vrbis authoritatem, & magistri. Qualem verò se ibi gesserit, indicat C. Trebonius in epistola quadam ad ipsum Ciceronem, quæ sic habet. *Lib. 1. officiorum.* *Lib 3. officiorum.*

C. Trebonius Ciceroni S. P. D.

SI vales benè est: Ego quidem valeo. Athenas veni ad 11. Calend. Iun. atque ibi, quod maximè optabam, vidi filium tuum deditum optimis studijs, summaque modestiæ fama. Qua ex re quantam voluptatem ceperim, scire potes etiam, me tacente. Non enim nescis, quanti te faciam, & quam pro nostro veterri-

Digitized by Google

mo, verissimoque amore omnibus tuis etiam minimis commodis, non modo tanto bono, gaudeam. Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare. Nihil adolescente tuo aut amabilius ijs omnib⁹ qui Athenis sunt, est, aut studiosius earum artium, quas tu maximè amas, hoc est, optimarum: itaque tibi, quod verè facere possum, libenter quoq; gratulor, nec minus etiam nobis, quòd eum, quem necesse erat diligere, qualiscúq; esset, talem habemus, vt libenter quoq; diligamus. Nos illum paratum, & pleno ingressum gradu, cohortari non intermittemus, quò indies longius discendo, exercendoq; se, procedat, &c. Democritus ergò, vt scribit Demetrius Phalereus, Athenas venire noluit, ne ex loco gloriam, qua abūdabat, accepisse videretur. Ipse autē Cic. auctoritatē, vt videtur, & gloriā paraturus, Athenis philosophiā profiteri cupiuit. Si ipse, inquit, li. 3 Officiorū, Athenas venissem (quod quidē esset factum, nisi me è medio cursu clara voce patria reuocasset) aliquādo me quoque audires. Lucianus in dialogo de laudibus Demosthenis, haud inter postremas eius felicitates refert, quod Athenis natus, & institutus esset. Quoniā nemo apud veteres perfectus philosophus, & summus Orator habebatur, qui Athenis non studuerat. Quapropter nobilissimi quique Romani, ad capiendum ingenij cultum Athenas ferè proficiscebantur, vt testatur Aulus Gellius. Et Horatius Flaccus, perfectum se Athenis Poetam euasisse glo-

Gellius lib. 1. cap. 12. & alibi crebro.

Digitized by Google

gloriatur, vt superius quoque est à nobis recitatum. Et mater Diui Clementis Apostoli, Athenas Roma proficisci voluit, vbi ipsa quidem sine periculo viuere posset: filij verò bonas literas docerentur. Imò ex remotissimis orbis terrarum partibus Athenas bonorum studiorum gratia certatim conuolârunt. sicuti de Anacharsi Scytha Lucianus, & Laertius prodiderunt. Apertissimè autem Paula & Eustochium apud Beatum Hieronymum, Marcellæ vt in Bethlehem locum excolendæ pietati aptissimum sese conferret, persuasuræ. Præclarus, inquiunt, Orator quendam reprehendendum putat, quod Græcas literas non Athenis, sed alibi didicerat. Cùm enim maxima ibi studiorum commoditas esset, fidelissimique Doctores, doctissimi ferè viri ex ea redierunt.

Clemens li. 7. recognitionum.

Inter cæteros enim Marcus Tullius Athenis eruditus est, cumque ibi aliquando ex more declamaret, Posidonius exclamasse legitur, videre se, solam Græcis relictam dicendi gloriam, per ipsum ad Latinos transferri. Pomponius quoque Atticus intimus Ciceronis amicus, cùm omnium propè artium fundamenta haud infeliciter iecisset, Athenas perfectam scientiam relaturus, profectus est, vt in vita eius refert Cornelius Nepos. Et hinc nō modo cognomen reportauit, sed moderationem quoque animi, & humanitatem atq; prudentiam auctore Cicerone.

Hinc

Digitized by Google

Hinc etiam est quod tam frequens & honorifica Athenarum mentio fit apud Ciceronem in epistolis, quam ad Atticum sunt, reperitur, Basilius quoque & Nazianzen. Theologus ibi philolosophiæ & eloquentiæ doctrinam hausêre. Ioannes etiam Papa 8. in bonis artibus & Theologia tãtum progressum fecisse dicitur, vt cum Romã rediret, æquales paucos, superiorem haberet nemiñe. De excellentia verò Atheniensis Academiæ Velleius Paterculus in histo. Romana sic loquitur: Vna vrbs Attica pluribus annis eloquẽtia quam vniuersa Græcia operibusque floruit, adeo vt corpora gentis illius separata sint in alias ciuitates, ingenia verò solis Atheniensium muris clausa existimes. Neq; ego hoc magis miratus sum, quam neminem Argiuum, Thebanum, Lacedæmonium oratorem aut dum vixit autoritate, aut post mortem memoria dignũ existimatum, quæ talium studiorum fuerũt steriles, in Thebas vnũ os Pindari illuminaret. Nam Alcmana Lacones falsò sibi vendicant.

Ruff. l. 2. ca. 9. Socrat. li. 4. cap. 26. Sos. li. 6. ca. 16. Niceph. lib. 10. ca. 1. & l. 11. c. 17. Volat. l. 14. Platina.

De Bibliotheca Athenienſi.

PIsistratus Tyrannus ingenuarum artium libros primus publicè ad legendum proposuisse dicitur: quam eius industriam ipsi Athenienses studiosius accuratiusq; auxerunt. Sed omnium lectissimorum librorum suppellectilem, Xerxes Athenarum potitus, vrbe ipsa præter arcem incensa asportauit in Persiam. Quos tamen humanior Rex Seleucius, siue Nicanor post multa tempora Athenas referé-

Alexander li. 2. genialium dierum cap. 30. Vol. lib. 18. Gell. lib. 6. c. vlt.

dos curauit. Plato verò quanquã tenui admodum pecunia familiari erat: tamen tres libros Philolai, Pytagorei 10000. denariorum, quos Dyonisius Syracusanorũ Tyrannus ipsi donarat, mercatus est: quemadmodũ Timon amarulentus in eo libro, qui σιλλος inscribitur, ipsi contumeliosè obiecit. Primus quoq; Sophronis mimographi libros Athenas intulit, qui & sub eius capite reperti fuisse credũtur. Cuius discipulus Aristoteles, ordinẽ digerendi libros quos à Maioribus acceperant, & instruendæ bibliothecæ rationem introduxit. Atque in eam egregiã quædam Pseusippi volumina emit, Atticis talentis tribus: quam ipse tam instructam satis, Theophrasto reliquit. Theophrastus verò eam tradidit Neleo. Neleus autem Scepsin detulit, inquit Strabo, ac posteris reliquit hominibus imperitis, qui libros inclusos & negligenter positos tenebant. Cumque Attalicorum regum studium in cõquirẽdis libris, in eam bibliothecam quæ Pergami erat, perspicerent, in fossa quadã occuluerunt, quos à Tineis, & humore corruptos, Apeliconi, Teio tradiderunt, magno emptos argento, Aristotelicos videlicet & Theophrasticos. Apelicó autem, quod librorũ studiosior esset, quàm sapientiæ, volens corrosiones emendare, eos transcribẽdos dedit, scriptura nõ rectè suppleta, quapropter libros edidit erroribus plenos. Quare antiqui Peripatici post Theophrastum, cùm omnino libris ordinarijs carerent, paucis duntaxat exceptis externorum sermo-

Laert.

Gellius li. 3. cap. 17.

Laert. lib. 3.
Vale. lib. 8. cap. 17.

Gellius li. 3. cap. 17.

Lib. 13. geo.

Hanc bibliothecam putat Syluius à Sylla trãslatam fuisse Romam.

Digitized by Google

sermonum, nihil habebant, in quo firmiter philosopharetur, sed positiones quasdam lucubrabant. Posteriores verò, post quam hi libri in lucem venêre, Aristotelem imitantes, longè melius quàm illi priores philosophati sunt. Nam propter errorum multitudinem consentanea dicere necesse habuerunt. Hactenus Strabo. Adrianus verò Romanorum doctissimus Imperator anno Domini. 137. veterem hanc Atheniensium Bibliothecam restituit, & mirabilem ipse construxit, nouam. Quam non ipsi Athenienses solùm sed ἄμουσοι quoque, & barbari homines propter elegantiam honorauerunt. Scribit enim Iohannes Baptista, Egnatius in vita Claudij Imperatoris, quòd cùm Gothi eâdem crudelitatem, & belluinum prorsus furorē, quem in sacratissima Diuorum templa exercuerant, in bibliothecam quoque hanc exercere conarentur, quidam eos ad mentem reuocarint: persuadentes ipsis, omninò à Musis abstinēdum, & bonis literis parcendum esse, quibus dum Græci diligentius incumberent, minus ad bella idonei redderentur. Cùm ergo instructissima isthæc Atheniensium bibliotheca à summis philosophis, inuictissimisque Romanorum Imperatoribus & reuerendissimis Archiepiscopis tam splendidè, tam diligēter instituta & conseruata fuerit, dolendum profectò, dolendum vehementer est, quòd quam crudeles Gothi conseruare voluerant, eam sceleratissimi Turcæ funditùs euerterint: vt præstan-

Politianus quoque centuria 1. miscela.
Vol. lib. 13.
Euse. Ado in chronicis, Platina in Alexādro 1.
Zonoras l. 2 annalium in Claudio.

præstantissimorum in omni doctrinarũ genere scriptorum libri perijssent, nisi à bonis viris subtracti & priuatim conseruati essent. Quos Pont. Max. vt Ecclesiæ Chriianæ, & bonarum artium studijs pro sua pietate consulerent, per doctissimos viros diligentissimè conquisitos, maximis sumptibus in suam Bibliothecam coemerunt.

Priuilegia.

GLoriosissimi Romanorum Imperatores, Athenięses propter bonarum artium studia, magno semper in honore habuerunt, vt auctor est Strabo. Nam Adrianus Imperator doctissimus, pecunias multas, frumentum annuum, & vniuersam cephaleniam largitus est, vt scribit Dion. Crassus Niceus. Eorumq; studia vehementer auxit, sicut auctor est Sextus Aurelius Victor. Augustus Cæsar etsi propter grauissima quædam delicta mirificè in eos animaduersurus credebatur: tamen ob incredibilem in illos amorẽ hortatus solummodo est vt resipisceret. Antiochus Rex Iudæos gloria maxima affecturus, Atheniensibus sese æquales facturum promittebat. Demetrius quoque Rex, etsi Athenas propter defectionem merito mulctare potuisset: tamen in summa rei frumentariæ inopia frumentum ipsis largitus est, & cùm barbarè aliquid concionaturus loqueretur, quod Atheniensium aliquis fortè emendabat, eius quoque emendationis gratia multò adhuc plura donauit, vt refert Philelphus epistola quadam ad Laurentium

Lib. 1. Machab. ca. 9.

rentium

Digitized by Google

rentium Medicum. Vt vehementer mirum sit, quòd hoc tempore plurimi, grauiter à vero aberrare, & in turpi ignoratione versari, quàm ab amicis ciuiliter admoneri, aut etiam pernitiosis adulatoribus, quã veris praeceptoribus & amicis, obtemperare in rebus grauissimis malint. Sed Seuerus Imperator quia iniurias quasdam pertulerat, cum studiorũ gratia Athenis degeret: idcirco minuendo eorum priuilegia, postquam Imperator creatus erat, sese vltus est, vt scribit Ælius Spartianus in vita Seueri. Sic olim Athenis in omni doctrinarũ genere summi philosophi, perfecti Oratores, & clarissimi Poetę floruerunt: verùm nunc omnis eorum gloria, cum Gymnasijs & bibliotecą à crudelissimis Turcis oppressa est. Theophrastus enim Æneæ Gazæ, in dialogo de immortalitate animorum: Philosophia, inquit, Athenis olim illustris fuit, iam prorsus obscurata, atque in nihilum redacta est.

Lacedamoniorum Academia.

Isocrat. in Panathe. Aelia. quoque l. 12. ca. 50. Athene. l. 13. c. 34. QVanquam veteres Lacedæmonij ingenuarum artium doctrinam ita neglexerunt, vt Isocrates nec literas eos discere, nec bonorum auctorum scripta vel leuiter attingere multum curasse scribat, quippe quorum studium erat rectè viuere, Magistratui parere, in prælio aut vincere aut honestè mori: paulatim tamen, vt literarum præsidio ea ipsa rectius consequerentur, & obseruarent, optimarum artium scholam introduxerunt. Val. l. 8. c. 7. Nam Pythagoras ille Samius ex Ægypto, & Persia reuersus

ſus Lacedæmonia bonorum ſtudiorum ergo nauigeuit. Et Phocion Athenienſis, cùm filij ſui intemperantiam, domeſtica diſciplina cohibere non poſſet, ad Lacedæmonios tranſmiſit inſtituendum, eoque adoleſcentum ordine collocauit, quem ἀγωγὴν Græci appellabant: Atticę diſciplinę, quę tum omnium pręſtantiſsima habebatur, Lacedæmoniorum præferens. *Sabelli. lib. 2. exemplorum.*

Plato fatebatur: Antiquiſsimum apud Gręcos, & plurimum ſapientiæ ſtudiū Lacedæmonijs fuiſſe, & plures egregios ſophiſtas extitiſſe, quàm vſquā alibi: diſsimulare autem ſolitos etiam prætendere, ne Græcos alios ſapientia ſuperare deprehenderentur, & ſic ipſos ad idem ſtudium quoque accenderent. *Rhodoginus lib. 18. cap. 1.*

De Gymnaſij præfecto & ratione inſtitutionis.

QVod Lacedæmonij ſcholæ ſuæ pręfectum, ſiue Rectorem, Hipparchum appellârint, Hyſichius probat. Nam ſicut apud Syracuſanos Hipparchi, hoc eſt, equitum præfecti, in tabellis militum, qui ordinem ſuum deſeruiſſet, nomina ſcribere ſolebant: Sic apud Lacedæmonios puerorum pręfecti, in tabula notabant eos qui à Magiſtris aut cuſtodibus propter petulantiam grauioraque crimina caſtigādi deferebantur, quod fortaſſe indicat Plautus:

Digitum longè à Pædagogo pedem vt efferres ædibus,
Gymnaſij Præfecto haud mediocres pœnas penderes.

Ab his verò caſtigati, ſi querelam ad patrem ſuum pertuliſſent, turpe erat patri niſi iterum

Digitized by Google

Arist li.7. Polit.c.p. vlt. & l.8. cap.1.

propter summam Rectoris auctoritatem castigaret. Vt non immeritò laudat eos Aristoteles, quòd pueris instituendis maximè operam darent, primò quidem domi & priuatim deindè verò, vbi aduersus prauos mores & corruptelam instructi essent, publicè. Cùm ergò Lacedæmonij optimos, & doctissimos celeberrimi Gymnasij sui professores haberent, qui bonos mores, tolerantiam laborum

Iustinus l.3.

& armorum peritiam, cum liberalibus artibus coniungerent, peregrinari ad exteras nationes vel ad alia gymnasia proficisci ipsorum filijs non licebat. Ne à paterna probitate seducti, peregrinos quoque mores, vitæque incópositæ contagium attraherent. Quisquis auté liberorum suorum institutionem, iuxta ritus patrios non ferebat, iure ciuium priuabatur. Quare Lacedęmonij suam remp. omnium optimè gubernârunt.

Diuidebant verò illos septennes in classes, quibus fortior, prudentior, eruditiorque preerat, qui ἄξης dicebatur, cui petulantiores castigare, vel ad Magistrum deferre licebat. Alex. Sard. lib. 1. cap. 11.

Io: Bohemi l.3.c.2

Lycurgus pueros puberes non in forum, sed in agros perduci voluit, vt primos annos non in luxuria & mollitie, sed in labore & opere transigerét: nihil eis somni causa substernere, & vitam sine pulmento degere, nec priuis in vrbem redire, quàm viri facti essent, statuit.

Neque ciuibus peregrinari permissum erat

aliene

ne alienos mores in patriam importarent. Quin peregrèeò delati, nisi, reip. vtiles forẽt, vrbe eijciebant. Vt omnem è ciuitate luxum tolleret, conuiuia publica instituit, quibus diuites & inopes vnis epulis vescerentur, quæ conuiuia philias dixerunt, à publicæ amicitię & humanitatis argumento.

Frequentabant ista conuiuia pueri, velut temperantiæ omnisque sapientiæ gymnasiũ. Vbi sermonibus vrbanis assuescere, & iocari comiter discebant, & sine scurrilitate cauillari. Virgines quoque verecundè cursu, palęstrâ disco, iaculo exercebantur, vt otio & mulieribus delitijs sublatis robustiores ad tolerandos partus fierẽt. Hinc pręclara indoles, tempestiuaque in Laconicis fęminis ad omnia prõptitudo fuit.

De iurisprudentia.

CVm Lacedæmonij præ ceteris Greciæ Ciuitatibus pessimè morati essent, Lycurgus Imperij administrator, omnia Iura, instituta, & priscos mores abrogauit, & ciuiliora quædam, multoque laudabiliora instituit. Quibus legibus & beneuolentiam atque auctoritatem conciliaret, ab Apolline eas se accepisse simulabat. Etsi Romani nõ credebant quòd tam acerbas leges ab Apolline Lycurgus accepisset, teste Augustino lib. 2. cap. 10. de ciuitate Dei.

Io. Bohe l. 3 ca. 3. Mores distinct. 7. Cicero de diuinat.

Vtque illis moribus, & legibus in ęternum ea respub. perduraret, ciuitatem sibi iuramẽto obstrinxit, nihil eorum quæ sanxisset, mutaturam, antequam ipse ab Apolline,

 si quid

Digitized by Google

ſi quid latis legibus addi, aut etiam detrahi oporteret, conſulturus, rediret. Sed cùm illi ea ratione ad Apollinem eum proficiſci arbitrarētur, ipſe exilij loco, Cretam profectus, nunquam reuerti voluit. Iuſsitque oſſa ſua proijci in mare, Iuſtinus lib. 3. hiſtor. Ne Lacedæmonij Iuramento ſoluti, ab optima reip. forma, in priſtinos mores relaberentur: vt Timæus & Ariſtoxenes ſcriptum reliquerunt. Quod dum ciues deprehenderent, ipſas leges propter ſummam Lycurgi auctoritatem (nam optimus vir nihil alijs curandum præſcripſerat, quod ipſe nō ante curaret) partim etiam propter iuſiurandum diligētiſsimè obſeruârunt, & iuuētuti, vt à teneris aſſueſceret, in ſcola diſcendas propoſuerunt. Citat. n. Stephanus Ephorum, qui ſcripſerit, Lacedæmonios circa leges omniū diligentiſsimos fuiſſe. Et Valerius commendat eos, quod ſeueriſsimis. Lycurgi legibus obtemperare voluerint. Qua quidem ex re immortalem apud omnes gentes gloriam, conſecuti, rempub. ſuam feliciſſimè gubernârunt. Nam integritas, frugalitasque ciuium tanta fuit, vt qui caſtè caſtigateq; viuerent, Laconicè viuere dicerentur, quare Cymon in Athenienſium ſuorum moribus aliquid reprehenſurus, dicere ſolebat: Non ſic Lacedæmonij. Scitum eſt illud cuiuſdam apophthegma: Athenienſes nôrunt quid ſit honeſtum, ſed eo ſoli vtuntur Lacedæmonij. Vnde M. Cicero: Lacedæmoniorum, inquit, ciuitatis ſpectata, & nobilitata virtus, non ſolùm

Vincentius lib. 3. c. 90.

Val. l. 2. c. 1.

In oratiõe pro Flacco.

lùm natura corroborata, sed etiam disciplina putatur: qui soli toto terrarum orbe septingentos iam annos vnis moribus, & nunquam mutatis legibus vixerunt. Habebant enim publicæ disciplinæ arbitros quosdam & magistros, quos omnes promiscuè propter ætatis, & dignitatis maiestatem verebantur. *Gellius lib. 18. cap. 2.*

His iuuentus decimo quoquo die se præsentare cogebatur qui molliores pinguioresque apparebant, castigabantur. *Sard. lib. 1. cap. 11.*

Etsi nonnihil de nimia acerbitate, instar Atheniensium remisisse paulatim videntur. Solon enim cùm mitiores leges Atheniensibus tulisset, Thaletem Cretensem poetam Lyricum, Creta Spartam misit, cuius odis deliniti, animorum feritatem, ex Lycurgi legibus imbutam castigârunt. Antea Lycurgi leges cùm Lysander commutare vellet, eadem religione prohibitus fuit. Cicero li. 1. de diuinatione.

Charillus olim interrogatus: cur Lacedæmonijs Licurgus tam paucas leges reliquisset, respondit. Quia pauca loquentibus, paucis etiam legibus opus est. Ex Plutarcho refert volaterranus libro 20.

Inter reliqua verò istis legibus sanciuit Lycurgus, vt 28. seniores de republica electi cum Regibus, qui duo creati sunt, consultarét, & veluti arbitri essent, inter Regiam potestatem & vim multitudinis: ne aut hæc contumacia seuiret vel Imperio illi: prouiderétq; ne Democratia nimium inualesceret, nec reges tyranni cum quid molirentur. Quibus post E-

Digitized by Google

phororum poteſtas acceſsit, quæ velut frænum conſilio illi injecit, poſtquam nimis viſa eſt feroceſcere, vt Bohemus loquitur.

Cicero l 3. de legib. Sic enim à Theopompo Regibus oppoſiti fuerunt Ephori, vt Conſulibus Romanis Tribuni plebis. Regibus præterea Angures aſſeſ- Rhodog. l. 18. cap. 25. ſores dabant. Et Senum conſilio (ſic publicū vocabatur) ſemper Augur intererat, vt in Ro. Sard.li2. cap.18. Imp. Eccleſiaſtici cum Secularibus permixti ſunt: habebant etiam νομοφύλακες, qui leges in perpetuum cuſtodirent.

Rhodog. l. 18. cap. 1. Tantaque legum auctoritas erat, vt Plato dicendi docendique diuinus artifex eas ferè in ſuos libros de legibus congeſſerit.

De Matheſi.

ASTronomiæ ſtudioſiſsimi fuiſſe videntur Lacedæmonij. Nam in omnibus publicis & priuatis actionibus, priuſquam anſpicarentur, lunam ſuperſtitiosè obſeruabant. Id quod tacitè notat Euripides, cùm in Iphigenia Aulides reſpondet Agamemnon, tum nupturam filiam, cùm Lunæ dexter circulus aduenifſet. Lucianus verò περὶ τῆς ἀστρολογίας apertè fatetur, Lycurgum Lacedæmonijs legem tuliſſe, ne prælium inirent antè plenilunium: vnde Alexand. Sard. lib. 3. cap. 2. ortum prouerbium eſt: λακωνικὰς σελήνας. In quam ſuperſtitionem iocatur Cicero ad Atticū. Et Ariſtohapnes ſerò aliquid, aut nunquā futurū ſignificaturus, τῷ πανσελήνῳ pleniluni o, inquit, fiet. Muſicā quoque coluerunt, quæ animi vim & ſpiritus excitaret, & ad res gerēdas accommodum induceret.

Ea e-

Ea enim excitat languentes, languefacit excitatos, magnaque eius vis est in vtramq; partem. Cicero lib. 2. de legib.

Non molliorem illam, quæ ad voluptatem mollitiemque animos effœminaret, qua reliqui Græci ferè vtebantur. Memores illius Platonici, multum referre, quo genere Musices ciuitas vtatur. Etsi hanc etiam nō nisi simplicissimam admittebant. Nam Terpandrum præstantissimum citharædum mulctasse leguntur, quòd vnam solùm chordam in ea, præter necessitatem intendisset. Lycurgus verò propterea musicæ studium cum arte militari coniungere præcepit, vt vehemens ipsorum bellandi ardor, modulatione temperatus consonantiam, aptumque concentum haberet. Nihil in congrediendo cum hostibus atque in principijs præliorum ad salutem virtutemque aptius ratus, quàm si permulcti sonis mitioribus, non immodicè ferocirent. Cùm procinctæ igitur classes erant, & instructa acies, cœptumque in hostes progredi, tibicines inter exercitum positi, canere inceptabant. Ea ibi præcentione tranquilla, & venerabili ad quandam quasi militaris Musicæ disciplinam vis & impetus militum, ne sparsi dispalatique proruerent, cohibebantur, iuuenibus ea solùm carmina proponebant, quæ laudes continerent eorum, qui fortiter pro Republica occubuerant, & vituperationes eorum, qui hoc recusauerant.

Aristo. li. 8. Polit. Fab. li. 1. cap. 17.

In Timothei etiam fidibus neruos iussit eximi, quos plures 7. habebat.

Cic. l. 2. de legibus.

Gellius li. 1. cap. 11. Bohem. l. 3. cap. 3.

Arithmeticam verò Lycurgus vt turbulen-

tam è Republica eijciendam censuit, quippe quæ vacuum & inanem laborem deposceret, atque ab vtilibus, honestisq; negotijs ad nugas abstraheret. Quomodo Diogenes etiam Cynicus Mathematicos reprehendere solebat, quòd solem, lunam, stellas intuerentur, quę ante pedes essent, non viderent.

De Rhetorica.

Isocrates in Archidamo.

ISocrates Lacedæmoniorum ingenio, & moribus sese, vt videtur, accommodaturus: Ego, inquit, hactenus eloquentiæ studium semper contempsi, existimans verborum curam cum negligentia, & ignauia rerum gerendarum coniunctam esse. Nam Rhetoricam artem copiosè ornateque dicendi, Lacedæmonios reprobasse Fabius Quintilianus testatur, existimantes proborum hominum sermoné non ab arte, sed ex pectore proficisse oportere. Vndè λακωνίζειν apud Græcos breuiloquétiam affectare significat, quoniã Apophthegmatis, & breuibus verbis plurimum sententiæ complectebantur. Ctesiphontem autem, quòd se iactaret, de re quauis totũ diem posse dicere, ex vrbe eijciebãt. Quemadmodum Diogenes etiam Cynicus reprehendebat Rhetores, quòd studerent iustè dicere, sed eadem facere negligerent. Quomodo autem Lacedæmonij ab infacundis & probis viris prolatas sententias probare maluerint, quàm à facundis & disertis, sed turpibus & improbis, elegãs admodum locus est apud Gellium.

Fab. lib. 2. cap. 17.

Gellius lib. 18. cap. 3.

De

Digitized by Google

De Poësi.

QVanquam Lycurgus Lacedęmoniorum legislator primus Homeri poemata in Gręciam importasse legitur: tamen recentiores poetas Lacedæmonij recipere noluerunt, qui blanda potius scriberent, quàm salubria. Interrogatus enim quidam Lacedęmonius, quid ipsi videretur Tirtæus poeta; bonus, inquit, ad deprauandos iuuenum animos. Alexander tamen Sardus lib. 1. cap. 21. refert: Tirtæi carmina in conuiuijs cantare solitos. Arbitrabantur enim, quod poetæ iuuenes ad otium, & ignauiam auerterent, redderentque ad gerenda reipub. munera ineptiores. Quare Archilochum poetam, eadem prorsus hora, qua in ciuitatem venerat, expulerunt. *Aelian. lib. 13. cap. 14.*

Constantinopolitana Academia.

COnstantinopolis à gloriosissimo Constãtino Magno condita & denominata est. Authent. vt liberti auro non indigeant, collat. 6. De cuius origine & incrementis Nicephorus Calixtus ita refert: Byzas quidam genere Græcus temporibus Manassis Iudęorum Regis, vrbẽ paruam sub nomin suo construxit, quam antiquitus homines barbari incolẽtes, propterea quod suis legibus liberę vterentur, & agrestiores essent, Romanorum Imperio se subijcere prorsus renuerunt. Itaque post bellum in Bythinia contra Licinium gestum, Nicomedia soluens Constantinus, bellum eis intulit. Byzãtij verò cùm ceruicem ei submittere, & tributum pendere nollent, res ad *7. ca . 47.*

manus peruenit. Quo in prȩlio Byzantij bina vice superiores fuerunt, & in Constantini exercitu primo sex, altero tria hominum millia ceciderunt. Quo fortunæ successu Byzantij sublati, Imperator languidus & mœstus inopia consilij factus est. Continuoque oculos in cælũ intendit, atq; ibi rursum, vt Romæ, cùm cõtra Maxentium bellum gereret, scripturã stellarum ordine & distinctione conformatam vidit, significãtem. Inuoca me in die tribulationis tuæ, & liberabo te, & glorificabis me. Stupore igitur percitus, rursum oculos in cælum sustulit, atque Crucem stellis effigiatam in cælo, & hanc inscriptionem vidit. In hoc signo omnes hostes vinces. Postridie igitur prȩlium rursus cum Byzantijs commisit, & quod signum crucis præferri in acie mandasset, fortiter illos vicit, & vrbem cepit. Victoriæ autem eius trophȩum & signum eo loco statuit, vbi nunc porphyretica eius columna in magnam amplitudinem excurrit. Vrbem verò, quæ ante Byzantium vocabatur amplificare & exornare, suumque ei nomen imponere sategit, nouamque Romam, & imperialẽ nullaque re ab altera Roma differentem, nominauit. Et maxima profectò illla cȩpit incrementa, tum conditoris pietate atque insigni erga Deum amore, tum ciuium ipsorum religione singularique ad benignitatem & cõmiseratione propensione. Amplam quoque Curiam Senatui ædificauit, multisque preclaris ornamentis decorauit. In foro, quod Constan-

cap. 48. & 49.

Constantini dicitur, porphyreticam maximam illam columnam Roma aduectam statuit: in qua statuam suã ex ęre factam collocauit, quæ dextra manu ingens aureum malum continet, atque ipsi malo veneranda Crux ab ipso infixa, cum tali inscriptione: Tibi Christe Deus Verbũ hanc vrbem commendo. Et columnæ basi duodecim cophinos, & septem sportas, cum reliquijs septem panum, quibus consecratis Christus multitudinem pauit, & dolabram Noę, qua ille arcam construxit, manibus ipse suis imperator, sigilloque suo obsignata reposuit. Byzantio igitur capto, pręd onibusque inde pulsis, ex diuino oraculo sibi cognominem vrbem magnificè excitauit, eandemq; sacris & profanis ædibus, porticibus, proiectis, statuis, aquis, alijsque publicis intra & extra mœnia ædificijs exornauit. Aliamque Romam Nouam, quasi gloria pręclaram vocauit. Iustinianus Imperator l. . Deo auctore C. de veteri Iure enucl. Cõstãtinopolim nouam Romam Deo propitio melioribus quàm veterem conditam esse augurijs censet.

Nicep. lib. 8. cap. 1. & 4.

Quod tamen aliter miserrima illius ruina declarauit.

Imperator, inquit Socrates, post celebratã synodum, restituendis & erigendis ecclesijs curam impendit: idq; cùm in alijs ciuitatibus, tum in ea fecit, quæ ipsi est agnominis, quam ante Byzantium dictam, amplificauit, magnoque muro cinxit, & varijs structuris exornatam Regali Romæ parem reddidit ac Constanti-

ſtantinopolim nominauit, legeque ſanciuit, vt altera Roma vocaretur. Quæ lex lapideæ eſt inſcripta columnæ, & publicè in eo loco, quem prætorium vocant, propè equeſtrem ipſius ſtatuam, collocata.

Hæc de auctore & origine illius vrbis dicta ſufficiunt, quæ paulatim ad illum ſplendorem peruenit, vt Auguſtiſsimi Græcorum Imperij ſedes, & Orientis caput euaderet, nouaque Roma diceretur.

Nam ſicut Romam totius orbis epitomen: ita Conſtantinopolim κόσμȣ κόσμον vocabant. Optimarum verò artium ſtudijs Athenienſium gloriam longè ſuperabat, auctore Nicephoro Gregora. Huc enim cum Imperiali Maieſtate liberales artes ex vniuerſa Græcia, velut tutiſsimum receptaculum confluxerunt. Quod Fredericus Imperator epiſtola quadam ad Nicolaum PP. V. aſſeuerat. Quæ artes vt ibi quàm maximè florerent, Sacratiſsimi Imperatores ſummopere laborârunt.

Ipſe Conſtantinus Imperator duodecim Senatores Romanos Nobilitate, & Chriſtianæ religionis zelo præſtantes, cum ſuis familijs, Conſtantinopolim duxit, teſte Glyca libro Annalium 4. A quibus Conſtantinopolis valde illuſtrata eſt, optimis inſtitutis & magnificis ædificijs aucta. ex illis 12. viris vnus Zoticus presbyter factus, ampliſsimum orphanotrophium in ea vrbe excitauit. Alter Studius Monaſterium Nobiliſsimum extruxit, in quo erat nobiliſsima bibliotheca: atque in eo mona-

monachos omnium doctissimos commorari voluit. Quibus tantum semper auctoritatis erat, vt eorum præfectus œconomicus Magister vocaretur: ipsi ad omnia grauissima ab Imperatoribus adhiberentur. De quo duodecem virorum collegia paulo aliter refert Zonaras, libro tertio Annalium in Leone Isauro. Cæteri ex illis, vt ait Glycas, Constantinopoli domos templa, ædes, hospitia reliquerunt.

Constantinus ipse quibusdam Roma enim secutis Senatoribus domos ædificauit, nihilque prætermisit eorum quæ ad agendam rem literariam, & amplificandam rempublicam pertinerent. *Zosimus lib. 2.*

Theodosius Imp. l. vnica, C. de studijs liberalibus vrbis Romæ & Constantinopolitanæ, Oratores quidem, inquit, habeat auditorium nostrum tres numero, grammaticos verò decem, in his etiam qui facundia grauitatis pollere noscuntur, quinque numero sint sophistæ, & Grammatici decē. Et quoniam non in his artibus tantùm adolescentiam gloriosam optamus instituì: profundioris quoque scientiæ atque doctrinæ memoratis magistris sociamus auctores. Igitur vnum adiungi cæteris volumus, qui philosophiæ arcana rimetur: duos quoque qui iuris ac legum voluntates pandant, Ita vt vnicuique loca specialiter deputata assignentur, ne discipuli sibi inuicem possint obstrepere, vel magistri, néue linguarum cōfusio permixta, vel vocum, aures quorundam

Digitized by Google

rundam, aut mentes à studio literarum auertat. Valentin. verò Imperator in l. vnica, C. de Professoribus, qui in vrbe Constantinop. docentes ex l. meruerunt Comitiuam: Grammaticos, inquit, tam Græcos, quàm Latinos, Sophistas, & Iurisperitos in hac regia vrbe professionem suam exercentes, & inter statutos connumeratos, si laudabilem in se bonis moribus vitam esse monstrauerint, si docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandique subtilitatem, & copiam differendi se habere patefecerint, & cœtu amplissimo iudicante digni fuerint existimati, cùm ad viginti annos obseruatione iugi, ac sedulò docendi labore peruenerint, placuit honorari, & his, qui sunt ex vicaria dignitate, connumerari. Rursus Const. in l. Medicos, & Honor. in l. Grammaticos, C. de professoribus & medicis Iurisperitos, Medicos, Oratores, bonarumque artium professores vnà cum vxoribus, & liberis, atque rebus, quas in ciuitate possident, ab omni functione, & muneribus ciuilibus vel publicis immunes esse præcipiunt. Nec in prouincijs hospites suscipere, nec ad iudicium deduci, nec iniuriam pati: verùm vt quàm plurimos liberalibus artibus instituere possent, mercedem & salaria è publico liberaliter suppeditari voluerunt. In illum ergò splendorem videtur esse perducta, vt ipsam Romam veterem literarum gloria superaret. Iustinianus enim Imperator Theodoto persuasurus vt Italia excederet, philosophiæ studijs & hone-

Vicarios glossa ducibus & Comitibus æquales facit.

Lib. 10.

Digitized by Google

sto otio semper ipsum deditum fuisse aiebat, idemque omnium optimè Constantinopoli prosequi posse, vt auctor est Blondus. Quando enim gloriosissimi Imperatores maximã bonarum artium in Repub. vtilitatẽ animaduertebant, regiam domum, duodecim doctissimis prudentissimisque viris inhabitandam attribuerunt, vbi honestissimè & pro sua dignitate alerentur, & Imperatori de rebus agendis consulerent, studiosæ verò iuuentuti de grauioribus controuersijs interrogati respon derent. Quorum tanta apud omnes ordines erat auctoritas, vt vniuersus populus ab ipsis dependeret. Nam Leo Imperat. venerandas Sãctorum imagines aboliturus, hos in suam sententiam pertrahere in primis conabatur, ratus se tum quod vellet, absque vlla difficultate consecuturum. Verùm hi, cùm pro sua prudentia non solùm non assentirentur, sed fortiter etiam repugnarent: venerandos viros cũ domo, & optimis libris crudeliter exussit, vt qui nollent adiuuare, impedire non possent. Horum verò vnum, qui & ætate, & sapientia cæteris antecelleret, οἰκουμένικον διδάσκαλον appellabant. Atq; ex eo tempore bonarum artium studia perire cœperunt, & philosophia ita propemodum extincta iacuit, vt vix scintilla superesset Donec Bardas, Michaêlis Theophili & Theodoræ Imper. filij auũculus & tutor, eam excitaret iterũ, & in scholas reduceret. Nam singularum artium doctissimis Professoribus publica stipẽdia decreuit,

Zonaras libro 3. Annalium.

uit, & Leonem quendam præstantissimum philosophum, quem reges certatim ornârát, cæteris omnibus præfecit, duodecemuirorũ, vti videtur, collegium restituturus. Quapropter bonæ literæ reflorescere cœperunt. Iurisprudentiam verò quæ oppressa ferè erat, in forum reuocauit, quia iudicia ipse frequentabat. Diuinum porrò eius studium Leo Imperat. philosophus, eiusque filius Constantinus mirificè auxerunt: qui eius exemplum sequuti, ordinatis Professoribus, nihil quàm bonas literas ad summum prouehere antiquius habebant: vt post Zonaram scribit Egnatius. Eorumque in imperio & pietate successor Cõstantinus Ducas, eruditos viros mirabiliter coluit dicere solitus, Malle se eruditione, quàm imperio nobilitari. Et Alexius Cónenus ad ornandum imperium conuersus, orphanotropheion, & pulcherrimum literarũ Musęum erexit. Vt in illo quidem pupilli orphanique alerentur: in hoc verò bonæ literæ florerent. Andronicus verò omnium aliorũ Imperat. in bonas literas voluntatem non æquare, sed vincere conatus est. Nicephorus enim Gregoras: O Maximè bonorum thesaure Imperator, cur nos te desiderantes tam subitò deseruisti? per te enim & Nobiles nobiliores facti sunt, & cœtus sacerdotum venerabilior, & collegium sapientum sapientius, vrbium mœnia firmiora. Deniq; omnes te moderatore, ipsi nos superamus, &c. Eamque promptissimam Imperatoris in bonas literas volun-

Gregoras in monodia ipsius li. 10. historia Romana.

Digitized by Google

voluntatem, optimus consiliarius, & Nestor, magnus ille Logotheta mirificè promouit, quod idem Nicephorus in ipsius quoque epitaphio declarat: Vbi est, inquit, nunc familiaritas sapientum? vbi doctorum certamina, & honestæ velitationes? vbi Oratorum cœtus, applausus, theatra, multò panathæis alijs splédidiora? O tempus iniquissimum, itáne è medio terrarum orbe sapientię metropolim tollere crudeliter haud dubitasti? Itáne per insidias eloquentiæ arcem euertisti? Cur tam cótinenter insultas nobis, sine vlla misericordia, & facietate malorum? Agè verò prodi nunc omnis venerãdus Doctorum cœtus, si qui supersunt: deplorate fontem eloquentiæ obturatum. At ô quis è medio terrarum orbe Musarum abripuit Heliconem? Quis sapientiæ destruxit Olympum? Quis lucernam extinxit mentis nostræ oculos illustrantem? Quis artem artium, scientiam scientiarum perdidit? Quis cęlestem hominem in fundum inferorum deiecit? Olim quidem Græcia eloquẽtiæ domicilium deplorauit Athenas, cùm eas Lysander Lacedæmonius destruxisset: nos verò hodie non satis deplorare possumus totam Græciam, cum ipsis Athenis demersam. Vnus enim hic vir fuit omnia. O Musæ, ô facũdia, ô virtutes, ô omnes disciplinæ, quomodo agrestia lilia adeò celeriter estis imitatæ? citò quidem in altum decus erectę, sed citius arefactę, atque deiectæ. Diuina enim vestra cella, magnum illud celebre vestrum diuersorium, nũc

terra marique oppressum, vnà vestram quoque gloriam depresit. Hic fuit, qui magnum impendit studium, ne Græci in posterum eruditi, in iudicio veterum sapientum hallucinarentur. Hic fuit, qui contemplatricis siderum sapientiæ scientiam facilem reddidit. Hic fuit, qui Aristotelicæ linguæ labyrinthos extricauit. Hic optima verecundiæ, & modestiæ regula. Sed nunc eum mors impudenter amputauit. Cùm ergo tantus, & tam præstans ille vir, heu calamitatem, sepulchrum & puluerẽ subierit, nobis hoc ipso, & optimo Imperatore talibus tantisque præsidijs, ac munitionibus destitutis, quæ vllius boni spes relinquitur? Idem enim & nobis vereri nunc subit, quod vitibus & plantis nouellis, si quis antibus & sepibus fraude remotis, eas pecudibus patere sinat, &c. Papæ Nicephore si hæc nostra tempora videres, quibus non solùm optimi Musarum patroni, vt natura fert, emoriuntur, sed ipsæ etiam Musæ à viris petulantissimis reprehenduntur, earundemque ἑστίαι pereunt, & optimi vetustissimorum auctorum libri turpiter exuruntur. Si, inquam, hæc (grauiora enim nunc prætereo) videres, diu ne in hoc assumpto corpore manere liberet? Hic ergo doctissimi viri sub diuersis Imperat. floruerunt. Nã Libanius Sophista Chrysostomum moriens successorẽ nominauit: verũ is gratia Spiritus sancti illustratus, meliorem partem elegit. Clarissimus Theophilus sacri consistorij comes, quo Iustinianus Imperat. in nouo Codice faciẽdo vsus est.

Niceph. lib. 13. c. 2.

§ ideoque C. de nouo codice faciendo

fus est. Iurisprudentiam in alma Constantinopolitana vrbe docuit. Aristophanes Apellis filius, Callimachi Zenodoti & Dionys. auditor, Grammaticam docuit, quam ibi quoque professus est Hermolaus, qui in librum Stephani de vrbibus, epitomen ad Iustinianum scripsit. Agapius Alexandrinus medicinam & eloquētiam docuit. Et Casiodorus historiæ tripartitæ scriptor eruditus est.

li. 2. C. de vet. iur. enuc.

Cassiodorus de se testatur. l. 9 c. 27. histor. tripart.

Doctissimus ille Ioannes Gerundinensis Episcopus, genere Gothus, Constantinopoli bonis artibus & sacra Theologia sic imbutus fuit, vt per Hispania, & Lusitaniam Arrianā hæresim extingueret, tempore Bonifacij P P. & Phocæ Imperatoris. Ioannes quoq; Damascenus insignis Philosophus & eximius Theologus euasit, teste Platina & Volaterrano. Veram Christianam fidem & sapientiam B. Andreas, & Apostoli Byzantinis prædicârunt. Quam Constantinus Magnus diligenter promouit, diuersisque egregijs ecclesijs exornauit: inter quas duæ præcipuæ fuerunt, quarum hanc Irenen, illam verò Apostolicam nominauit, teste Socrate. Nicephorus alia tria maxima templa eū construxisse, narrat, S. Sophiæ siue Sapientiæ, S. Pacis & Virtutis.

Eam sapientiam & fidem Constantinopolitani ita excoluerunt, vt Iudęos & Gręcos ad illius culturam allicerent. Et ex quo eam semel amplexa Constātinopolis erat, nunquam aras, sacrificia, & cultum simulacrorum est experta, præterquam sub impio Iuliano. Quæ

tamen macula pauxillulum progressa, statim restincta diffluxit, ait Nicephorus. Sed eam, proch dolor, à Turcis Anno Domini 1454. Mense Iunio, cum perpetuo Christianorum Principũ dedecore, capta amisit. Fatale quiddam esse putant: quòd Constantinopolis à Constantino I. Imperatore Christiano extructa, cuius mater Helena, & primus Episcopus & Patriarcha Gregorius: amissa iterũ fuerit, sub Constantino vltimo Imperat. cuius mater Helena erat, existente Patriarcha Gregorio. Adr. Ro. in theatro vrbium.

Apud Ioannẽ Reuchlin lib. 1. de arte Cabalistica ad Leonem X. Philolaus Byzantinum interrogat: Suntne humanitatis scholæ Cõstãtinopoli modò, inter istos maximè omniũ crudeles, & truculentissimos Turcos? Plurimæ, inquit ille, quibus se excellentissimis ingenijs homines dediderunt. Est enim plus illic discipulorum quàm decem millium è Persia, Græcia, Latio, & Iudaismo in vnis mœnijs, inter quos annis duo de viginti multarum artiũ auditor fui. Nemini vnquam mea ætate negatum fuit Cõstantinopoli qualemcunque singularum prope linguarum atq; sectarum philosophiam consequi: maximè dissimilium gẽtium preceptoribus indies publicè docẽtibus. Matthias etiam Quadus lib. 2. cap. 26. geographicarum enarrationum, quas anno 1599. ad Lotharium Archiepiscopum & Electorem Treuirensem edidit, de Turcis ita loquitur: Gymnasia multa habent, quibus ciuiles leges, à Regibus latæ, pro regni administratione de-

ſenſioneque plurimi docentur. Quorum deinde quidam Eccleſiaſticis, quidam ſecularibus officijs præficiuntur.

Multos quoq; Religioſos, amplaq; & ſumptuoſa templa habent, ipſorum lingua Meſſchit appellata, in quibus paſsim ſcriptum eſt: Non eſt Deus, niſi vnus. Mahometus autem propheta eius, Creator vnus & prophetæ æquales. Non eſt fortis, ſicut Deus. Templum totum dealbatum. Lampades multæ ardentes oleo. Pauimẽtum ſtoreis ſtratum, ac deſuper tapetis ornatum.

Ad orationem conuenientes, manus, pedes, & pudibunda abluere tenentur, deinde exutis calciamentis, & ante ianuam relictis, alij nudis pedibus, alij mundis calciamentis induti, introeunt. Fœminæ ſeorſum abtruſo verſantur loco, à virorum aſpectu & auditu ſeparato. licet rarius templum frequentent. Inter orandum corpus continuo agitatu, & vociferationibus miserè affligunt, vt ſępiùs viribus & animo deficiant. Chriſtianum ſacris eorum intereſſe, nefas putant: credentes ab hominibus illotis templa ſua contaminari.

Ibi ſacerdos ſuggeſtum aſcendit, & ad duas circiter horas concionatur. Perfectoque ſermone, aſcendunt duo pueri, qui cantando ſuas preces pronuntiant. Deinde incipit ſacerdos cum populo ſubmiſſa voce cantare, quaſſando corpus in latus, nihil aliud præter hæc verba: Non eſt niſi vnus Deus.

Diem Veneris religioſiſsimè colunt: quod

credant Mahumetum illo die natum, tantaque religione illum venerantur, quanta Iudæi sabbatum, & Christiani diem Dominicã.

Mahumeti leges seruantibus, æternam beatitudinem certissimè promittunt. Paradisum videlicet delitiarũ hortũ amœnissimis aquis irriguum, in quo quicquid velint habituri sint, omnia ferculorum genera, serica purpureaque vestimenta, adolescentulas ad nutum speciosas, cum aureis argenteisq; vasis, quibus Angeli ministri lac & vinum vbertim propinent.

Contra non seruantibus, infernum cominantur, interitumque sempiternum.

Li.3.ca.25. Constantinopolim Turci Stamboll, id est, amplam & regiam ciuitatem, vel auream portam vocant, velut pontem & portam vtriusque orbis.

De Bibliotheca Constantinopolitana.

QVemadmodum duodecim tabularum leges, quę Iuris ciuilis Romanorum origo fuerunt, ab Atheniensibus ferè petitæ sunt: sic vbi propter Longebardorum, & Francorum inuasiones Romanæ leges per Italiam non contemnerentur solùm, verùm etiam barbaris constitutionibus oppressæ conticesserent, è Constantinopoli in Italiam reductæ videtur, ab Irnerio quodam Lotharij Imperatoris consiliario, vt in Academia Romana fusiùs explicabitur. Conseruabat enim hactenus Græcia sacrarum legum & bonarum artium doctrinam Constantinopoli. Et in Ius ciuile Roma-

Romanorum commentarij conscribebantur similes glossematis Doctorum Italicorum, quos doctissimi viri se vidisse testantur, quare mater legum appellatur. Atque ad templum Sophię instructissima bibliotheca erat, quæ decem myriades librorum contineret. Vndè in Ecclesiasticam suam historiam se plurima transtulisse, fatetur Nicephorus. Nam Theodosius Imperat. sacrorum librorum congerendorum tam studiosus fuisse legitur, vt ea laude Ptolomæo rege Ægypti haud inferior esset. Multa enim sanctorum Patrum monumenta sua manu describebat, quæ in bibliothecam reponeret, vt auctor est Nicephorus. Ex qua Constantinus Imperat. in synodo œcumenica 6. Sanctorum Patrum libros depromi iussit, vt controuersia, quam de vna tantũ in Christo Saluatore nostro natura Georgius Patriarcha Constantinopolitanus, & Macarius Antiochenus instituerant, decideretur.

Glossa in l. vnica C. de priuil. vrb Constantinop.

Nicephor. l. 1. c. 1.

Nicephor. li. 14. c. 3.

In ista bibliotheca liber quidam asseruabatur, quo oracula de Imperatoribus, & hominum ferarumque formis continebantur, quę Greci de rerum futurarum euentu, sicut Ro. libros Sybillinos consulebant. Inter cæteras bestias leo ibi pictus, litera X. in tergo cui inscripta erat, quem vir quidam per medium confoderet. Vnde Leonem Imperatorem in die Natiuitatis Christi occisum iri vaticinabantur. Zonaras lib. 3. Annalium. Ex epistola Gregorij Magni ad Rhecaredum Regem VVisigottorum colligitur, quòd chartophi-

latium Iustiniani tempore ita surripiente subitò flamma incensum est, vt ex eius temporibus ferè nulla charta remaneret. Papyrius Massonus lib. 5. de gestis Ro. Pontificum, in Gregorio magno. De bibliotheca, quam Studius Senator Romanus, tempore Constantini extruxit, ante dictum est.

Corinthiorum Vniuersitas.

COrinthus amplissima & opulentissima ciuitas fuit, inquit Strabo, siue viros ad rempub. gubernandam aptissimos, siue bonas artes consideres. Extructam ferunt à Sisipho Aeoli filio, Mosis anno 80. instauratã & denominatam à Corintho Iouis filio. Munst. Fuisse verò Corinthiorum κράνιον non minus celebre Gymnasium, quàm Atheniense Lycæum, indicat Lucianus in dialogis mortuorum: quãdo introducit Diogenem, qui Menippo per Pollucem renuntiare iubet, vt Philosophos in Cranio ridere quidem desinat, sed potius hortetur eos, & moneat, à nugis, crocodilis, & cornutis syllogismis abstinere. Laërtius verò ait Craniũ, in quo Cynici philosophabantur ante Corinthum fuisse. Eoq; fertur profectus Alexander Magnus, vt Diogenẽ audiret. Dionysius cùm hæreditaris nomine à patre Syracusanorum, ac penè totius Siciliæ Tyrannidem accepisset, maximarum opum dominus, exercituum dux, rector classium, equitatu potens, propter inopiam, literas pueros Corinthi docuit, eodemque tempore tanta mutatione Maiores natu, ne quis fortu-

Cic. 3. Tus. Val. lib. 6. cap. vlti.

fortunæ nimis crederet, magister ludi factus ex Tyranno monuit. In celeberrimo præterea Corinthiorum gymnasio Decearchus de animo pulcherrimè disseruit, eamque disputationem,& prælectiones suas, tribus deinde libris complexus est. Porrò clarissimos Corinthi philosophos,& celeberrimum literarũ Gymnasium fuisse,beatus Paulus Apostolus in priori ad ipsos epistola perspicuè satis declarat,qui & animorum immortalitatem, resurrectionemque carnis pernegarent, & Paulum vt indoctum, & barbarum fastidirent. Aduersus quos auctoritatem suam defensurus:scriptum est, inquit, perdam sapientiam sapientum, & prudẽtium prudentiam reprobabo,vbi sapiens,vbi scriba,vbi inquisitor huius seculi? Iudæi signa quærunt, Græci sapientiam desiderant: sed infatuauit Deus sapientiam huius mundi,&c. Quare vt apud doctissimos Athenienses Arati poëtæ hemistichiũ, sic in priori ad Corinthios epistola Menandri versum vsurpat Iambicum:Corrumpunt bonos mores colloquia mala, Nimirum vt proprijs eos,& domesticis testimonijs, quod vtilissimum talibus in rebus est, reprehenderet. Ad hunc modum olim Græcia bonis artibus florebat, vt nulla natio in vniuerso terrarum orbe celebrior haberetur, ad quam omnium gentium iuuentus tanquam mercaturam bonarum artium confluebat. Quandiù videlicet saluberrimum Isocratis consilium recepere, qui eos ad virtutes & cõcordiam hortaturus;

Cic.lib.1. Tusc.quæstionum.

1.Cor.1.

Actor.17. capite 15.

Hier. in ca. 1.ad Titum.

Lactantius lib.5.cap.4.

Isoc. in oratione de pace. Florente, inquit, his rebus Grçciæ statu, etiam augeri & amplificari sapientiæ, & doctrinarũ studia consueuerunt: Nunc verò postquam sapientissimi viri præcepta transgressi sunt, omnis ipsorum gloria, eruditio, & auctoritas, ad Romanos translata est: vt nec ipsa quidem Græcia, vbi nunc est, vnquam extitisse videatur. *Ci. 1. Tusc. Græciam languentem vocat.* Et rectè Politianus in epigrammate quodam: Quid mirum, inquit, si nos Latini, olim Græcorum literis educati, nunc Græciam velut anum atque effætã iterum suas doceamus, atque iam in ipsa Grçcia quæramus Grçciam. Et Æneas Syluius: consenuit, inquit, Græcia, frigida est, nec habet qui calefaciat eam, & quæ fuit Alianorum Magistra, nunc est discipula Latinorum, &c. Hactenus ergò de celebrioribus Græcorum Vniuersitatibus, ne in immensum excurrat oratio, dictum satis: de Rhodiorum & Cretensium Academia, quæ Græciç multis nominibus coniungenda videbantur, nunc paucis perscribemus.

Rhodoginus ad M. Maiurum mirabilem hanc mutationem vocat. Pref. Lib. 14.

Rhodiorum Academia.

RHodus vrbs nobilissima, vndè toti insulæ nomen impositum est, ante Christum natum annos 740. à Phoroneo Argiuorum rege condita, & à rosæ capulo illic inuêto denominata creditur. Hæc suo splendore tantùm alias vrbes antecellit, vt nullam ei æqualem, ne dũ prçstantiorem proferre queamus, inquit Strabo. Fabulati sunt poetæ, quòd Rhodij Mineruæ, statim vt ex Iouis capite prosilijsset, sacrificârint,

A Iapeti Posteris exculta fuit post diluuium. Ambr. lib. de Noe. ca. penult. Strab. li. 9. Geograp.

cârint, ideoq; Iupiter in ea insula aurum pluere voluerit.

Chara Iouis tellus hominum regi atque deorum,
Quiq; & opes illi multas diffundit & amplas.

Quæ omnia mihi eo pertinere videntur, quòd propter bonarum artium studia verè felices euaserint, Deo, & hominibus charissimi. Gymnasium verò Rhodium propter incredibilem loci opportunitatem, & auctoritatem vrbis celeberrimum fuit. Quippe in quo omne doctrinarum genus, à viris doctissimis diligétissimè accuratissimeq; tradebatur: vt vel inuictissimi Romanorum Imperatores eos ibi audire desiderarent. Nam Pompeius Magnus ex Asia reuersus, omnes bonarum artium professores audiuit. Qui cùm ipsi pro sua eruditione cumulatissimè satis facerent, singulis auri talentum obtulit.

Simile refertur de Alexandro Magno.

Sabellicus Ennead. 7.

Ipse verò Pompeius narrare solebat, se Posidonium quoque Stoicum Rhodi audire voluisse: sed cùm audiret eum grauiter esse ęgrũ, voluisse tamẽ nobilissimum philosophũ visere. Quẽ vt vidisset & salutauisset, honorificisq; verbis prosecutus esset, molestè se dixit ferre, quòd eũ non posset audire. At ille, tu verò, inquit, potes, nec committã, dolor corporis efficiat, vt frustra tantus vir ad me venerit. Itaque narrabat eum grauiter, & copiosè de hoc ipso, Nihil esse bonũ, nisi quod honestũ esset, cubãtem disputasse. Sic fasses lictorios submisit is philosopho, cui se Oriens Occidensq; submiserat, inquit Plinius. Fuit enim tantę sapientię, & aucto-

Cicero li. 2. Tusc. quæstionum.

Plinius li. 7. cap. 30.

Digitized by Google

& auctoritatis Posidonius, vt maximus ille Cicero suum de consulatu ὑπόμνημα, corrigẽdum transmitteret, rogans vt is ijsdem de rebus ornatius scriberet, sicuti in epistola quadã ad Atticum fatetur. Tiberius etiam Imperat. Rhodi salubritate delectatus, circa scholas & auditoria Professorum tam assiduus fuit, vt à plerisq; propterea reprehenderetur, auctore Tranquillo. Et Trasyllum insignẽ mathesios professorem, in suam familiã assumpsit. Cuius artem percepturus, in ea loca perduxit, quibus si rationem reddere non posset, in mare se pręcipitãdum facilè animaduerteret. Interrogatus ergò Trasyllus an suam quoq; genitalẽ horam comperisset, quemque tum annũ, quem diem haberet: Ille positus siderũ ac spatia dimensus, hęrere primò, deinde pauescere, ac quantum introspiceret, magis ac magis trepidare cœpit, postremò exclamauit ambiguũ sibi ac propè vltimum discrimen instare. Tũ complexus eum Imperator præscium futurorum inter præcipuos amicos habuit, vt refert Cornelius Tacitus. Diogenem verò Grãmaticum, cùm extraordinariè Tiberius Imperator audire cuperet, iussus est post septimum diem redire. Quæ res Tiberium vehementer offendit. Diogenes enim vbi intelligeret Tiberium Imperatorem esse creatum, & propterea Rhodo Romam ei gratulaturus venisset, iussus & ipse est post annos septem reuerti. Vtinam hoc obseruarẽt, qui cùm per eloquentiam, aut eruditionem, mediocrem sibi

Alij aiunt rogatum à Tiberio, ecquid tristior esset: ipsumque respondisse, magnum sibi periculũ imminere.

sibi auctoritatem pepererunt, in tantum sese efferunt, vt nobilissimos etiam, & optimos auditores negligant, repudient, & quod turpissimum est, falsas proprias opiniones effutire, & pertinaciter defendere incipiant. Fuit ergò Rhodus propter bonarum artium studia Romanorum Imperat. charissima, multisque priuilegijs & donis exornata, quorum pars maxima in templo Liberi patris, & in Gymnasio posita fuit, ait Strabo. Nam cùm ex terræmotu Colossus, mœnia, & Gymnasium cum bibliotheca corruerant, ipsi eo tempore, quo Antiochus rex aduersus Ptolomæum regem Ægypti bella gerebat, tam prudẽter atque industriè se gerebant, vt non detrimenti, sed vtilitatis potius causa extitisse viderentur. Quia in mittendis quotidie legationibus soliciti, in id potentissimos reges, & opulentissimas respub. inducebant, vt maxima ab ipsis munera consequerentur, auri nimirũ & argenti multa talentorum millia, pretiosissimos lapides, & optima ligna, quibus & vrbem, & Gymnasium multo splendidius instaurarent. In quo Aristodemus Strabonis Geographi præceptor duas diuersas scholas habebat. Manè enim Rhetoricam: meridie grammaticam profitebatur. Sed inter cæterarum artium, & disciplinarum professores insignes semper Mathematicos, & clarissimos Oratores Rhodi floruisse, Cornelius Tacitus probat. Nam Aristippus Socraticus, cùm ad Rhodiensium littus graui naufragio eiectus esset,

Polyb. lib. 5. histor.

Strab. li. 14.

Mathematica.

esset, atque figuras quasdam geometricas, in arena vidisset, benè, inquit, nunc sperandum est, nam & hic vestigia hominum cernimus. Et in gymnasium progressus, de mathematicis rebus (quibus eos delectari intelligebat) eruditè, subtiliterque disseruit, & magnis ob eam rem muneribus ornatus, suam sociorumque suorum iacturam magna ex parte leuare potuit, vt auctor est Vitruuius. Et Æschines Orator maximus apud Rhodios commorās, Demosthenis orationem pro Ctesiphonte, clarissima & suauissima voce recitauit, quam cùm vehementer illi admirarentur, quid si, inquit, ipsam beluam dicentem audiretis? Quod Rhodij oratores Atticis similiores, sanioresque fuerint, affirmat Cicero in Bruto. A legum prestantia commendat eos Syluius in Asia sua. Hic etiam partim professi, partim eruditi sunt, Panætius, Stratocles, Andronicus Peripateticus, Leonidas Stoicus, Eudemius, Pisander qui Heracleam scripsit, Simias grammaticus, Dionysius Thrax & Apollonius, qui Argonautas composuit. Hieronymus etiam, qui tantum in dolore posuit mali, vt doloris vacuitatem summum bonum assereret. Cùm ergò doctissimi in omni literatura Philosophi apud Rhodios florerent, omnem etiam aliarum Vniuersitatum gloriam longè superauit. Ad quam non Romani solùm, sed sapientissimi etiam Athenienses, ingenium suum exculturi, confluxisse videntur. Narrat enim Diogenes Laërtius, quod cùm multi Athenienses

Rhetorica.

Vale. lib. 8. cap. 10.

Cicer. 3. de orat.

Cicero 2. Tusculan.

Digitized by Google

enses Rhodi eloquentię operam darent, Bion Boristhenites philosophiam docere cœperit, & causante quodam, cur id solus faceret: frumenta, inquit, attuli, hordeum vendo. Atque auctoritatem sibi præ cæteris Atheniensibus ex auditorum frequentia paraturus, sępè nautis Rhodiensibus persuaserit, vt sumpta scholari veste, in Gymnasium sequerentur. Scęuola apud Ciceronem libro de Oratore gloriatur, Apollonium summum illum Oratorem Rhodi se præceptorem habuisse. Et Marcus Cicero filium suum Ciceronem cum nepote studiorum gratia Rhodum misit, sicut ex epistola ad C. Lucinium Salustium colligitur: Commoraturum me, inquit, nusquam sanè arbitror, Rhodum puerorum gratia me accessurum puto. Rursus in epistola quadam ad Atticum: Rhodum volo puerorum causa, indè quàm primùm Athenas; &c. C. etiam Marius Cæsaris singularis amicus, epistola quadam ad Ciceronem: Mihi quidem, inquit, si optata contingent, quod reliquum est vitæ in otio Rhodi degam. Vt meritò Horatius claram Rhodum appellet: quæ propter bonarũ artium studia, vtilissimos Reipub. viros produxit. Sed Solymãnus Turcarum Imperator anno Domini 1523. grauissimo omnium Christianorum dolore, à potentissimis Romanorum Imperat: serentissimis Regibus hactenus mirificè honoratam, crudeliter diripuit. Egregiam quoque Bibliothecam habuerũt Rhodij. Refert enim Athenæus, quòd Ptolomæus

Horatius lib 1. ode. 7.

Bibliotheca. Lib. 1 dipnosoph. c. 1.

mæus Philadelphus in bibliothecam suam multos libros ab Athenienſibus & Rhodijs acceperit.

THEBANVM.

Archippum, & Lyſidem Pythagoricos, Thebis, in Græcia ſcholas habuiſſe ait D. Hieronymus apologia contra Ruffinum tomo 3.

Cretenſis Academia.

CReta Iouis magni medio iacet inſula ponto,
Mons Idæus vbi, & gentis cunabula noſtrę,
Centum vrbes habitant magnas, vberrima regna.

Celebris quoque apud Cretenſes olim Academia fuit. Ephorus enim in libro de Repub. Europæ ſcriptum reliquit, Cretenſium rempub. à doctiſsimis viris, optimis legibus ita inſtitutam fuiſſe, vt pleræque Græcorum ciuitates, eam ferè imitarentur. Leges verò haſce ipſis, Radamantus & Minos clariſsimi vetuſtiſsimique Iuriſconſulti (à Ioue, vti mentiebantur, acceptas) pręſcripſerunt. Vndè ipſam inſulam Minotam vocabant, vt auctor eſt Solinus. Harum verò cognoſcendarum gratia, Pythagoras Cretam profectus eſt. Et Lycurgus Lacedæmoniorũ legiſlator, diuini humanique Iuris prudentiam, in Cretenſi gymnaſio à Thaleto Muſico & Iuriſconſulto percepit, eaſque leges poſtea in Lacedæmoniorũ rempub. intulit, vt ſignificare videtur Lucianus Samoſatenſis in dialogo de Gymnaſijs. Has leges tanti fecit Plato, vt plures in ſuos libros

Plato multas dicitur tranſcripſiſſe.
Val. l. 8. c. 7.
Strab. l. 10.
Sabell. Ennead. 2. l. 4.
Vrſpergenſis in chronicis.
Strab. li. 10

libros de legibus referret. Pluresque hic excellentissimos Sophistas extitisse aiebat, quã vsq; alibi. Rhodog. lib. 18. ca. 1. Erant hic Iouis προφῆται, qui carnibus abstinebant; & omnibus rebus quæ coquuntur. Alex. Sard. l. 1. c. 20.

Has tamen leges Metellus vbi eam insulam Romano imperio adiecisset, abrogauit, & leges Romanos introduxit. Maximam verò instituendæ iuuentuti operam dabant. Nam qui ingenio valere iudicabantur, ex ærario publico alimenta, & singulos præceptores percipiebant, qui præter cæteras bonas artes, ipsas etiam leges primò quidem cum concentu & melodia adolescentes discere cogebant. Vt ex ipsa musica voluptatem caperent, studiorum molestias deuoraturi: & faciliùs memoria comprehensas leges retinere possent. Secundo loco rythmos in honorem deorum, præcipuè verò Iouis (quem in ea insula sepultum esse aiebant) compositos, ad discendum proponebant. Postremò fortium & doctissimorum virorum encomia, vt refert Ælianus, Musicam enim ita coluerũt, vt plerique scriptores eam ipsos reperisse probent. Fuerunt in Cretensi Academia Iouis προφῆται, qui leges interpretabantur, & carnibus, omnibusq; rebus quæ coquuntur, abstinebant. Certa etiam conuiuia studiosi celebrabant, à Minoe instituta, quæ φειδίτια, ἀνδρεῖα & συσσίτια dicebantur. A cœna illustrium virorum laudes celebrabant. Huc Solon & Thales Græcorum philosophi studiorũ causa profecti fuerunt, vt scribit Thales

Vrspergensis in chronicis.

Strab. li. 10.

Solin. polyhistor. cap. 16.

Laer. l. 1. de vitis philosophor. Quomodo Iudæi Cretenses facti fuerint Christiani, vide Socratem lib. 7. cap. 38.

Pherecidi apud Laertium. Veram Christianam philosophiam Cretensibus tradidit, Paulus Apostolus Iesu Christi, & Titum Episcopum reliquit, qui ad summam eruditionem eos perduceret,& si quid corrigendum videretur emendaret, & in reliquis totius insulæ ciuitatibus veros doctores ordinaret.

MACEDONIA.

QVanquam Macedonum barbaries & indocilitas à quibusdam scriptoribus notatur (Stratonicus enim Musicus discipulum quędam ex fideli, & accurata institutione nihil percipientem acriter castigaturus: in Macedoniam, inquit,)& ego de ipsorũ Gymnasijs nihil adhuc certi ex veterũ scriptis deprehendere potui:celebres tamen scholas extitisse crediderim. Quoniam doctissimos Reges (quorũ studia reliquus populus ferè imitari solet) habuerũt,qui clarissimos Philosophos è Græcia magnis præmijs euocarent. Antigonus rex huiusmodi literis Zenonem Stoicæ familiæ principem allicere cupiebat.

Rex Antigonus Zenoni Philosopho salutem.

EGo fortuna me quidem & gloria vitam tuam anteire existimo:Cæterùm disciplinis,studijsque liberalibus,& perfecta felicitate,quam tu possides,longè abs te præcelli sentio. Quocirca te orare statui, vti ad me proficiscaris. Id mihi persuadens, te preces meas minimè

minimè irritas fieri passurum. Tu igitur modis omnibus enitere, vt tuo contubernio fruamur, certò sciens, non mei tantùm, sed omnium Macedonum eruditorem fore. Nam qui Macedoniæ regem erudit, eum & subditos quoque instruere ad fortitudinem, & probitatem certum est. Nam cuiusmodi fuerit dux, tales vt plurimum subditos fieri necesse est. Verùm quia Zeno octogenarius per ætatem venire non poterat, misit Regi quosdam è côtubernalibus, qui animi bonis eo non inferiores erant: corporis verò etiam exuperarent. Sic Philippus Rex Aristotelem euocare conabatur. *Diogenes Laert. li. 7.*

Philippus Aristoteli salutem.

FIlium mihi genitum scito, quod equidem dijs habeo gratiam: nô proinde quia natus est, quàm nasci côtigerit temporibus vitę tuę. Spero enim fore, vt eruditus, educatusque abs te dignus existat & nobis, & rerum istarum successione. Ipse autem Alexander egregiè ab Aristotele institutus, cùm ἀκροαματικὰς artes ab Aristotele editas & promulgatas esse perciperet, grauiter in ipsum inuectus est, quòd ea, quibus ipse eruditus esset, omnium faceret cômunia. Ego verò, inquit, doctrina cæteris anteire malo, quàm copijs atque opulentijs. Alexandri verò studia Isocrates in epistola quadam ad Alexandrum sic expresit. Prædicari te ab omnibus audio, vt humanum, & *Græcam recitat. A. Gellius l. 9. c. 3.* *Gell. libro 20. cap. 4.*

Athenienſibus amicum, & ſapientiæ ſtudioſum: in quo profectò prudentiſsimè facis. Illo quoque laudem mereris, quòd ex noſtris ciuibus am[illegible], & magnifacere diceris, quorum eruditas diſputationes audiens, nullis moleſtijs afficiaris. Porrò inter doctrinarum genera nec dialecticas quidem diſputationes improbare diceris: eloquentiæ quoque diſciplinam, permagni facere. Quare omnibus ſpem magnam facis, vbi ætate proceſſeris, & in his actionibus perſeueraueris, fore, vt reliquos tantum ſapientia ante eas, quantum pater tuus Philippus omnibus antecellit. Plurimos enim Philoſophos alere ſolebat, quorum conſilijs domi & foris vteretur. Hiſtoricos verò, & Poetas, vt res à ſe fortiter geſtas literis ad poſteritatem tranſmitterent. Ad Diogenem Cynicum, quem nullo præmio euocare poterat, ipſe profectus eſt. Homeri operibus mirabiliter delectabatur, & pretioſiſsimam ciſtellam Darij regis, quam alij ad conſeruandas precioſiſsimas gemmas aptiſsimam eſſe aiebant, ipſe nihil honeſtius, quàm Homerum in eam reponi poſſe reſpondit. Archelaus verò in tantũ bonarum literarum amator fuit, vt Euripidi Tragico conſiliorum ſuorum ſummam crederet. Qui eas mirificè apud optimum Imperatorem promouiſſe creditur. Sic enim Imperator eum amauit, vt mœrorem quem ex morte eius conceperat, crinem tonſus vultu publicaret.

Iulius Solinus poly. hiſtor. c. 15.

Egregiam quoque Macedoniæ reges bibliothecam-

thecam habuisse videntur, refert enim Sabellicus, quòd P. Æmilius cum omni Macedonum Gaza victor potitus esset, regiæ bibliothecæ libros filijs suis distribuerit, Et Lucianus domesticos regum Macedoniç commentarios quia maximam vtilitatem, incredibilemque voluptatem legentibus afferrét, magno labore se comparasse ait, Multosque in Macedonia doctissimos semper in omni literarū genere viros extitisse affirmat. Nam ingenuos pueros maximè qui regi inseruituri, magistratumque gesturi erant, ex Philippi regis instituto, liberales artes docebant. *Sabellicus l. 3 exemplorum.* *De laudibus Demosthenis.* *Alex. Sard. li. 1. c. 12.*

Qualiter Diuus Paulus CHRISTVM in Macedonia prædicârit, refert sanctus Lucas. Qui Lucas, teste Epiphanio, eum quoque professus est Macedonibus. *Act 16.* *Epiphan. hæres. 51.*



ACADEMIARVM CELEBRIVM LIBER TERTIVS.

QVO NON SOLVM MVNDI POST diluuium instauratio, & Noachi in Europam aduentus, & Colonia, verùm etiam Academiæ Italiæ & Siciliæ describuntur.

ITALIA.



QVanquam Græci se vetustißimos omnium hominum parentes, bonarumque literarum, & ingenuarum artium primos inuentores extitisse, per summam impudentiam temeritatemque affirmare ausi fuerunt: tamen apertè, ni fallar, à me est demonstratum, quòd à Iudæis ista fuerint profecta, qui & diuinarum, & humanarum rerum scientiam ante diluuiũ peruestigauerunt, duabusq; columnis inscriptam, ad posteros suos in nouo orbe transmiserunt. Quocirca ex veterum probatißimorum historicorum scriptis, & certißimis argumẽtis, ac probabilibus coniecturis, & tam locorum quàm gentium nominibus colligitur, in Italia, Germania, Gallia, Hispania, Anglia, veram religionem, literas, & sapientiæ studia fuisse, antequam in Græciam peruenirent, quodque hæc non à Græcis barbari, vt ipsi loquebantur, sed contra potiùs Græci à barbaris acceperint. Vetus enim opinio est, multis huc vsque deducta seculis & sapientißimorum

Iudæi literas & omnes bonas artes primi inuenerũt.

rum

rum hominum, qui res à condito mundo gestas ſcripſerunt, perſcrutatique ſunt, ſtabilita conſenſu: quod Noachi poſteritas ea, ſicut à maioribus ſuis ante diluuium acceperat, in Europeam orbis noſtri partem introduxerit. Nec ſine grauiſsimis cauſis ab omnium rerum opifice, & collapſarum iuſtauratore, conſeruatoreque Deo factum eſſe vetuſtiſsimi ac præſtantiſtiſsimi auctores probát, quod poſt vniuerſale duluuium, quo non modò homines, ſed bruta quoque ratione carentia extincta fuerunt, Noachus (qui ſolus cum vxore ſua, cum tribus filijs, eorumq; vxoribus ſuperfuerat, in arca à Deo conſeruatus) in eam orbis partem, quæ nunc ab Italo Rege, qui agriculturá & leges eos docuit, Italia dicitur, auctore Spiritu ſancto, fuerit progreſſus. Cùm enim Dominus Deus veteris mundi Gygantes, & improbos homines, qui toties admoniti reſipiſcere nolebant, aquarum inundatione atque diluuio prorſus extinxiſſet, pro ſuo incredibili erga genus humanũ amore, Noacho, quòd vir iuſtus, & veræ antiquæ religionis cultor permanſerat, indulſit, vt is per ſuos filios atq; nepotes nouum orbem, qui idololatria & ſceleribus careret, iuſtauraret: Deinde vt eius peccati, quod Adamus & Eua primi parentes, per temerarium vetiti pomi contactum introduxerunt, verum medicum & ſaluatorem Chriſtum Ieſum procrearet. Quare ijs benedixit, vt multiplicarẽtur, & replerent vacuam terram. Vxores autem eorum, quod tũc ſem- Gen.ca.9.

per ferè plures liberos procrearint, non solùm à doctissimis scriptoribus asseritur, sed humanæ etiam ratione omnino consentaneum est. Nam hoc seculo quando infinita hominum multitudo est, nullaque necessitas (quam ipsa natura nunquam deserit) hoc postulat, crebrò geminos nasci apparet. Quocirca breui tempore supra modum excreuerunt, vt non tantùm eam regionem qua primò ex arca egressi sunt,& Armenia fuisse creditur,quippe in cuius montibus Moses arcam salutis resedisse post diluuium testatur, colere possent, sed in remotiores etiam prouincias emigrare. Grauissimi certò auctores affirmant, quod Noachus ante mortem suã supra viginti quatuor millia virorum, præter mulieres & paruulos à filijs nepotibusq; procreatos viderit: immò quod totus orbis iterum fuerit habitatus. Vnde brutorũ animalium, quæ secum ad necessarios vsus ex Arminia adducturi erãt, multitudo & fœcunditas æstimari potest. Noachus ergò totius mundi post diluuium iustaurator & parens, ac veluti terrestris quidam Deus filios nepotesque suos cum religione bonas literas, quæ ad fulciendam gubernandam, ornandamque Rempublicam pertinebant, docuit. Nam quantopere bonę artes in Republica necessariæ sint, veteres etiam philosophi perspexerunt, M. enim Cicero: O Philosophia, inquit, vitæ dux, ô virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum, quid non modo nos, sed omnium hominum vita

Cicero 5. Tusc.

vita ſine te eſſe potuiſſet? Multas prætereà cæremonias, & varia externa ſigna, ipſis Noach' reliquit, quorum admonitu veram religionem, atque virtutes, proprer quas præ cæteris omnibus hominibus conſeruati à Deo, tantiſque beneficijs ornati eſſent, retinere cogerentur. Impios autem cultus, & Giganteos mores, atque ſcelera, ob quæ vniuerſus terrarum orbis iuſto Dei iudicio perijſſet, cauerét: nec eorum facta imitarentur, quorum exitum perhorreſcerent. Eorum verò pleraque infra referemus, reliqua apud alios reperiuntur, & nimis longum eſſet hîc recenſere. Atque hinc non ſolùm Dei bonitas in conſeruandis pijs, & puniendis impijs iuſtitia perſpicitur: ſed Noachi quoque ſingularis prouidentia, & poſterorum leuitas impudentiaq; apparet. Quoniam ſaluberrimas res tam rectè, tamque prudenter inſtitutas, olim in grauiſsimam abuſionem conuerterunt. Et hoc tempore homines quidam arrogantes, externa ſigna piè vtiliterque à maioribus noſtris, pijſsimis & ſapientiſsimis viris Chriſtianis, iam inde ab initio reſtitutæ per Ieſum Chriſtum veritatis introductas cæremonias, quibus homines literarũ ignari, & rudis populus ad pietatem, virtutiſque ſtudium permoueretur, cõdemnant, eripiunt, peruertunt. Qua in re ſicut veræ pietatis hoſtem diligenter imitantur, ita votis omnibus optandum eſſet, vt aliquando tandem miſerabilẽ interitum eorum qui ſimile olim facere voluerunt, pro exemplo caperent, & à

tam nefario instituto abstinerent. Quanta enim omnium optimarũ rerum perturbatio fuerit consecuta ijs in locis, vbi omnis iustitiæ & pietatis imago ex oculis hominum sublata erat, vir bonus absque lachrymis recordari nõ potest. Postquam verò his rebus satis instructi apparebant, vt & virtutibus studere, & cõtrarijs vitijs, atque idololatria abstinere possent: tunc de ducendis per vniuersum orbẽ, qui diluuio perierat, colonijs, cogitare cœpit. Quẽ orbem tribus filijs suis ita distribuit, vt Semo Asiã, Chamo Africã, Iapeto Europam & aliquam Asiæ partem colendam, & rectè gubernandam, ex præcepto Dei attribueret. Singularum quoque regionum naturam, itinera, & pericula, Geometrię peritissimus vir, aperuit. Et tunc filios sanctè inuicem promittere voluit, ne quis alterius imperium vllo vnquam tempore inuaderet, Chãnaan verò quia perfidus erat, & patris sui Chami impietatem exprimebat, Palæstinam Semo per vim ademit. Eam quia cedere Semo nolebat, Dominus Deus Abrahamo promisit, quòd ipse Chami posteros, Amorræum, Iesubæum, Hethæum, &c. esset eiecturus. Sicut per Mosen, & Iosue, ceterosq; Iudæorum magistratus, tandem factum esse, scriptura sacra testatur: & fidelissimi historici memoriæ prodiderunt. Vt terrę sanctę, Iudæis promissæ, vsurpatio, nõ spoliũ sit appellanda, sed sui iuris, quo iniustè per vim exuti erant, ex præcepto Dei vindicatio. Sunt qui vniuersum hominum genus in tres ordines

Noachus in tres partes mundũ distribuit.

Epipha. in Ancorato. Augu. ser. 105. de tẽpore, to. 10.

Huc forte allusit Dauid: Non in gladio suo possederunt terram, &c. Psalm. 43.

ordines ab ipso Noacho diuisum fuisse afferant: in liberos, in milites, & in seruos, vel in sacerdotes, equites, & plebem. Vndè versus:

Tu supplex ora, tu protege, tuq; labora.

Quod dum singuli curabant, tota respub. pulcherrimè administrabatur: contra verò facientes, vt suum quisque officium negligeret, vsurparet alienum, grauiter Rempub. labefactârunt. Id Israeliticæ gentes exemplo Iosephus & Egesippus pulcherrimè declarât. De præsenti seculo eleganter cecinit Horatius Flaccus:

Qui fit Mecænas, vt nemo quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa
Contentus viuat, laudet diuersa sequentes?

Quantoperè hinc Christiana Respublica labefactetur, nemo est qui ignoret. Ipsi ergo Noachi filij, vt à patre præceptum erat, in suam quisque prouinciam profecti, eam instaurare cœperunt, abductis secum ex Asia brutis animalibus, quæ in vsus humanos à Deo creata & in arca conseruata, iterumq́ue multiplicata erant. Plurimos quidem homines, multasq́ue bestias primis in sedibus post ductas colonias semper permansisse credo. Sed vtrū ipse Noachus singulas colonias per ordinem duxerit, an potiùs in prima sede perdurarit, donec filij nepotesq́ue inuentas terras excolerent, ac tunc demum secutus fuerit, suum cuique iudicium permitto. Ego tam arduis, summaq́ue in obscuritatem latentibus

Quando Noachus in Italiā peruenerit.

latentibus de rebus, vbi ſcriptura ſacra & euidentes rationes deficiunt, ex nudis coniecturis ſtatuere non aſſueui. Illis qui ſtudium in his ponere voluerunt, vt ſummo labore aliquid certi eruerent, nec tamē id per omnia adſecuti ſunt, alicubi etiam fortè, propter maximā omnium propè rerum obſcuritatem, aberrauerunt à vero, gratias agere pro iſtis laboribus ſoleo, & condonare potiùs aliquid, quàm tanta verborum licentia (vt pleriſque moris eſt) perſtringere, crebrò etiam petulāter in mortuos incurrere. Quibuſdam celebribus hiſtoricis videtur, quod primas colonias ipſe Noachus duxerit, ac poſt annos decē in Scythiam reuerſus, nouas colonias ordinârit. Sed hæc quæſtio multum lucis inde acceptura erit, ſi conſtiterit, vtrum Diuus Petrus Apoſtolus IESV Chriſti, velut alter poſt horrendum idololatriæ diluuium Noachus, ex Iudæa (vbi vera arca, & vnica humani generis ſalus Chriſtus Ieſus natus, profeſſus, & mortuus eſt) in Italiam, primam Chriſtianorum coloniam duxerit: an potiùs cùm multi per Italiam Chriſtiani florerent, eccleſiaque nonnihil conſtitiſſet, tandem cōtra Simonem Magum decertaturus, nouamque eccleſiam confirmaturus, Romam venerit, de quo ſuo loco fuſius pertractabitur. Moſes ſcriptum reliquit, quod Noachus poſt diluuium 350. annos ſuperuixerit; iccirco ſatis hoc inter auctores conuenit, quod Colonias iterum iterumque viſitârit, quid agerent, quantum promoue-

Gen. ca. 9.

mouerent, vtrum in vera religione, & priſcis moribus perſeuerarent, num malitia alicubi fraudibus diaboli irreperet. Sicut Petrus, Paulus, cæterique Apoſtoli in nouo Chriſtiano orbe, poſt alterum diluuium recenter fundatas eccleſias ſæpiùs confirmauerunt. Non minorem difficultatem habet, an ante temerariam Babylonicę turris ædificationem, & primæ linguæ, quæ hactenus vna apud omnes incorruptaque permanſerat, confuſionem, in Europam noſtram vllæ colonię peruenerint: an hactenus Iapetus, Gomerusque in prima ſede apud Noachum perdurârint, & ſolæ impij atque maledicti Chami progenies, duce Nembrodo, turrim extruxerit. Pro vtraque parte variæ probabiles coniecturæ adferri poſſunt, quas hîc nimis longum eſſet referre. Moſes noſter refert, quod cùm terra eſſet labij vnius, & ſermonum eorundem, poſt diluuium profecti ſint de Oriente in terram Sennaar, habitarintque ibi, & ciuitatem atq; turrim ædificare cœperint, cuius culmen pertingeret vſque in cælum, vt celebrarent nomen ſuum, antequam diuiderentur in vniuerſam terram: ideoque Deus diuiſerit linguam eorum, vt non intelligeret vnuſquiſque vocem proximi ſui, atque ſic diuiſerit eos ex illo loco in vniuerſam terram, vocatusq; ſit iſte locus Babel, quòd ibi confuſum eſſet labium vninerſæ terræ. Hoc an vniuerſaliter, de omnibus omnium Noachi filiorum eius temporis poſteris intelligendnm ſit, an particulariter,

Lucas in actis Apoſtolorum hoc deſcribit.

Gen. cap. 11.

Ioſephus 1. cap. 9. Comeſtor ca. 38. hiſt. Geneſ. 7.

latentibus de rebus, vbi ſcriptura ſacra & euidentes rationes deficiunt, ex nudis coniecturis ſtatuere non aſſueui. Illis qui ſtudium in his ponere voluerunt, vt ſummo labore aliquid certi eruerent, nec tamé id per omnia adſecuti ſunt, alicubi etiam fortè, propter maximã omnium propè rerum obſcuritatem, aberrauerunt à vero, gratias agere pro iſtis laboribus ſoleo, & condonare potiùs aliquid, quàm tanta verborum licentia (vt pleriſque moris eſt) perſtringere, crebrò etiam petuláter in mortuos incurrere. Quibuſdam celebribus hiſtoricis videtur, quod primas colonias ipſe Noachus duxerit, ac poſt annos decé in Scythiam reuerſus, nouas colonias ordinârit. Sed hæc quæſtio multum lucis inde acceptura erit, ſi conſtiterit, vtrum Diuus Petrus Apoſtolus IESV Chriſti, velut alter poſt horrendum idololatriæ diluuium Noachus, ex Iudæa (vbi vera arca, & vnica humani generis ſalus Chriſtus Ieſus natus, profeſſus, & mortuus eſt) in Italiam, primam Chriſtianorum coloniam duxerit: an potiùs cùm multi per Italiam Chriſtiani florerent, eccleſiaque nonnihil conſtitiſſet, tandem cótra Simonem Magum decertaturus, nouamque eccleſiam confirmaturus, Romam venerit, de quo ſuo loco fuſius pertractabitur. Moſes ſcriptum reliquit, quod Noachus poſt diluuium 350. annos ſuperuixerit; iccirco ſatis hoc inter auctores conuenit, quod Colonias iterum iterumque viſitârit, quid agerent, quantum promoue-

Gen. ca.9.

mouerent, vtrum in vera religione, & priscis moribus perseuerarent, num malitia alicubi fraudibus diaboli irreperet. Sicut Petrus, Paulus, cæterique Apostoli in nouo Christiano orbe, post alterum diluuium recenter fundatas ecclesias sæpiùs confirmauerunt. Non minorem difficultatem habet, an ante temerariam Babylonicę turris ædificationem, & primæ linguæ, quæ hactenus vna apud omnes incorruptaque permanserat, confusionem, in Europam nostram vllæ colonię peruenerint: an hactenus Iapetus, Gomerusque in prima sede apud Noachum perdurârint, & solæ impij atque maledicti Chami progenies, duce Nembrodo, turrim extruxerit. Pro vtraque parte variæ probabiles coniecturæ adferri possunt, quas hîc nimis longum esset referre. Moses noster refert, quod cùm terra esset labij vnius, & sermonum eorundem, post diluuium profecti sint de Oriente in terram Sennaar, habitarintque ibi, & ciuitatem atq; turrim ædificare cœperint, cuius culmen pertingeret vsque in cælum, vt celebrarent nomen suum, antequam diuiderentur in vniuersam terram: ideoque Deus diuiserit linguam eorum, vt non intelligeret vnusquisque vocem proximi sui, atque sic diuiserit eos ex illo loco in vniuersam terram, vocatusq; sit iste locus Babel, quòd ibi confusum esset labium vniuersæ terræ. Hoc an vniuersaliter, de omnibus omnium Noachi filiorum eius temporis posteris intelligendnm sit, an particulariter,

Lucas in actis Apostolorum hoc describit.

Gen. cap. 11.

Iosephus 1. cap. 9. Comestor ca. 38. hist. Genes. 7.

ter, de filijs Ch :quidem dubitatur. Moses
indefinitè loqu detur. Sibylla verò, cuius
auctoritatem I phus & Commestor hac in
re vsurpant, pa ularis enuntiationis signo
definiuit, dum apud Iosephum Latinum
loquitur. Cùm mnes homines vnius vocis
essent, quidam t im ædificauerût excelsam,
tanquam ascens per eam in cælum. Iam ve-
rò ex Iosepho c erisque scriptoribus colli-
gitur, quod Nim rodus, quem tyrannidis &
dominandi libid inuaserat, eos à cultu veri
Dei abducere vo erit: ipsi verò quòd recen-
tem adhuc diluu memoriam retinerêt, eius
metu à Deo rece lere non fuerint ausi, ante-
quam Nymbrod s hoc ijs consilium suppe-
ditaret, vt altissimam turrim extruerent, qua
côtra Deum, si iterum punire vellet, ab aqua
tuti essent. Quocirca cùm grauius Dei quàm
tyrannidis imperium ipsis videretur, manum
operi admouerunt, quod ex stulta persuasio-
ne susceptum, adeò pernitiosum habuit exitû.
Similiter homines impij diabolo seruire mul
tò suauiùs arbitrantur, quàm Deo, voluptati-
bus & libidini operam dare malût, quàm vir-
tutibus & sanctimoniæ, non attendêtes, quòd
Deo seruire regnare est: & quod impij videan-
tur quidem in bono ducere dies suos, sed in
puncto ad infernum descendant, vt nec me-
moria eorum supersit in terra, nec vita in cæ-
lis: sed pro breui gaudio, & in certa voluptate,
in sempiternum miris modis, iusto Dei iudi-
cio,

Vide etiam pulchra quædam apud Philonem in lib. de Gigant. & li. de cõfus. linguarum.

Iob. 21.

cio, excrucientur. Beatus quoq; Chryſ. contra Dei voluntatem (quod etiam exitus declarauit) per nimiam ſuperbiam inſaniamque ædificaſſe affirmat. Et Iſidorus apud Gratianum Nimbrodum vocat oppreſſorē & extinctorem hominum, quos ad turrim ædificandam allexerit. Prætereà Moſes, quando hiſtoriam diluuij, primorumque hominum genus deſcribit, ſemper ferè filios Noachi appellat: ad turris verò ædificationem vbi ventum erat, filios Adami vocat: Deſcendit Dominus, vt videret ciuitatem & turrim, quam ædificabāt filij Adam. Fortaſſe indicaturus, quòd etſi à Noacho viro iuſto & bono deſcendiſſent, re tamen ipſa impij eſſent, & ſuperbiam leuitatemque Adami imitarētur. Quo fit, vt credere non poſsim, vel ipſum Noachum, quem Spiritus ſanctus gubernabat, vel filios ipſius Semum & Iapetum, primos Iudæorum ſimul & gentium parentes, ac ſacræ tunc eccleſiæ Dei columina, rei tam impiæ interfuiſſe arbitror, aut in Aſiam Europamque colonias iam antè duxiſſe puto. Venerabilis Beda: *Linguarum, ait, diuerſitas exorta eſt in ædificatione turris, poſt diluuium. Priuſquàm enim ſuperbia turris illius in diuerſos ſignorū ſonos humanam diuiſiſſet ſocietatē, vna omnium nationum lingua fuit, quæ Hebræa vocatur, qua Patriarchæ & Prophetę ſunt vſi, non ſolùm in ſermonibus ſuis, verùm etiā ſacris literis. Initio quidē quot gētes, tot linguę fuerūt, deinde* plures

Homil. 30. in Geneſ.
Diſtinct. 6. cap. vlt.
Auguſtin. quoque libr. 16. ca. 4. de ciuit Dei. Nymbrod. tribuit.
Geneſ. ca. 11.
Beda in tractatu de linguis gētium.
Hebræa lingua omnium prima.

plures gentes quam linguæ, quia ex vna lingua plures sunt Gentes exortæ. Tres sunt autem linguæ sacrę, Hebræa, Gręca, Latina, quæ toto orbe maximè excellunt, quibus & super crucē dominī à Pilato fuit causa eius scripta. Vnde & propter obscuritatem scripturarum, harum trium linguarum cognitio necessaria est, vt ad alteram recurratur, si quam dubitationē nominis vel interpretationis sermo vnius linguæ attulerit Græca inter cæteras gētium linguas clarior habetur, & Latinā, & omnibus linguis sonantior est: eiusdemq; quintuplex varietas. Quarum prima Communis siue Mixta dicitur, quia omnes ea vtuntur: secunda Attica siue Atheniensis, qua vsi sunt omnes Græciæ auctores: tertia Dorica, quam habent Ægyptij & Syri, quarta Ionica, quinta Æolica. Latinas quoque linguas quatuor esse quidam dixerunt, Priscam, Latinam Romanā, & Mixtam. Prisca est, qua vetutissimi Italię sub Iano & Saturno sunt vsi, Latina, qua sub Latino & regibus Tusciæ, cæteri in Latio sunt locuti, ex qua 12. tabulæ fuerunt conscriptæ. Romana, quæ post reges exactos à populo Romano gesta est, quam Neuius, Plautus, Ennius, Virgilius, Cato, Cicero, &c. vsurparunt. Mixta, quæ latiùs propagato imperio, diuersisque hominibus in vrbem irruētibus, corrupta est. Omnem autem linguam aut audiendo quis potest tenere, aut legendo ex præceptore accippere. Hæc Beda. Putatque Deum ipsum prima illa lingua vsum, quando ad prophetas & patriarchas

chas locutus est: item quando Ioannes Baptista audiuit vocem de cælo: Hic est filius meus dilectus. Lingua verò ista prima, in 72. dispertita esse perhibetur, sicut 72. interpretes sacra biblia transtulerunt, & tandem Christus præter 12. Apostolos, 72. discipulos ad ministeriũ verbi elegit. Sed vt ad propositum reuertatur oratio: Annius Viterbiensis, diligens antiquitatis indagator, Noachum ante Babylonicam confusionem in Italiam peruenisse indicat. Quia inter diluuium & confusionem Babylonicam annos 131. intercidisse ait, anno autem 108. in Italiam venisse, & 92. annos in ea vixisse probat, etsi primis colonijs positis in Armeniam iterum fuerit profectus, ac tandem redierit, vt Nauclero etiam videtur. Sed de Semi progenie, vnde Iudæi & Saluator Christus prodierunt, de Chami (à quo vetus impietas, idololatria, tyrannis, ac prioris mundi scelera in nouum orbem ecclesiamque Dei profluxerunt) colonijs, nihil in præsens attinet dicere: verùm Iapeti, reliquarum gentium parentis, in Europam migrationem breuiter aperiam. Noachus itaque filijs suis benedicturus, quæque singulis euentura essent, linguam ipsius gubernante Spiritu sancto, prædicturus: Dilatet, inquit, Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaam seruus eius. Latitudo autem ista, vel ad latissimum maximúmque eius imperium pertinebat, quod nó modò terram latissimè occupauit, sed mare quoque ingressum ad insulas vsque, auctore

Hebraica lingua ipse Deus locutus fuit.

Gene. ca. 9.

Ambrosio, processit: vel quod ipsius posteritas nomen filij Dei Christi Iesu, qui ex Semi Posteris Iudęis aliquando oriturus erat, longè lateque propagatura esset: Romani enim tunc potissimæ orbis parti imperabant, quando Christus in Iudæa de Spritu sancto ex perpetua virgine Maria nascebatur: eiusque doctrinam per vniuersum ferè mundum produxerunt, vt infrà fusius aperietur Ex recentioribus aliqui opinantur, quod vetus illa primaq; lingua, qua ante confusionem Babylonicam animi sui concepta exprimebant, non Hebręa lingua fuerit, vt Hieronymus, Augustinus, & reliqui ferè scriptores affirmant, sed Cimmericam, atque adeo Germaniæ inferioris linguā extititisse, varijs cōiecturis & multis argumētis probare conātur, quod ea huc ab ipso Noachi filio Iapeto, vel ex Iapeti filio nepote Gomero, fuerit post diluuium introducta. Humani autem generis propagationē sic describunt, vt primæ coloniæ, quę tamen propria auctoritate, sine præcepto Dei, & absque optimi patris Noachi voluntate, si ex his quæ consecuta sunt æstimare licet, emigrârit: ducē fuisse arbitrentur Nymbrodum. Qui cum in latissimos fertilissimosque Babyloniæ campos peruenissent, & multitudine hominū atque potentia regnum satis confirmasse viderentur, eò superbiæ & temeritatis venerint, vt turrim extruerent, qua se aduersus iram Dei, si rursus terram diluuio perdere vellet conseruarent, obliti doctrinæ Noachi, qua eos instruxe-

Ambro. de Noae. c. 33.

Romani verò ex Iapeto prodierunt.

Ioannes Goropius in originibus Antuerpianis.

ftruxerat, nec metuẽdum ampliùs diluuium, nec vllas humanas vires contra Deum valere. Quare ad perpetuam impij ſceleris memoriam Deus linguam quæ humanę ſocietatis vinculum erat, cónfuderit, & vnam qua populorum vnio cótinebatur, in varias commutarit, Vt homo hominem non intellligeret. Hoc cum Noachus eiuſque filij, qui Babylonicæ turris ædificationi non interfuerant, viderẽt: redeuntesque indè non intelligerent, nihil citra Dei voluntatẽ faciendum, nec ſine diuino numine vſquam progrediendum illorum exemplo didicerint. Id enim ſatis & ipſos olim, & nos in præſens admonere poteſt, tam ipſos hominum cœtus, quàm ſtudia, & labores, qui temerè & ſine diuino fauore ſuſcipiũtur, Deo diſplicere, & malos ſemper exitus ſortiri. Putát ergò quodNoachus colonias ducturus priùs conſecrârit, benedixeritue, & fauſta proſperaque precatus admonuerit, vt in vera religione, & pietate perſiſterent; & omnibus in rebus auſpicandis ſemper Deum, vt benigno ſuo numine aſpiraret, obſecrarent: vnde & coloni ipſi ſagæ, ac tandem ſacæ, id eſt, benedicti conſecratique fuerint appellati. Ac tandem ſicut Noachum in Europam ad Iapetum filium veniſſe affirmant, ita minimè abſurdum putant, ſi ante confuſionem Babylonicam quidam huc profecti dicantur: quippe cùm inter eam & diluuiũ anni plùs minùs cẽtũ triginta interciderint, quo tẽpore Iapetus, Gomerus,

Vndè balbanum malè loquentes, Germani Babelen, Latini balbutire aiunt

Ambro. de Noae. c. 33. Ambrosio, processit: vel quod ipsius posteritas nomen filij Dei Christi Iesu, qui ex semine Posteris Iudęis aliquando oriturus erat, longè lateque propagatura esset: Romani enim tunc potissimæ orbis parti imperabant, quando Christus in Iudæa de Spritu sancto ex perpetua virgine Maria nascebatur: eiusque doctrinam per vniuersum ferè mundum produxerunt, vt infrà fusius aperietur. Ex recentioribus aliqui opinantur, quod vetus illa primaq; lingua, qua ante confusionem Babylonicam animi sui concepta exprimebant, non Hebręa lingua fuerit, vt Hieronymus, Augustinus, & reliqui ferè scriptores affirmant, sed Cimmericam, atque adeo Germaniæ inferioris linguã extititisse, varijs cóiecturis & multis argumẽtis probare conãtur, quod ea huc ab ipso Noachi filio Iapeto, vel ex Iapeti filio nepote Gomero, fuerit post diluuium introducta. Humani autem generis propagationẽ sic describunt, vt primæ coloniæ, quę tamen propria auctoritate, sine præcepto Dei, & absque optimi patris Noachi voluntate, si ex his quæ consecuta sunt æstimare licet, emigrârit: ducẽ fuisse arbitrentur Nymbrodum. Qui cum in latissimos fertilissimosque Babyloniæ campos peruenissent, & multitudine hominũ atque potentia regnum satis confirmasse viderentur, eò superbiæ & temeritatis venerint, vt turrim extruerent, qua se aduersus iram Dei, si rursus terram diluuio perdere vellet conseruarent, obliti doctrinæ Noachi, qua eos instruxe-

Romani veteres ex Iapeto prodierunt.

Ioannes Goropius in originibus Antuerpianis.

Digitized by Google

ſtruxerat, nec metuẽdum ampliùs diluuium, nec vllas humanas vires contra Deum valere. Quare ad perpetuam impij ſceleris memoriam Deus linguam quæ humanę ſocietatis vinculum erat, confuderit, & vnam qua populorum vnio cõtinebatur, in varias commutarit, Vt homo hominem non intellligeret. Hoc cum Noachus eiuſque filij, qui Babylonicæ turris ædificationi non interfuerant, viderẽt: redeunteſque indè non intelligerent, nihil citra Dei voluntatẽ faciendum, nec ſine diuino numine vſquam progrediendum illorum exemplo didicerint. Id enim ſatis & ipſos olim, & nos in præſens admonere poteſt, tam ipſos hominum cœtus, quàm ſtudia, & labores, qui temerè & ſine diuino fauore ſuſcipiũtur, Deo diſplicere, & malos ſemper exitus ſortiri. Putãt ergò quod Noachus colonias ducturus priùs conſecrârit, benedixeritue, & fauſta proſperaque precatus admonuerit, vt in vera religione, & pietate perſiſterent; & omnibus in rebus auſpicandis ſemper Deum, vt benigno ſuo numine aſpiraret, obſecrarent: vnde & coloni ipſi ſagæ, ac tandem ſacæ, id eſt, benedicti conſecratique fuerint appellati. Ac tandem ſicut Noachum in Europam ad Iapetum filium veniſſe affirmant, ita minimè abſurdum putant, ſi ante confuſionem Babylonicam quidam huc profecti dicantur: quippe cùm inter eam & diluuiũ anni plùs minùs cẽtũ triginta interciderint, quo tẽpore Iapetus, Gomerus,

Vndè balbutientes malè loquentes, Germani Babelen, Latini balbutire aiunt

quarumque familiarum principes, multos filios procreare, & plurima armenta potuerint. Sed his breuiter indicatis, quomodo Dominus Deus bonas artes semper in Ecclesia sua conseruari voluerit, & Noachus ad conseruādam veram religionem recteque administrādam rempublicam, & gubernandos hominū mores, summoperè necessarias esse duxerit, ideoque in prouinciarum reginam Italiam, cæterasque Europei orbis partes vnà cum colonijs importarit, quantum videbitur, declarabo. Siue ergo ante confusionem Babylonicam, siue pòst, colonias duxerit Noachus, siue etiam statim ab initio Iapetum filium in Italiam perduxerit, post in Asiam reuersus, siue eum præmiserit: certum est, quòd in Italiam venerit, atque adeo vltimam senectutem trāsegerit, & bonarum artium scholam instituerit. Id enim antiquissima monumenta & præstantes veteres recentesque historię apertè declarant. Berosus Chaldæus memoriæ proditū reliquit, quòd in Armenia circa mōtem Gordieum egressus ex arca Noachus, cùm eam prius regionem instaurasset, in Italiam transgressus sit. Quantę autem Berosus, doctissimus, & in primis religiosus sacerdos, historicus, auctoritatis semper fuerit, non apud Persas modò, qui illius historiam, si Methasteni credēdum est, omnibus alijs præferunt, nec apud Græcos solùm, quorum doctissimi Athenienses publica eum statua in celeberrimo suo gymnasio honoràrunt, sed apud Iudæos quoque & Christia-

Christianos orthodoxos Patres: ex Iosephi tam primo libro antiquitatum, quàm contra Appionem grammaticum, ex Diui Hieronymi commentarijs ad Danielem prophetam, ex Tertulliani Apologetico, cæterorúmq; auctorum scriptis apertè colligitur. Vbi antiquissimas secutus historias, verè de diluuio, de arca, Noachique progenie, scripsisse affirmatur. Soli enim tunc sacerdotes auctoritate publica annales conscribebant, eorundemque scripta ijs de rebus, quas vel coràm geri viderant, vel ex probatis & publicis monimentis transtulerant, haud minoris auctoritatis erãt, quàm notariorum & secretariorum nostrorũ publica instrumenta, & descripta, quæ vulgo transumpta vocantur. Nam publica custodia diligentissimè asseruabantur, vt controuersiæ, si quæ grauioribus de rebus existerent, ex ijs definirentur. Id quod ex primo libro Esdrę apertè colligitur, vbi controuersia de reparando Iudæorum templo ex publica bibliotheca desumptis libris, iudicata est. Eosdem annales atque historiam ipsi reges & supremi magistratus, quãdo à publicis negotijs otium erat, frequenter legere, memoriamque temporum refricare solebant, & sic illis credere, vt nihil prorsus de veritate dubitarent, quod Historia Hester declarat. Cùm enim Mardochæus regi Assuero per Hester reginã insidias quorundam aperuisset, iussit rex, inquit scriptura capite secundo, vt in libro memoriali scriberetur, & pro vita sua aliquid repensaret ei

Plin. lib. 7. histor. naturalis, capite 37.

Idque ferè capite 12. repetitur.

Digitized by Google

retur id Beroso (qui propter testimonium veritatis impiorum hominum grauissimum odium incurrerat) quod reliquorum ferè auctorum scripta pertulerunt, accidisse opinari? Nimirum quod in grauissima bonarum literarum, per temporis iniuriam, clade, sic cum tineis & blattis pulueribusq; cartârit, vt propter infinita vulnera vix agnosci posset, pristinæ verò sanitati restituere, nisi turpissimas cicatrices retineret, nemo hominum sperare auderet. Sed tam squallidus & æger, postquã in eruditorum quorundam manus, quasi postliminio redijsset, illi aliter fortè atque prius erat dispositum, additis quibusdam vbi legere non poterant, prout ipsis ex historia in mẽtem veniebat, non paucis etiam quæ non occurrebant, prætermissis, multis adhuc cicatricibus deformem restituere voluerunt: labore suo alios inuitaturi, vt ipsi in feliciora tempora, si inciderent, de perfecta veri Berosi sanitate diligentiùs cogitarent. Nam magni Aristotelis libri, cùm olim diu sub terra absconsi iacuissent, à scriptoribus non bonis grauissimè corrupti fuerunt, vt auctor est Strabo. Multaque librarios plurimis in locis addidisse affirmat Syluius, quæ, si reuiuisceret Aristoteles, sua esse pernegaret. Scriptura etiam sacra, veteris testamenti quanquam rectè per septuaginta duos Iudæorum sapientes tempore Eleazari Pontificis & Ptolomæi Philadelphi Ægyptiorum Regis, ex Hebræa lingua in Græcam, au-

Syluius in Asia sua, cap. 72.

Vide historiam Aristeæ de 70. interpretibus.

ctore spiritu sancto, vt alibi fortasse ex professo demonstrabo, traducta erat: multis tamen in locis corrupta fuisse traditur; propterea quòd pugione perfossa fuerit, vt quędam verba non nisi de coniectura legi possent. Quàm integrè & fideliter aliorum quorundam auctorum scripta nuper prodierint, quoti lieq; reuiuiscant, longum hîc esset recensere. Erasmus in Diuo Hieronymo restituendo plus se laboris insumpsisse refert, (de fidelitate aliorum iudicium esto) quàm ipse Hieronymus in scribendo insumpserit. Verùm ne longius aberret oratio, à me statim recitatus Berosi locus, extra controuersiam est: quippe cùm is vero Beroso, partim ab ipso Iosepho, partim ab alijs præstantissimis viris asscribatur, veræque historię, & certissimis monimentis, atque traditionibus egregiè consentiat. Porrò multi quidem scriptores Latini de Prima ætate, & Hethrurię Ianigenarum disciplina pulcherrima quædam memoriæ prodiderunt, quorũ libri etsi cum pluribus alijs doctissimorum hominum cõmentarijs, vnde perfectam multarum abstrusarum rerum cognitionẽ, si superessent, haberemus, interciderunt. Plinio tamen, Solino, Catoni, cæterîsque scriptoribus Romanis egregiè perspecti fuerunt. Quorum postremus Cato (quem grauissimum auctorem vocat Cicero, perfectam verissimamque Italiæ descriptionem reliquisse, testatur Iulius Solinus) aduersus Græcorum mendacia Italiæ originem, antiquitatem, auctoritatemque

Io. Lod. Vines de corrupt. disciplin.

Ioseph. li. 1. contra Appionem, Nauclerus generat. 19.

Cic. libr. 1. Tusc. quæstionum. Soli. polihist. cap. 8.

temque affirmaturus: Italiæ, inquit, splendidissima origo est, tum tempore, tum origine gẽtis: cœpit enim aureo seculo, sub principib⁹ Dijs, Iano, Camese, Saturno, gente Phœnica & saga, quæ post inundationem terrarum prima per orbem colonias misit. Saga quoniam sacerdos & Pontifex dicitur, pulchrè Noacho conuenit: is enim primus post diluuium, vt Moses narrat, Domino Deo gratias acturus sacrificauit, & filios suos sacrificiorum rationem docuit, coloniasque ducturus prius consecrauit, & benedixit, vt supra est demonstratum. Eundem Noachum ob agriculturam & inuentionem vini, quod Iain Hebræis vocatur, Ianum atque Saturnum appellârunt. Etsi quidam Iani nomen non tam Noacho, quàm Iapeto, Gomeróue conuenire arbitrantur, quem grata posteritas non externo & Hebræo nomine à vino vocârit, sed patrio & Latino ab eundo, proficiscendo, ducendoq; colonias Ianum appellarit, quãdo Noachum ob necessariæ ad humani generis cõseruationem agriculturæ, saluberrimique vini inuentionẽ, Saturnum nominarat. Sed vtraque ratione, & Catonis sententia, & propositum hoc meum apertè confirmatur. Præterea, sicut veteres scriptores Scythicam gentem omnium antiquissimam extitisse, primasque colonias duxisse asseuerant; ita Beatus Epiphanius vetus & grauis auctor, eam generationem, quę à diluuio vsque ad turris Babylonicæ confusionẽ sine vlla hæresi in vna religione permansit, Scy-

Gene. cap. 8.

Gene. cap. 9.

Lib. 1. contra hæreses.

Scytismum appellat. Disertissimus ille Christianorum Cicero, Lactantius, Firmianus, quę de aureo seculo sub Iano, & Saturno à veteribus referuntur, non pro fictione poetica, sed pro vero habenda affirmat, quando regnante iustitia, vnus verus Deus per Italiam colebatur, nondum falsorum deorum cultibus institutis. Quod enim idololatria & hęreses pacem & tranquillitatem publicam perturbent, virtutes & honestatem euertant, turpissimam barbariem, grauissimamque omnium rerum perturbationem secum afferant, sacris prophanisque literis, & certissima rerum magistra experientia docetur. Ipse etiam Lactantius apertè confirmat, quòd regnante vera religione, nec dissensiones, nec bella inter homines, nec inimicitiæ, aut odia extiterint: contrà verò hac sublata, boni & mali scientiam perdiderint, communitas vitæ interciderit, direptumque sit fœdus societatis humanæ, ac

Li.5.c.5.diuinarũ instit.

Tum belli rabies, & amor successit habendi.

Vtinam hoc nostri principes, dum plus satis labe factata Respublica extremam ruinam minatur, aliquando tandem perspicerẽt. Minimè igitur dubitandum est, quin Lactantius tanto tempore in veterum philosophorum & historicorum scriptis, Sybillinis versibus, & literis sacris ad miraculnm vsque versatus, exploratè cognitum habuerit, quomodo Noachus, eiusdemque filius Iapetus Italiam transgressus sit. Ad hæc, Diuus Hieronymus, quem propter incredibilem variarum rerum atque lingua-

Digitized by Google

linguarum peritiam, maximamque pietatem, & singularem in peruestigandis singularum rerum naturis diligentiam, velut terrestre quoddam sapientæ domicilium, admiror, hic inquam auctor est, quod Noachi ex Iapeto filio posteritas, vniuersam Europam repleuerit, nomina tam locis quã gentibus relinquẽs, quorum non pauca mutata sint, plurima quoque ad suam ætatem permanserint. Nam duodecim antiquissimarum vrbium Italiæ, quas duodecim Lucumones siue principes Coloniarum condiderunt, diu ante linguam latinam, auctore Annio, imposita fuẽre. Porrò illa regio, vbi habitasse creduntur, Vaticana à posteris fuit appellata, quasi Vagicana dicas, qnòd ibi Ianus velut in cunis natam, primumque vagientem Italiam acceperint. Eamque Deum, penes quem vocis humanę initia fuisse putabant, Vaticanum vocarunt; quoniam pueri statim vt nati atque in lucem ęditi sunt, eam primùm vocem sonent, quæ prima in Vaticano syllaba est. Hinc quoque Vmbriæ nomen permansit, ab imbribus desumptum, cuius coloni Vmbri dicebantur, quod ab his originẽ ducerẽt, qui ab imbribus diluuij seruati superuixerãt, eaque loca primi restituerant. Vndè Plinius: Vmbrorum gens antiquissima Italiæ existimatur, quos Vmbrios à græcis putant dictos, quod inundatione terrarum imbribus superfuissent. Idque à Iulio Solino, Iouiano Pontano, cæterisque recentioribus historicis confirmatur. Non desunt

Gell. li. 16. cap. 17.

Plin. libr. 3. cap. 4.
Solin. poli histor. cap. 8.
Pontan. l. 5. de Ferdinando. 1.

desunt tamen, qui nō à primis auctoribus hoc nomen istam regionem accepisse arbitrantur, sed à singulari priuilegio ei fuisse impositum: quasi reliquis vniuersi orbis terrarum partibus diluuio oppressis, hæc sola tunc fuerit libera, nec quicquam ab aqua detrimenti acceperit. Sed ea opinio, scripturæ sacræ, & omnium historicorum sententię repugnat, qui vno ore diluuium illud vniuersale fuisse probant. Etsi hoc mihi minimè absurdum videretur, si à Gomero Noachi ex Iapeto filio nepote Gomeri siue Combri, ac tandem Vmbri, Cimbrique, appellati dicerētur. Leander enim Albertus eam Italiæ partem à Gomero Comeram appellatam scribit: quodque is post diluuium ibi regnàrit, antiquissimum chronicorū librū qui vetustissimas Italiæ origenes cōtineat, testari ait: deque Noachi post diluuium in Italiam aduentu, & colonijs, minimè dubitat. Idem recentiores scriptores, Nauclerus, Annius, Lazius, Irenicus, Functius, Munsterus, Postellus, &c. probant. Doctissimus ille M. Podianus quia totam hanc rem ex antiquissimis Italiæ annalibus atque chronicis, vt ipse testatur, collegit, eius verba breuiter adscribenda putaui: Noa, quem antiquitas Ianum vocauit, post vniuersale diluuium in Italiam profectus est, & leuam Tyberis in gressus, colonijs duodecim, siue pagis, hoc situ, qui Vmbria vocatur, positis. Vicum deinde in his collibus ædificauit ex tugurijs vt illorum temporum ferebat ratio, nomine indito Turrenę

Gen. 6. & 7

In erudita sua descriptione Italiæ.

Augusta-

Augustalis, siue principalis. Statuitque vt ad certum nouæ lunæ diem huc ad se, tanquam caput & Regem, singularum coloniarum lucumones siue præsides accederent, &c. Mēstrua verò ista Comitia propterea Noachus mihi introduxisse videtur, vt progreſsionem coloniarum intelligeret: & controuersiæ, si quæ inter eos existerent, maturè sopirentur, ac si quid vir Dei ex Spiritu sancto de cōstituenda & gubernanda Republica, de Religione, deque nouis colonijs ducendis, mandare vellet, Lucumones perciperent. Vt hactenùs in Ecclesia Christi concilia & synodi celebrantur.

Idem in fragmentis Catonis docetur.

Noachus ergo humani generis instaurator & parens, quia rerum & diuinarum & humanarum peritiſsimus erat, ex influentia cœlestium corporum, naturaque syderum, atque adeò ex Spiritu sancto, maximum aliquando & diuturnum in Italia totius orbis terrarum imperium fore, verus Propheta cognoſcebat: iccircò instaurata Asia hanc Europæ nobiliſsimam prouinciam authore Spiritu sancto, coluit, ornauitq; Omninò enim verisimile est, quod Dominus Deus eā prouinciam singulariter curare, & honorare voluerit, quę visibili huic templo suo, vniuersoque orbi imperatura, & veram promiſsi filij sui Christi Iesu doctrinam per totum mundum propagatura erat, atque sapientiæ & religionis arcem retētura. Quapropter Plinius terrarum omnium & gentium parentem vocat Italiam numine deûm

Postellus scribit clarissimam [illegible] stellam Italiæ influere, quam Noach. optimè norit.

Lib.3.hist. natur.cap.5. deum electam; quæ cælum ipsum clarius faceret sparsa congregaret imperia,ritusq́;molliret,& humanitatem homini daret.Et Strabo ad reliquis prouincijs imperandum, natam esse Italiam scribit. Ac Leander omnes nationes religione & scientia illustrasse Italiam refert.

Li 6. Geograph.

Quod autem certa harum rerum historia posterioribus temporibus in tanta obscuritate atque obliuione iacuerit; tres potissimùm causæ pepererũt.Quarum prima est,quòd varijs atq; diuersis nominibus, ob præstitorum beneficiorum memoriam,multarumq́ue optimarum rerum inuentionem, atque doctrinam, Noachum & vxorem eius appellârunt. Secunda,quòd Græci in laudes suas effusissimum hominum genus,anctore Catone; in his obscurandis, & omnium rerum origines sibi vendicandis,nimiam licentiam vsurpârint,vt per eloquentię vires,fabulis veritatem obscurarent, & mendacia imperitioribus obtruderent. Tertia, quoniam variæ mutationes, & grauissimæ bellorum clades, tam homines, quàm libros,veritatisq́ue memoriam, aboleuerunt; Etsi tam necessaria res à Deo semper cõseruata & per doctissimos viros nuper summo studio, ad incomparabile literarum præsidium, atque necessarios Reipublicæ Christianæ vsus, restituta est; & per me nonnihil fortassis,ex vetutissimis monumentis,ac priscis auctorib⁹ illustrata. Porrò 12.Lucumones ad imitationem 12.signorum cælestium,Noachus

Digitized by Google

achus in Italiam introduxit. Sicut Israeli, siue Iacob Patriarchæ 12. filios non sine magno mysterio, Deus fuit elargitus, Et Moses vniuersam Iudęorum Rempublicam in 12. tribus diuisit. Et Christus ipse 12. Apostolos Ecclesię suę præfecit, quos aliquando super 12. sedes ait sessuros, iudicaturosque 12. tribus Israel. Totidem Noachus colonias duxit. Nec tamẽ vi aut armis, sed nouarum coloniarum missione hoc eorum imperium propagatum est. Nam multiplicato hominum numero, cùm eos angustię illorum locorum capere nequirent, tũ adolescentes vel missi à parentib. vel sua sponte, quãdo rerum penuria cogebat, ad quærendas nouas sedes huc atque illuc dispersi, omnes insulas, & orbem totum repleuerunt. Vnde Antiochus historicus aliorum hominum cõditores vocat Italos. Verùm Chamus in Africa & Aegypto falsam & impiam doctrinam prioris ante diluuium orbis, euomuit, ac paulatim in Italiam progressus, eam ibi quoque tradere incipiebat: tunc Noachus publicum Vetuloniæ Gymnasium erexisse creditur, vbi diuina & humana iura disciplina morum, artes mathematicæ, & sacrificiórum, cultusque diuini rationes traderentur. Vt vera religione & sapientia imbuti, contra hæreses Chami, & falsas malorum hominum superstitiones, quas aliquando exorituras esse præuidebat, satis muniti atque confirmati essent. Nec ipse solùm ea publicè ibi professus est, verumetiam ne aliquando perirent, certis quibusdam libris

Blondus & Postellus in Hetraria.

Lactan. li. 2. cap. 14.

Marrius Syracus. de situ Sicilia.

Lactant. l. 2. cap. 14.

Noach. in Italia Academiã erexit.

Oratione de Aruspicum respon. libris comprehendit, vt rectè M. Cicero dixerit: Mitto illam veterem ab ipsis dijs immortalibus, vt fama est, Ethruriæ datam disciplinam. Aruspicinorum quoque & ritualium Etruscorum librorum meminit. Idem fortasse indicare voluit Lactantius, quando scribit, quòd Dominus Deus, cùm numerus hominum increscere cœpisset, ne fraudibus diaboli corrumperentur, angelos miserit ad tutelam cultumque generis humani. Nam quòd statim ab initio angeli hominibus custodes à Deo attributi fuerint, tantum virum perspexisse credo. *Li. 1. de diuinat.* *Li. 2. ca. 15.*

Vetulonium hoc in Italia primum bonarum artium Gymnasium fuit, vnde ductis paulatim ex Ethruria colonijs, & multiplicato Sagarum Vmbrorumque genere, cum religione, ipsas quoque artes, vt Noachus ante diluuium à suis maioribus, & ipsi post diluuium à Noacho patre didicerant, in sua quisque loca perduxit. Vt rectè apud Myrsilum ipsi Romani fateatur, Hethruscos esse omnium Italiæ populorum antiquissimos, & aureo seculo natos, à quibus ipsi aras, ritus, diuinationes, & disciplinas acceperint. Hinc enim totam Italiam à Noachi posteris Physicæ. Astronomiæ, cæterarumque artium doctrina, Theologia, & religione fuisse repletam, varijs argumentis Annius comprobauit. Totamque Italiā ab Hethruscis siue Thyrrenis, Thyrreniam olim fuisse appellatam, scribit Iouianus Pontanus. His enim in artibus Etrurij post mortem *De bello Pelasgico cap. 17.* *Libr. 6. de Ferdi. I. rege Neapo.*

mortem Noachi sic elaborârunt, vt vniuersus mundus eorum sapiẽtiam admiraretur: Ideoque à Græcis φιλοθέχναι, auctore Rhodogino, vocabantur. Alij quoque populi eos, crebrò, difficilioribus in rebus consulebant, vt apud Plinium cæterosque scriptores videre est. Ac Senatus populusque Romanus eos in vrbem euocabat, si propter prodigiorum & portentorum apparitionem, grauiora Reipublicæ tempora imminerent: Maiores nostri, inquit Cicero, portentorum explanationes Hetruscorum disciplina contineri putauerũt. Et quibusdam interiectis: Si examen apum ludis in scenam venisset; Aruspices acciendos ex Hetruria putaremus. Li. 6. lecti. antiquar. De Aruspi cum respon.

Refert Gellius, quod propter statuam Horatij Coclitis de cælo tactam Aruspices fuerint ex Hetruria acciti, qui cum inimico & hostili in Populum Romanum (omnia subiugare volentis) animo essent, infideliter & malè responderint: deque perfidia confessi, pœnas dederint. Quando versus hic scitè factus, cantatusque esse pueris, vrbe tota fertur: Lib. 4. noctiũ Attic. cap. 5. Blondus li. 8. Ro. triũphãtis. Volater. li. 5. Geographi.

Malum consilium consultori pessimum est.

Quanquam enim Romani filios in Hetruriam propter bonarum artium studia mittebant, vt olim in Græciam miserunt: grauioribus tamen in rebus, pauca sine Hetruscorum cõsilio suscipere audebãt: quippè qui in prognosticationibus, & interpretationibus fulgurum atque portentorum præstantissimi & habebantur, & erant. Proptereaq; lege cautũm

Cic. l. 2. de legibus. erat apud Romanos: prodigia & portenta ad Euthruscos & Aruspices, si senatus iusserit, deferunto. Ac senatus, quã diu florebat imperium, decreuit, vt de principum filijs sex singulis Ethruriæ populis in disciplinã traderentur, ne ars tanta ob tenuitatem hominũ, à religionis auctoritate abduceretur ad mercedẽ & quæstũ. Quocirca Ethrurij in vetustissimis annalibus suis contineri aiũt, maiores suos nõ modò optimarum rerum scientiam in Italiã importasse, verumetiam nomina cæteris populis indidisse. Ille enim ab ipso Noacho quasi per manus eas recepisse leguntur: Græcorũque philosophiæ & fabulis (nam & hæ in Italiam paulatim peruenerunt) longè præponebant. Vt eorũ exemplo Romanis quoq; persuadere conaretur Cato, Græcorum literis vt abstinerẽt. Propterea quòd Græci per incredibilem arrogantiam omnium gentium historias peruertere, & antiquissimam doctrinam abolere conabantur, quo faciliùs se omnium hominum parentes & primos literarum atq; artium inuentores extitisse, persuaderẽt. Eaque de causa Romanis, qui nimiũ eorum Philosophia delectari videbantur, peculiarem librum scripsisse putatur de Originibus rerum. Quo etiam pertinet illud Poetæ:

Cic. l. 1. de diuinat.

Quod Romani ab Hetrurijs cæremonias olim quæ multa acceperint, r. f. ri Volaterranus.

Plin. l. 29 cap. 1.

Iuuenal. satyr. 6.

Omnia Græcè
Cùm sit turpe magis nostris nescire latinè.

Pro Archia & li. 2. ad pos.

Cato tamen Vticensis vnum ex tribunatu militum philosophum, alterum ex Cypria

pria legatione Romam aduexit: professus se eo facto plurimum senatui populoque Romano contulisse, quamuis proauus eius sæpissimè sensuisset, Græcos vrbe pellendos, inquit Iulius Solinus Polihist. cap. septimo. Iccirco M. Tullius Italiam plenam fuisse Græcarum artium & disciplinarum scribit. Ipse tamen, cęterique prudentiores Romani veterem Latinorum doctrinam, quę & verior & antiquior erat, Græcorum philosophiæ, fabulis poetarum corruptæ, meritò præposuerunt. Meum, inquit Cicero, iudicium semper fuit, omnia nostros aut inuenisse per se sapiētiùs quàm gręcos, aut accepta ab illis fecisse meliora, quę quidem digna statuissent, in quibus elaborarent. Nam mores & instituta vitæ, resque domesticas ac familiares nos profectò & meliùs tuemur & lautiùs, rem verò publicam nostri maiores certè melioribus temperauerunt & institutis & legibus. Iam quæ tanta grauitas, quæ tanta constantia, magnitudo animi, probitas, fides, quæ tam excellens in omni genere virtus in vllis fuit, vt sit cum maioribus nostris comparanda? Quid per Deum immortalem verius, quid pulchrius, quid denique ad eam causam, de qua nunc agitur accōmodatius, à viro Philosopho, & Rom. antiquitatis peritissimo, dici potuisset? Quid enim hoc aliud est dicere, quàm Ianigenas Italiæ, atque adeò totius humani generis post diluuiū primos instauratores, reliquis gentibus & literas, & leges, & disciplinam morum, atque Rei-

Li. 1. Tusc. quæstion.

Digitized by Google

publ.gubernandæ rationem,quæ græcis vocatur,denique religionem,& virtutes cómunicasse? Rursus ab alijs humana industria reperta,aut repudiasse,aut fecisse meliora:hoc est,ad maiorum suorum doctrinam sic correxisse,vt reformata & quasi castrata appareret. Hac verò in re tantum se laborasse scribit Ci-

Lib. 1. de finib. bono. & malor. cero, vt omnes præclaræ & graues sententiæ Latinis literis haberentur,& lingua Latina iam non inops, sed multò locupletior per ipsum esset,quàm græca: &ne verborum quidem copia græcis latini cederent. Magnificum, Romanisque hominibus gloriosum esse existimans,si græcis de philosophia libris nó egerét.

Li.1.de diuinat. Quare Plin.de ipsius laudibus loquens: Salue, inquit, primus omniũ parés patriæ appellate,

Li.7.hist. cap.30. primus in tota triumphum, linguæq; lauream merite,& facundiæ latinarum literarũ parens: atque vt dictator Cæsar hostis quondam tuus de te scripsit omniũ triumphorum lauream adeptę maiorem, quantò plus est ingenij Romani terminos in tantum promouisse, quàm imperij. Nam is Latinorum doctrinas à se illustratas quantum Gręcis prætulerit,lib.1.de diuinatione ingenuè fatetur:Sed quid ego,inquit græcorum? nescio quomodo magis me nostra delectant. Et libro primo de oratore: Hominum nostrorum prudentiam cæteris hominibus,& maximè græcis antepono. Porrò reliquis argumentis, vestigijs,& coniecturis,quibus Noachi nostri in Italiam aduentus, schola,& professio, à vetustissimis & grauissimis

Digitized by Google

ſimis ſcriptoribus cõprobatur, accedit, quod Pythagoras, Samius (qui græcorum philoſophiam primus in Italiã intuliſſe legitur, proptereaque eius ſectatores Italici vocantur) ex Ægypto & Perſia reuerſus, atque interiori omnium ferè gentium literatura, ad miraculum vſque imbutus, in Italiam tamen proficiſci voluerit: antiquiſsima veriſsimaq; Ianigenarum, vti ex multis argumentis apparet, doctrina permotus. Quæ cùm ipſi præ cæteris omnibns probaretur (veritas enim ſeipſam facilè commendat, ſi hominem, ſuę familiaritate dignetur) hic permanere, & diſcere quæ ignorabat, & quæ ipſe alibi cognouerat iteeum docere, ſtudiaq; ſua cum ijs cõmunicare auebat. Id quod vel aureæ eius ſentẽtiæ declarant: quæ profectò magna ex parte ſic affectæ ſunt, vt à Noacho, vel ſacrarum legum auctore Moſe aut ſapientiſsimo illo Salomone, prolatæ magis, quàm ſapientiſsimi alioqui hominis ingenio excogitatæ videantur, vt enim tantarum rerum perfectam ſciẽtiam hominis, præſertim impij animus aſſequatur per ſeſe, fieri id quidem non poteſt. Quare Ioſephus lib. 1. contra Appionem: Pythagoras inquit Samius, cùm ſit antiquus quidem ætate, ſapientia verò diuina pietate philoſophos omnes excellens, non ſolùm quæ noſtra ſunt agnouiſſe manifeſtum eſt, ſed etiam imitatus ea ex multis apparet: dicitur enim quia verè ille vir, multas Iudæorum leges in ſuam tranſtulerit philoſophiam. Vnde & veteres eum

Laert. in vita.
Val lib. 8.

propter tantam doctrinæ & morum conſ ná-
tiam, ex Iudæis ortum arbitrabantur. D uus
enim Ambroſius in epiſtola quadam ad Ire-
næum: Pythagoricum ait mandatum ii ali-
quorũ ſcriptis prædicari inuenimus, qu(ille
diſcipulos ſuos communem atque vſita :am
populo prohibuerit, ingredi viam. Sed hoc
vnde aſſumpſerit non eſt incognitum, ıam
cùm ex populo Iudæorum, vt plerique a rbi-
trantur, genus duxerit, ex eius diſciplina deri-
uauit etiam magiſterij præcepta: merito que
magnus apud philoſophos habitus, æqua-
lem, vt aiũt, vix reperit. Legerat itaque in Ex-
odo, Moſi diuino præceptum eſſe oraculo:
Solue calciamenta pedum tuorum. Rurſus
ſermone ſecundo in Pſalmum centeſimum
decimum octauum: Laudãdus certè in eo eſt,
quod priùs vult loquenda cognoſcere, quam
proferre quæ ſentiat antequã loqui diſcat, ti-
mens ne multiloquio peccatum cõtrahat. Vn-
dè puto & Pythagoram illum philoſophum
imitatorẽ iuuenis, huius Prophetici inſtituiſ-
ſe ſectã, vt diſcipuli ſui quinquennio non lo-
quẽtes tanto ſilentio loqui diſcerẽt. Cùm præ-
ſertim & Dauid ſuperioris ætatis quã Pytha-
goram fuiſſe non dubium ſit, qui ait: cuſtodiá
vias meas, vt non delinquam in lingua mea,
poſui ori meo cuſtodiam, &c. Euſebius etiam
Cæſarienſis celeberrimus ſcriptor, & hiſtori-
cus græcus, in ſermone ad conuentum ſancto-
rum: Pythagoras, ait, Moſis ſapientiam ſequu-
tus, tantopere propter temperantiam celebris
eſt

Lib. 1. epiſtola 6.

est factus, vt tẽperatissimo quoq; Platoni cõtinentiã suam tãquam exemplar constituerit. Varia quidem hac de re apud beatum Augustinum, Diuum Hieronymum, Clementẽ Alexandrinum, reliquosq́ue scriptores disserũtur, quę in re tam perspicua, & lõgum, & superuacuum esset recensere. Ad hęc, Numa religiosus ille & pius Romanorum Rex, Pythagoreus fuisse, veteris historiæ scriptoribus affirmatur. Nõ quod cũ Pythagora, qui Tarquinio superbo Romę regnãte in Italiã venisse legitur commercium studiorum habere potuerit, sed cùm eius saluberrimę doctrinę, quã à Ianigenis Etrurijs, siue Hebręis hauserat, aliũ inuentorem reperire, & tam procul retrò respicere nequirent, Pythagorę viro doctissimo ascripserunt. Id quod Cicero li 4 Tuscul. quæstoinum his verbis testatur: Quin etiam arbitror propter Pythagoreorum admirationẽ Numã quoq; Regẽ Pythagoreũ à posteris existimatum. Nam cum Pythagoræ disciplinam & instituta cognoscerẽt, regisq́; eius æquitatem & sapientiam à maioribus accepissent, ætates autem & tempora ignorarẽt, propter vetustatẽ, eum qui sapiẽtia excelleret, Pythagoræ auditorẽ fuisse crediderunt. Vel saltem vt maiorẽ Numę legibus auctoritatẽ cõpararẽt. Nam tãta Pythagoræ auctoritas erat, vt quisquis doctrinã suam imperitioribus cõmendare conaretur, Pythagoricum se esse affirmaret. Vnde Cicero in Vatinium: Volo mihi respondeas, qui te Pytagoricũ soles dicere, & hominis do-

Quare Numa cum antè Pythagoram vixerit, Pythagoreus appellatur.

Cic 1. Tusc. & 4.

Gell. l 17. cap. 21.

ctissimi nomen tuis immanibus & barbaris moribus prętendere. Libro autem primo Tusculanarum quæstionum sic Pythagoreorum nomen in Italia viguisse ait, vt nulli præterea docti viderentur. Quocirca clarissimi aliarũ gentium Philosophi earum doctrinarum gratia in Italiam proficiscebantur, vt de Platone refert Valerius, Quem Cicero non modò in Italiã venisse scribit, verùm Pythagorea omnia didicisse & de animorum immortalitate Pythagoræ sententiam probasse & confirmasse affirmat. Primus enim Græcorum immortalitatem animorum asseruisse dicitur Pythagoras, etsi de corpore in corpus transire (verã Ianigenarum, vnde procul dubio id didicit, sententiam non rectè assecutus) putabat. Pythagoras primam Ianigenarũ doctrinam argumentis confirmauit, cùm hactenus simpliciter doceretur. Diuus noster Hieronymus contra Ruffinum: Plato, inquit, sentiens multum suæ doctrinæ deesse, venit ad magnam Græciam, ibiq; ab Archita Tarentino & Timæo Locrensi Pythagorę doctrina eruditus, elegentiam & leporem Socratis cum huius miscuit disciplinis, quæ omnia nomine commutato Origenes in suos libros περὶ ἀρχῶν trãstulisse conuincitur. In quo ergò erraui, si Adolescens dixi me ea putasse in Apostolis, quæ in Pythagora & Platone legeram? Vndè apertè colligitur, quòd Pythagoras veram Ianigenarum doctrinam didicerit in Italia. Idcircò eum veteres ipsi quo que Socrati prætulerunt, quem

Lib. 8. c. 8. Fab. l. 1. c. vltimo. Prima Tusc. cul. & lib. 5. defin.

Rhodogi. nus lib. 19. cap. 7.

Plin. l. 34. cap. 6.

quem omnium hominum sapientissimum ipse Apollo iudicârat. Multique non filios modò, sed vxores quoque, Pythagoræ, diuiniori philosopho, erudiendas cælesti doctrina tradebant, quæ Pythagoricę dictæ fuerunt, quòd Pythagoram in Italia cum Dijs versatum crederent. Ipse enim Pythagoras in consilio Deorum se aliquando fuisse aiebat. Etsi posterioribus temporibus tam Ianigenarum, quàm Pythagoreorū disciplina non tantùm corrupta est, verùm etiam intermissa & neglecta, cùm diu in Italia Siciliaque floruisset, vt indicat M. Cicero in libro de Vniuersitate, & libro primo Tusculanarum quæstionum. Verùm quæ Pythagoræ doctrina, qui mores, & quæ ratio institutionis fuerit, etsi apud Ciceronem, Laertium, Gellium, Strabonem, cęterosque scriptores copiosè & grauiter memoriæ proditū est, vt ea repetere superuacaneum esse videatur, præcipuas tamen & verè aureas sententias, quas D. Hieronymus χρυσα παραγγέλματα appellat, breuiter asscribendas putaui. Nam & suprà earum mentio facta est, & huic loco egregiè conueniunt, vtilemque hoc tempore doctrinam continent.

Laertius

Alexander Sardus libr. 5. cap. 15.

Etsi Iosephus contra Appionem scribens ait, ipsius Pythagoræ nulla scripta extare.

Li. 1. contra Appionem.

Digitized by Google

AVREAE SENTENTIAE PYTHAGO-
ræ, quæ ſparſim apud auctores leguntur.

IMmortales Deos, vt leges iubẽt, honora. Cùm veneris in templũ adora, nec aliquid aliud interim quod ad victum pertineat, aut dicas aut facias. Nudus autẽ pedibus ſacrifica & adora. Iuſiurandum cole. Beatos Heroes terreſtreſq; dæmones venerare. Quæ lege inſtituta ſunt ſerua. Honora parentes & propinquos, ex alijs autem hominibus illum tibi amicum fac, qui ſit virtute præſtantior. Ne amicum exigui erroris cauſa aduerſum tibi reddas, feras quoad poſsis, poteſtas autem iuxta neceſsitatem habitat. Abſtine primo à ventre, deinde ſumno, luxuriaque & ira. Nihil turpe committas neq; coram te, neque tecum. Maximè omnium vereretepiſum. Iuſtitiam exerce verbo & opere, & conſueſce nihil ſine ratione facere. Pecuniam in tempore cumulare, & rurſus cùm res poſtulat erogare diſcito. Quæ aduerſa contingunt, ſine perturbatione feras. Multi varijque ſermones partim boni, partim mali circumferuntur, quibus ne mouearis: Nemo te aut agendo aut dicendo ad id inducat, quod tibi non ſit melius. Quæ ignoraueris ne facias, ſed quantum neceſſe eſt diſce. Sanitatem corporis ne neglexeris, ſed menſuram cibo, potui & exercitationibus adhibe, puroque & ſine delicijs cibo aſſueſce. Illa quæ inuidiam concitant deuita, & fortunæ bona ne præter opor-

Digitized by Google

oportunitatem effundas, neque sis illiberalis, mediocritas verò in omnibus rebus semper optima est. Scito mortẽ omnibus fato esse institutã. Exi ad opus cum Dijs voueris, & antè opus diligenter cõsidera ne quid temerè agas, miseri quippe hominis est, aliquid dicere vel agere temerè. Ne facias ea quæ poßint aliquãdo te afficere pœnitentia. Recto iudicio considera singula: & optimam deinde sententiam tibi velut aurigam præpone. Ne te prius molli somno tradideris, quam diurna opera ter mente reuolueris, quid egi, qua transiui, quid rerum agendarum prætermisi, & si turpe quid egisse te deprehenderis, te ipsum crucia: sin bona, tibi gratulare. His obseruatis, discipulos suos cognituros pollicebatur Deorũ immortalium, mortaliumq; hominum conditionẽ. Pietatem verò & religionem tum maximè in animis versari dicebat, cùm rebus diuinis homines operam darent,

Pythagora quædam symbola.

QVoniam secretiora Philosophiæ mysteria nequaquàm in vulgus proferenda arbitrabatur: idcirco symbolis quibusdam, vt eruditiores, & sano iudicio viri, ea cum fructu & citra periculum aliquod perciperent, tegere solebat. Quæ etsi prima, quod aiunt fronte, superstitiosa videntur & redicula: tamen si quis rectè introspiciat, & alegoriam eruat, intelliget non parum veræ sapientiæ Hebrææ in illis contineri, nihilque aliud

aliud eſſe, quàm rectè viuendi præcepta. Qualia ſunt hæc: Populares vias fuge, & per diuerticula vade. Ab eo quod nigram caudam habet, abſtine, terreſtrium enim deorum eſt. Flantibus ventis Echon adora. Ignem gladio ne fodito: Cor ne vores. Arctum annulum ne geſtato. Viro qui pondus eleuat auxiliare, nō tamen cum eo deponas qui deponit. De rebus diuinis, abſque lumine loquaris. De dijs rebuſque diuinis, nil tam mirabile dicitur, quod nō debeas credere. In calceos dextrum præmitte pedem, in lauacrum verò ſiniſtrum. Animalia recuruis vnguibus ne nutrias. In via ne ſcindito. Dei figuram ne inſculpas annulo. Iuxta ſacrificium ne inſcindas vngues, vbi verò incideris peſſunda. Fabis abſtine. Hirundinem domi ne recipias. Cibum in patellam ne immittas. Panem ne frangito, at ſal apponito. Ne ſacrificato ſine farina. Ne libaueris Dijs ex vitibus non amputatis, adoraturus verò ſedeas. Dijs ſuperis impari, inferis autem pari numero ſacrificandum eſt. Fugare quidem omni ſtudio decet, ferro & igni morbum à corpore, à victu luxum, & ignorantiā ab animo, domo diſcordiā, ſeditionā à ciuitatibus, ab omnibus deniq; intemperantiam. Alij poſt Hermippū volunt, quod Pythagoras per impoſturam Diuinitatis opinionem collegerit. Subterraneam quippe domum fecerat, matrique mandauit, vt quicquid interim accideret diligenter conſcriberet: Anno latuit in iſta domo Pythago ras, ex qua tunc ſqualidus macieq; confectus

Diog. in vita Tholoſ. l. 17. cap. 7. de repub.

Digitized by Google

fectus ascendit, aduocataque concione, ab inferis se redire dixit, & quæ isto anno acciderāt recitauit, vt aliquid in se diuini latere patefaceret.

Postremò, clariss. ille iurisconsultus Saba rellus, Clementina 1. de magistris, semper iam inde ab initio literarum studia in Italia extitisse affirmat: etsi ab eo tempore quo Romani imperauerunt maximè floruerint. Grauissimi prætereà viri affirmant, quòd de veteri vtilissima iucundissimaq; doctrina, quæ olim ante Pythagoræ & Platonis aduentū in Italia fuit intelligēda sint, quæ de Sireneo cātu, quo & attrahebantur ex remotissimis locis homines, & præter nauigātes detinebātur, veteres Poetæ fabulati fuerunt. Arbitrantur quoque à Parthenope Syrenea virgine denominatam Parthenopem vrbem, quòd eo loco ipsa sepulta fuerit. Etsi illa ciuitas postquàm & ædificijs, & opulentia, frequentiaque hominum excreuerat, Neapolis appellata sit. Ordines Burgundię in ea oratione qua Carolo ix. Gallorum regi persuadere conantur, sine grauissima totius regni perturbatione fieri non posse, vt libertate cōcessa hęreticis, catholica religio deseratur, apertum huic rei ferunt testimonium, dùm sic loquūtur: Conuentus triū ordinum Burgundiæ, & Fisci tui procurator Rex Christianissime rogant, vt in bonam partem accipias zelum quem habent ad vnam suam conseruandam legem, & tuam, qui es vnus Rex eorum: congruenter Dei præcepto, cuius

Iouianus Pontanus.

Quanquam ergò hac doctrina abundabat Italia, eaque tandem in ipsam vrbem Romam permanârat, tamen cæterorum græcorum philosophia, præsertim Romani, etiam delectabantur, eiusdemque percipiendæ gratia, cùm à vera Noachi sapientia longiùs aberrare cœpissent, in ipsam Græciam proficiscebantur, & maximis sumptibus pueros suos mittebant. Vnde Plinius in epistola quadam ad Tacitum: Vehementer vestra, qui patres estis interest, liberos vestros hîc potissimum discere. *Vbi enim aut iucundiùs morantur quàm in patria, & sub oculis suorum parentum? aut minori sumptu educantur quàm domi? aut natale solum ab infantia amare & frequentare consuescunt?* Et propterea Blondus hoc paulatim abrogatum esse probat. Nã Græcorum mores tunc prorsus eneruati & perditi erant, ipsaque studia propter frequentes bellorum clades ferè interierant: Roma verò & artibus, & imperio, & doctissimis hominibus abundabat, vt illis artibus quæ nunc domi tradebantur, optimorum iuuenum mores & præstantissima ingenia, leuiter periclitari non esset necesse. Præsertim cùm meliores pauci, corruptiores autem plurimi in patriam redirent. Latinus verò Rex & linguam Italorum & literas, auctore Eutropio, correxit: vnde etiam nomen retinuerunt, vt Latini dicerentur. Quoniam ergò & Hebræorum, doctrina, & Græcorum philosophia, omnes denique libera-

Lib 8. Romæ triũph.

liberales artes, & humaniora ſtudia cum imperio in Italiam peruenerant: eaque propter cæli temperiem, vt Iulius Solinus auctor eſt, & locorum ſalubritatem; aprica collium, opaca nemorum, innoxios ſaltus, vitium, olearumque prouentus, tot amœnos lacus, & aſsiduam nouarum vrbium gratiam, atque clarũ decus veterũ oppidorũ, cõmodiſsima lectiſsimaq; Muſarum ſedes eſſe videretur: plurimas florentiſsimas bonarum artium ſcholas, atq; vniuerſitates accepit, Maximorum pontificũ, inuictiſsimorum Imperatorum, & clariſsimorum principum, atq; Rerumpublicarum pietate & munificentia extructas, fundataſq;, vt optimorum ſtudiorum mater & parens, communiſque omnium literatorum hominum patria, altrix, & euectrix, meritò appellari videatur, ipſo ſitu bonarum artium præſtantia, ingeniorum claritatibus, & breuiter quibus vita carere non poteſt, auctore Plinio, pulcherrima, ditiſsimaque. Quarum Academiarum præcipuas hoc loco, quantum ex doctiſsimorum virorum ſcriptis colligere potui, deſcribam, eruditionibus Italis perfectius aliquid, & fortaſsis etiam verius, eo quod propius ea intuentur, ſcribendi occaſionem præbiturus. Quod & ipſorum gloria atque eruditione dignum erit, ſi bonis literis patrocinari, & patriæ ſplendorem in omnem terram diffundere voluerint, & omnibus bonis gratiſsimum futurum.

Lib. 3. ca. 6.

Roma-

Romana Academia.

QVia Romani bonas literas vtroque & pacis & bellorum tempore in primis necessarias esse, atque potentissimos reges illarum præsidio fœliciter rempublicam gubernare, grauissimaque sæpè bella dexterrimè conficere, & propter earum studia Etrurios mirabiliter florere, ac per totum mundum prædicari videbant: ipsi quoque cum vniuersi terrarum orbis imperium animo concepissent, earum curam suscipere voluerunt. Quamquam enim longo tempore politiori literatura caruerunt Romani: attamen quantum rerum cognitioni tribuerint, veterum scriptorum monumenta declarant: atque vel ex eo intelligi facilè potest, quod illam ex Ethruria disciplinam, quæ improborum hominum audacia iam deprauata, & græcorum superstitionibus corrupta erat, atque in augurijs solùm & monstris interpretandis, extisque inspiciendis posita, summo in honore habebant. Cũque Pythagoræ doctrina per Italiam floreret, eam quoque præ cæteris omnibus rebus in vrbem, auctore Cicerone, auidissimè inferebãt. *Li.4.Tusc. cul. quæst.* Postquam ergo Philosophia Deo auctore Romam immigrauit, non nobilitas solùm eius cupiditate exarsit, verumetiã multitudo magnoperè admirata est. Eamque præstantissima natura, & maximo ingenio viri, à paruis initijs ad summam amplitudinem perduxerunt. Quod Africani illius, qui Carthaginem Numantiamque deleuit, Lelij item qui Sapiẽs

Digitized by Google

cognominabatur, Sceuolę, Bruti & Ciceronis eloquentiæ parétes, vt alios innumeros omittam, exempla testantur. Qui gloriam imperij Romani doctrinæ præstantissimis muneribus supra modum illustrauerũt. Populus verò cùm eius vtilissimi studij, ipsarumque artium fructũ perspicere inciperet, paucos vel Reipublicę, vel militiæ præfecisse legitur, qui non essent earum doctrina perpoliti. Neque ipsi tantùm in vrbe ciues amplissima laudis ornamenta, quod Philosophiæ excellétes essent, plebis consensu consequebantur: sed externi quoque eruditionis commendatione in ciuitatem asscribebãtur. Florente enim Republica, inquit Blódus, literis omnibus honor maximus fuit: nihil v; in ea vrbe maius, nihil optabilius literis & doctrina extitit. Quod Ciceroné permouisse credo, quãdo vt nihil in vniuersa rerum natura mundo, sic in terris nihil Roma melius, nihil præstantius esse affirmat. Arcem deniq; Regum & Nationum exterarũ, lumé gentium, domiciliumq; imperij vocat. Quę, auctore Plinio, plures in quocunq; genere eximios tulit, quàm cęterę terrę. Nec aliundè plura maioraque virtutum & doctrinæ exempla extitisse ait Fabius.

L.3. de natura deor.

Prop. Syl.

Li.7.c.30.

Li.12.c.2.

De Theologia Romanorum.

ETsi diuinarum humanarumque rerũ sciẽtiam, veram religionem, & syncerum vnius Dei viui cultum, Noachum siue Ianum in Italiã intulisse, & filios suos his tam viua voce, quàm scriptis libris aduersus omnẽ erro-

rem

rem ſatis inſtruxiſſe, ſuprà eſt demonſtratum: paulatim tamē eius poſteri, ſuaſore diabolo, à paterna pietate, religione, & moribus longiſſimè aberrauerunt. Vt nimirùm pro vero Deo, quem pater Noachus docuerat, externa quædam idola venerarentur, & propter falſam perſuaſionem colerent, qualemcunque tamen veræ Theologiæ vmbram retinentes. Solet enim veritatis hoſtis diabolus virtutem ipſam non ſtatim prorſus extirpare, ſed vitijs & ſceleribus quibuſdam ſic obruere, atque turpitudini honeſtatis formam induere, vt ſimilima veris falſa euadant: eoquè faciliùs in animos hominum, quibus alioqui ſemina quædam inſunt veritatis, & cognitionis Dei à natura, influant. Cumque ea magis homines imperitos fallant vitia, quæ virtutem videntur imitari: hinc factum eſt, vt ſemel conceptæ ſuperſtitioni non crederent ſolùm, ſed ita quoque pertinaciter inhærerent, vt à prudentioribus ſeſe ab ea reuocari non paterentur. Cùm ergò paternæ pietatis obliti, hoſti ſuo diabolio ſeſe gubernandos tradidiſſent, is verum cultum, ſoli Deo debitum, in ſe transferre conatus eſt. Et quod Domino Deo gratiſsimum, hominibusque ſalutare, atque neceſſarium eſſe videbat, id in totum abolere, vel ſaltem profanare, & in grauiſsimam abuſionem peruertere ſtudebat. *Lact. li. 2. cap. 17.* Maligni enim ſpiritus teſte Firmiano, Lactantio, quia diuinitatem fruſtrà affectatam aliter conſequi non poterant, falsò ab hominibus

Digitized by Google

Dij haberi,& coli desiderabant. Iccircò varijs fraudibus vsi, asciscebant sibi nomina potentissimorum regum, sub quorum titulis honores sibi diuinos vendicarent. Et erroribus in hominum animos immissis,à veri Dei notione auerterent. Hac enim fraude diabolum iã inde ab initio tam idolorum cultores, quàm hæreticos miserè decepisse, Tertullianus vetus & grauis scriptor,in libro de præscriptionibus hęreticorum pulcherrimè demonstrat: Diabolus inquit, cuius sunt partes inuertendi veritatem,ipsas quoque res diuinorum sacramentorum in idolorum mysterijs emulatur. Tingit & ipse quosdam vtique credentes & fideles suos,expiationem de lauacro repromittit,etsi adhuc meminit mythræ, signat illic in fronte milites suos, celebrat & panis oblationem, & imaginem resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronam. Quid quod & summum Pontificem in vnius nuptijs statuit? Habet quoque virgines,& continentes. Cæterum si Numæ Pompilij superstitiones euoluamus, si sacerdotalia officia & priuilegia, si sacrificantium ministeria,instrumenta,& vasa sacrificiorum, ac piaculorum & votorum curiositatem, cõsideremus, nonne manifestè diabolus morositatem illam Iudææ imitatus est? Qui ergò ipsas res,de quibus sacramenta Christi administrantur, tam æmulanter affectauit exprimere in negotijs idolatriæ, vtique & idem,& eodem ingenio gestijt,& potuit instrumenta quoque diuinarum rerum, & sanctorum

ctorum Christianorum sensum de sensibus, verba de verbis, parabolas de parabolis prophanæ & æmulæ fidei attentare. Et deò neq; à diabolo immissa esse spiritalia nequitiæ, ex quibus etiã hæreses veniũt, dubitare quis debeat: neq; ab idololatria distare hæreses, cùm & auctoris eiusdem & operis sint, cuius & idololatria, &c. Huc pertinet illud Sapientis capite 14. Benedictum est lignum, per quod fit iustitia. Per manus autem quod fit Idolum maledictum est, & ipsum, & qui fecit illud, quia ille quidem operatus est, illud autem cum esset fragile, Deus cognominatus est. Similiter autem odio suntDeo, impius & impietas eius. Etenim quod factum est, cum illo qui fecit, tormenta patietur, propter hoc & in Idolis nationum non erit respectus, quoniam creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animæ hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. Initium enim fornicationis est exquisitio Idolorum, & ad inuentio illorum corruptio vitæ est. Neque enim erant ab initio, neq; erunt in perpetuum. Superuacuitas enim hominum, hęc adinuenit in orbẽ terrarum, & ideo breuis illorum finis est inuentus. Acerbo enim luctu dolens pater, rapti cito sibi filij, fecit imaginem, & illum qui tũc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colore cœpit, & constituit inter seruos suos sacra, & sacrificia. Deinde interueniente tempore, conualescente antiqua consuetudine, hic error tanquam lex custoditus est, & ty-

Digitized by Google

rannorum imperio colebantut figmenta. Et hos quos in palam homines honorare nó poterant, propter hoc quod longe essent, è longinqua figura eorum allata, euidentem imaginem Regis quem honorare volebant, fecerunt, vt illum qui abierat tanquam præsentẽ colerent sua sollicitudine.

Prouexit autem ad horum culturam, & hos qui ignorabant, artificis eximia diligentia. Ille enim, volens plus placere illi qui se assumpsit, elaborauit arte sua, vt similitudinẽ in melius figuraret. Multitudo autem hominũ abducta per speciem operis, eum qui ante tempus tanquam homo honoratus fuerat, nunc Deum æstimauerunt. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio: quoniam aut effectui, aut Regibus deseruientes homines, in communicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt. Et nó suffecerat errasse eos circa Dei sapientiam: sed & in magno viuentes inscitiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant.

Hac ergo fraude diabolus contra eos vsus est. Vtinam ipsi talem in vera religione constantiam re magis quam verbis obseruassent, qualem Cotta Pontifex & philosophus apud Ciceronem se in paganismo obseruaturũ ait, lib. 3, de natura Deorum: Ego sacra, cæremonias, & religionem, quam à Maioribus accepi, defendam, semperque defendi, nec ex ea vllius vnquam oratio aut docti aut indocti mouebit.

Et idem Cicero 6. Verrina de Siculis: Deos patrios,

Digitized by Google

patrios, quos à Maioribus acceperunt, colendos sibi diligenter & retinendos arbitrantur. Primo igitur inuestigabo præcipuorũ, & quæ vtilem doctrinam continent sacrorum, quoad eius fieri poterit rationem: deinde quomodo cum Iudæorum religione & legibus consentiant: postremo, quemadmodum sublato errore, ad veram nostram Christianam religionem affecta sint, breuiter aperiam. Præsertim cùm veteres ante legem Patriarchæ eandem fidem, eandemq; propemodum religionem habuerint, quam abrogata lege Christiani obseruant. Lactantius etiam libro septimo diuinarũ institutionum, ca.22. affirmat, quòd philosophi ac poetæ, etsi veritatis arcana (eò quod non rectè intelligerent) turpiter corruperint, magna tamen ex parte cum prophetis consentiant. Et Clemens Alexandrinus probat, quòd Numa rex plurimorum sacrorum apud Romanos auctor, Mosen ferè imitatus sit. Moses enim latis legib⁹ id Iudæis suis præcepit, quod veteres ante legem scriptam Ianigenæ & sancti patres per Italiam, cæterasque mundi partes spõtè fecerãt: ex eodemq; fonte Noachi & Mosis doctrina manauit. Quanquã Numa eam deprauabat, & onerosissimis superstitionibus, vt Tertullianus loquitur, Romanos onerabat. En verò & fusiùs hoc loco & accuratiùs explicare decreui, propterea, quod hæc eorum Theologia, ritus, & cæremoniç, à veteribus ante Christianismum Romanis, in alias quoque prouincias dispersæ &

propagatæ ſunt. Ne hæc eadem in earum deſcriptione ſæpiùs repetere cogar.

De Iano.

Cic. li. 1. de nat deorũ. Marlia. li. 4. cap. 8. Põponius Lætus cap. 1. de ſacerdotijs Romanorum.

QVia veteres principem in ſacrificando Ianum eſſe voluerunt, quem primum in Italia cultum Deorum demonſtraſſe credebant, iccircò nos ab eodem hanc tractationem nõ incommodè ordiemur. De Iano ergò variæ apud ſcriptores ſententiæ reperiuntur. Dum alij Ianum regem Epirotarum fuiſſe opinantur, cuius auxilio & conſilijs cùm Romani hoſtes ſuperaſſent, templũ ei extruexerint, quod Ianiculum vócaretur, ſtatuamque biſrontem poſuerint, vt ab vna parte viri, ab altera mulieres adorarẽt. Alij neſcio quem Ianum finxerunt, quem propter animarum rerum inuentionem, maximaque beneficia diuinis honoribus afficere, & adorare cœperint. Verioris hiſtoriæ peritis viris minimè dubium eſt, quin illorum Ianus, Noachus noſter fuerit, vel ſaltem Noachi filius Iapetus, nepóſue Gomerus. Nec enim obſcurum eſt, quin illum Ianum vocârint, quem primum Italiæ parentem extitiſſe arbitrabantur, quique primus terram illam colendam, habitandamque aperuiſſet, & omnium rerum benè gerendarum ianuam, hoc eſt, rationem demonſtraſſet, diuinumque cultum, & liberales artes ipſis tradidiſſet. Ianũ enim Marlianus lib. 4. cap. 1. rerum omnium Ianuam & principium fuiſſe creditum ſcribit. Vnde & domorum tranſitus ianuæ appellantur, inquit ca. 8. Quod vel claues quam illi affingeban-

fingebantur declarabant. Is verò an Noachus ipse fuerit, an ipsius filius Iapetus, etsi hactenùs affirmare non possum, ipsorũ tamen nominũ, quæ Iano tribuebantur, vera ratio imprimis Noacho cõuenit. Nam is demum primus omnium hominum parens, pacisq; inter Deum & nouum orbem auctor, bonarum artium, & religionis, agriculturæ, & vini reperior, post diluuiũ fuit. Primus Italiam aperuit ipse, vel saltẽ Iapeto filio, nepotiue Gomero prçcepit, vti eã præ cæteris orbis partibus instaurarent. Iã verò cui rectiùs bifrõtis nomẽ cõpeteret, quàm ipsi Noacho? quippe qui vtriusque, ante & post diluuiũ, orbis certissimam rationem sciebat, duorumque mundorum historiam nôrat, & tanquàm verus atque antiquissimus pater de thesauro sapiẽtię suæ tam noua quàm vetera depromebat, tam diuinarum quàm humanarum rerum peritissimus, ac vtrumque tam agros colere, quàm rempublicam administrare docuit. Quod ipsi etiam Itali perspexisse videntur, quando perpetuam memoriã ad posteros transmissuri, nummum fecerunt, in cuius altera parte bifrons caput, in altera nauis cerneretur. Indicantes venisse Ianum naui ex Asia in Italiam, & vtriusq; orbis partis verum patrem & Imperatorem existere. Idque longè apertiùs ex quadrifrontis nomine colligitur. Quod nemini veriùs applicari potest, quàm Noacho: qui non Asiam & Europam tantum, sed reliquas etiam mundi partes, totumque terrarum orbem instaurauit,

Ianus quare bifrons.

Qualem se vidisse gloriatur Goropius.

Ianus quadrifrons.

gubernauit & rexit. Ac illud imperium quod Iapetus filius latissimè tandẽ propagauit, Noachus pater non modò cœpit, sed optimis etiã legibus & artibus, & vera religione firmauit. Quanquã tẽporis, rerum, memoriæq; edacis, lapsu, quod Iapeto Gomeroq; primis Italiæ colonis, præcipuè verò Noacho tribuẽdũ erat, longè posterioribus hominibus, qui vel scientia, vel rerũ gestarũ inuentarumq; magnitudine præstantes, fuerant, asscripserunt, & superstitionibus atq; idololatria peruerterũt. Quare 2. Synodus Turonẽsis Iano sacrificare prohibuit. Porrò ab agricultura, & saluberrimi vini inuentione Noachũ Saturnũ appellârũt, sub cuius imperio aurea secula fuisse legũtur. Mortuo igitur Noacho diuinos honores impenderunt, & longiùs, vt fit, in cõcepto errore progressi, varia sacra instituerũt, ac relicto vero Deo, quem solùm colendum & adorandũ esse Noachus varijs argumẽtis, & externis signis docuerat, idola sibi fabricare cœperũt, impiaque sacraficia vsurpare. Primùm in oriente adoratũ quidam opinanturSemũ filium Noachi, quem alterum à Noacho Dei martyrem vocãt, quòd innumeras cædes, crudilitates, & nefandas libidines filiorum & nepotum suorum videre oportuerit. Quod verò tam leuiter. Noachi nostri posteritas à vera religione ad idololatriam, & turpissimos errores prolapsa sit, variæ apud veteres scriptores causæ redduntur. Sunt enim qui Chamo filio Noachi tribuant: Quod is prioris mundi hæreses

Saturnus.

Henric. Erphordius. Functius in Chronicis.

Idololatriæ origo.

Chamus etiam in arca mulus erat e. quãtum libet, 47. distinct.

resses & turpitudinem, in posteriorem post diluuium orbem intulerit: vel saltē à patre maledictus, odio & furore quodam antè recesserit, quā in vera religione confirmaretur. Proptereaque falsam religionem pro vera siue per malitiam, siue per ignorantiam introduxerit, quā alij à stirpe sanctæ radicis, vt Lactantius loquitur, auulsi, probare, nouosque mores & instituta pro arbitrio condere maluerunt. Atq; hic malorū omnium fons & origo fuit. Nam cum Deus naturam hominis sic fabricare voluerat, vt duarum in primis rerum cupidus & appetens esset, sapientiæ nimirum & religionis iccircò falli & errare contigit, quòd aut religionem susciperent, omissa sapientia, aut sapientiæ soli studerent omissa religione: cùm alterum sine altero vix posit esse verum: Ceciderunt ergò ad multiplices religiones, sed ideò falsas, quia sapientiā relinquebant quam illos docere poterat, deos multos esse nō posse: studebant sapiētię, sed ideò falsę, quia religionē summi Dei omiserant, qui eos ad veri scientiā poterat erudire. Sic homines tam olim quàm in præsens, qui alterutrū suscipiunt, vitam deuiam, maximisq; erroribus plenam sequuntur: quoniam in his duobus inseparabiliter connexis, & officium hominis, & veritas inclusa est. Prętertim hi, qui sacras literas non rectè perceperunt, vt quemadmodū vera sapientia & religio à perfidis hominibus corrupta & deprauata sit, cognoscere possent. Alij hęc omnia religionis & pietatis osori, atq; acerri-

Lactant. lib. 2. institut.
Rhodoginus lib. 22. lectionum antiquarum.
Lactant l. 3. cap. 11.
Idem lib. 3. cap. 16.
Idem lib. 2. c. 15. 16. 17.

Digitized by Google

cognominabatur, Sceuolę, Bruti & Ciceronis eloquentiæ parẽtes, vt alios innumeros omittam, exempla testantur. Qui gloriam imperij Romani doctrinæ præstantissimis muneribus supra modum illustrauerũt. Populus verò cùm eius vtilissimi studij, ipsarumque artium fructũ perspicere inciperet, paucos vel Reipublicę, vel militiæ præfecisse legitur, qui non essent earum doctrina perpoliti. Neque ipsi tantùm in vrbe ciues amplissima laudis ornamenta, quod Philosophiæ excellẽtes essent, plebis consensu consequebantur: sed externi quoque eruditionis commendatione in ciuitatem asscribebãtur. Florente enim Republica, inquit Blõdus, literis omnibus honor maximus fuit: nihil v; in ea vrbe maius, nihil optabilius literis & doctrina extitit. Quod Cicerone permouisse credo, quãdo vt nihil in vniuersa rerum natura mundo, sic in terris nihil Roma melius, nihil præstantius esse affirmat. Arcem deniq; Regum & Nationum exterarũ, lumẽ gentium, domiciliumq; imperij vocat. Quę, auctore Plinio, plures in quocunq; genere eximios tulit, quàm cęterę terrę. Nec aliundè plura maioraque virtutum & doctrinæ exempla extitisse ait Fabius.

L. 3. de natura deor.

Pro P. Syl.

Li. 7. c. 30.

Li. 12. c. 2.

De Theologia Romanorum.

ETsi diuinarum humanarumque rerũ sciẽtiam, veram religionem, & syncerum vnius Dei viui cultum, Noachum siue Ianum in Italiã intulisse, & filios suos his tam viua voce, quàm scriptis libris aduersus omnẽ erro-

rem

rem satis instruxisse, suprà est demonstratum: paulatim tamē eius posteri, suasore diabolo, à paterna pietate, religione, & moribus longissimè aberrauerunt. Vt nimirùm pro vero Deo, quem pater Noachus docuerat, externa quædam idola venerarentur, & propter falsam persuasionem colerent, qualemcunque tamen veræ Theologiæ vmbram retinentes. Solet enim veritatis hostis diabolus virtutem ipsam non statim prorsus extirpare, sed vitijs & sceleribus quibusdam sic obruere, atque turpitudini honestatis formam induere, vt simillima veris falsa euadant: eoquè faciliùs in animos hominum, quibus alioqui semina quædam insunt veritatis, & cognitionis Dei à natura, influant. Cumque ea magis homines imperitos fallant vitia, quæ virtutem videntur imitari: hinc factum est, vt semel conceptæ superstitioni non crederent solùm, sed ita quoque pertinaciter inhærerent, vt à prudentioribus sese ab ea reuocari non paterentur. Cùm ergò paternæ pietatis obliti, hosti suo diabolo sese gubernandos tradidissent, is verum cultum, soli Deo debitum, in se transferre conatus est. Et quod Domino Deo gratissimum, hominibusque salutare, atque necessarium esse videbat, id in totum abolere, vel saltem profanare, & in grauissimam abusionem peruertere studebat. *Lact. li. 2. cap. 17.* Maligni enim spiritus teste Firmiano, Lactantio, quia diuinitatem frustrà affectatam aliter consequi non poterant, falsò ab hominibus

Dij haberi,& coli desiderabant. Iccircò varijs fraudibus vsi, asciscebant sibi nomina potentissimorum regum, sub quorum titulis honores sibi diuinos vendicarent. Et erroribus in hominum animos immissis,à veri Dei notione auerterent. Hac enim fraude diabolum iā inde ab initio tam idolorum cultores, quàm hæreticos miserè decepisse, Tertullianus vetus & grauis scriptor,in libro de præscriptionibus hęreticorum pulcherrimè demonstrat: Diabolus inquit, cuius sunt partes inuertendi veritatem,ipsas quoque res diuinorum sacramentorum in idolorum mysterijs emulatur. Tingit & ipse quosdam vtique credentes & fideles suos,expiationem de lauacro repromittit,etsi adhuc meminit mythræ, signat illic in fronte milites suos, celebrat & panis oblationem, & imaginem resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronam. Quid quod & summum Pontificem in vnius nuptijs statuit? Habet quoque virgines,& continentes. Cæterum si Numæ Pompilij superstitiones euoluamus, si sacerdotalia officia & priuilegia, si sacrificantium ministeria,instrumenta,& vasa sacrificiorum, ac piaculorum & votorum curiositatem, cōsideremus, nonne manifestè diabolus morositatem illam Iudææ imitatus est? Qui ergò ipsas res,de quibus sacramenta Christi administrantur, tam æmulanter affectauit exprimere in negotijs idolatriæ, vtique & idem,& eodem ingenio gestijt,& potuit instrumenta quoque diuinarum rerum, & sanctorum

ctorum Christianorum sensum de sensibus, verba de verbis, parabolas de parabolis prophanæ & æmulæ fidei attentare. Et deò neq; à diabolo immissa esse spiritalia nequitiæ, ex quibus etiā hæreses veniūt, dubitare quis debeat:neq; ab idololatria distare hæreses, cùm & auctoris eiusdem & operis sint, cuius & idololatria, &c. Huc pertinet illud Sapientis capite 14. Benedictum est lignum, per quod fit iustitia. Per manus autem quod fit Idolum maledictum est, & ipsum, & qui fecit illud, quia ille quidem operatus est, illud autem cum esset fragile, Deus cognominatus est. Similiter autem odio sunt Deo, impius & impietas eius. Etenim quod factum est, cum illo qui fecit, tormenta patietur, propter hoc & in Idolis nationum non erit respectus, quoniam creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animæ hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. Initium enim fornicationis est exquisitio Idolorum, & ad inuentio illorum corruptio vitæ est. Neque enim erant ab initio, neq; erunt in perpetuum. Superuacuitas enim hominum, hęc adinuenit in orbē terrarum, & ideo breuis illorum finis est inuentus. Acerbo enim luctu dolens pater, rapti cito sibi filij, fecit imaginem, & illum qui túc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colore cœpit, & constituit inter seruos suos sacra, & sacrificia. Deinde interueniente tempore, conualescente antiqua consuetudine, hic error tanquam lex custoditus est, & ty-

Digitized by Google

rannorum imperio colebantur figmenta. Et hos quos in palam homines honorare nō poterant, propter hoc quod longe essent, è longinqua figura eorum allata, euidentem imaginem Regis quem honorare volebant, fecerunt, vt illum qui abierat tanquam præsentē colerent sua sollicitudine.

Prouexit autem ad horum culturam, & hos qui ignorabant, artificis eximia diligentia. Ille enim, volens plus placere illi qui se assumpsit, elaborauit arte sua, vt similitudinē in melius figuraret. Multitudo autem hominū abducta per speciem operis, eum qui ante tempus tanquam homo honoratus fuerat, nunc Deum æstimauerunt. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio: quoniam aut effectui, aut Regibus deseruientes homines, in communicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt. Et nō suffecerat errasse eos circa Dei sapientiam: sed & in magno viuentes inscitiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant.

Hac ergo fraude diabolus contra eos vsus est. Vtinam ipsi talem in vera religione constantiam re magis quam verbis obseruassent, qualem Cotta Pontifex & philosophus apud Ciceronem se in paganismo obseruaturū ait, lib. 3. de natura Deorum: Ego sacra, cæremonias, & religionem, quam à Maioribus accepi, defendam, semperque defendi, nec ex ea vllius vnquam oratio aut docti aut indocti mouebit.

Et idem Cicero 6. Verrina de Siculis: Deos patrios,

patrios, quos à Maioribus acceperunt, colendos sibi diligenter & retinendos arbitrantur. Primo igitur inuestigabo præcipuorũ, & quæ vtilem doctrinam continent sacrorum, quoad eius fieri poterit rationem: deinde quomodo cum Iudæorum religione & legibus consentiant: postremo, quemadmodum sublato errore, ad veram nostram Christianam religionem affecta sint, breuiter aperiam. Præsertim cùm veteres ante legem Patriarchæ eandem fidem, eandemq; propemodum religionem habuerint, quam abrogata lege Christiani obseruant. Lactantius etiam libro septimo diuinarũ institutionum, ca.22. affirmat, quòd philosophi ac poetæ, etsi veritatis arcana (eò quod non rectè intelligerent) turpiter corruperint, magna tamen ex parte cum prophetis consentiant. Et Clemens Alexandrinus probat, quòd Numa rex plurimorum sacrorum apud Romanos auctor, Mosen ferè imitatus sit. Moses enim latis legib⁹ id Iudæis suis præcepit, quod veteres ante legem scriptam Ianigenæ & sancti patres per Italiam, cæterasque mundi partes spõtè fecerãt: ex eodemq; fonte Noachi & Mosis doctrina manauit. Quanquã Numa eam deprauabat, & onerosissimis superstitionibus, vt Tertullianus loquitur, Romanos onerabat. En verò & fusiùs hoc loco & accuratiùs explicare decreui, propterea, quod hæc eorum Theologia, ritus, & cæremoniæ, à veteribus ante Christianismum Romanis, in alias quoque prouincias disperse &

Digitized by Google

propagatæ sunt. Ne hæc eadem in earum descriptione sæpiùs repetere cogar.

De Iano.

Cic. li. 1. de nat. deorũ. Marlia. li. 4. cap. 8. Põponius Letus cap. 1. de sacer dotijs Romanorum.

QVia veteres principem in sacrificando Ianum esse voluerunt, quem primum in Italia cultum Deorum demonstrasse credebant, iccircò nos ab eodem hanc tractationem nõ incommodè ordiemur, De Iano ergò variæ apud scriptores sententiæ reperiuntur. Dum alij Ianum regem Epirotarum fuisse opinantur, cuius auxilio & consilijs cùm Romani hostes superassent, templũ ei extruexerint, quod Ianiculum vocaretur, statuamque bifrontem posuerint, vt ab vna parte viri, ab altera mulieres adorarẽt. Alij nescio quem Ianum finxerunt, quem propter animarum rerum inuentionem, maximaque beneficia diuinis honoribus afficere, & adorare cœperint. Verioris historię peritis viris minimè dubium est, quin illorum Ianus, Noachus noster fuerit, vel saltem Noachi filius Iapetus, nepósue Gomerus. Nec enim obscurum est, quin illum Ianum vocârint, quem primum Italiæ parentem extitisse arbitrabantur, quique primus terram illam colendam, habitandamque aperuisset, & omnium rerum benè gerendarum ianuam, hoc est, rationem demonstrasset, diuinumque cultum, & liberales artes ipsis tradidisset. Ianũ enim Marlianus lib. 4. cap. 1. rerum omnium Ianuam & principium fuisse creditum scribit. Vnde & domorum transitus ianuæ appellantur, inquit ca. 8. Quod vel claues quam illi affingeban-

fingebantur declarabant. Is verò an Noachus ipse fuerit, an ipsius filius Iapetus, etsi hactenùs affirmare non possum, ipsorũ tamen nominũ, quæ Iano tribuebantur, vera ratio imprimis Noacho cõuenit. Nam is demum primus omnium hominum parens, pacisq; inter Deum & nouum orbem auctor, bonarum artium, & religionis, agriculturæ, & vini reperior, post diluuiũ fuit. Primus Italiam aperuit ipse, vel saltẽ Iapeto filio, nepotiue Gomero pręcepit, vti eã præ cæteris orbis partibus instaurarent. Iã verò cui rectiùs bifrõtis nomẽ cõpeteret, quàm ipsi Noacho? quippe qui vtriusque, ante & post diluuiũ, orbis certissimam rationem sciebat, duorumque mundorum historiam nôrat, & tanquàm verus atque antiquissimus pater de thesauro sapiētię suæ tam noua quàm vetera depromebat, tam diuinarum quàm humanarum rerum peritissimus, ac vtrumque tam agros colere, quàm rempublicam administrare docuit. Quod ipsi etiam Itali perspexisse videntur, quando perpetuam memoriã ad posteros transmissuri, nummum fecerunt, in cuius altera parte bifrons caput, in altera nauis cerneretur. Indicantes venisse Ianum naui ex Asia in Italiam, & vtriusq; orbis partis verum patrem & Imperatorem existere. Idque longè apertiùs ex quadrifrontis nomine colligitur. Quod nemini veriùs applicari potest, quàm Noacho: qui non Asiam & Europam tantum, sed reliquas etiam mundi partes, totumque terrarum orbem instaurauit,

Ianus quare bifrons.

Qualem se vidisse gloriatur Goropius.

Ianus quadrifrons.

Digitized by Google

lutam ex oculis hominem auferebant, ne Deum, nec dominum suum cognoscerent. Omnibus sacrificijs præsentes se occultabant in templis, & prodigia frequenter ædebant, quibus obstupefacti homines fidem commodarent diuinatis & numinis. M. Cicero, itaque & in nostro, inquit, populo, & in cæteris, Deorũ cultus, religionumque sanctitates existunt indies maiores, quod præsentiam sæpè Diui suam declarent. In oraculis quoque suæ nequitia non deerant, vt victorias, opes, imperia, omnia denique prospera & aduersa ipsos largiri persuaderent Nam cùm dispositiones Dei præsentirent, interponebant se in his rebus, vt quęcunque Deus faciebat, ipsi facere viderẽtur. Ideoque si populo vel vrbi alicui, secundũ Dei statutum, boni quid impenderet, se id facturos vel prodigijs, vel somnijs, vel oraculis, pollicebantur, si sibi templa deuouerentur, nouæ imagines consecrarentur, mactarenturque greges hostiarum. Quoties autem pericula & euersiones ex certis argumentis deprehendebant, se tunc profitebantur iratos, ac si hoc pœnitentia homines auerterent, videri volebant id placati auertisse: si vitare nõ possent, quin à Deo punirentur, id fraudulenter agebant, vt propter illorum contemptum accidisse crederetur. Vt tali impostura notitiam & cultum veri Dei inueterarent, sibi verò apud homines auctoritatem compararent, & cum in cælo ab Angelis dorari non possent, id ab hominibus in terra quæsiuerunt, vt auctor

Li. 3. de natura deor.

est

est Rupertus Tuitiensis, libro 2. de Victoria verbi Dei, capite sexto. Huc accedit eorũ abominanda crudelitas, qui nobilitate generis, diuitijs, imperio, à Deo præ cęteris iccirco exornati erant, vt tanquam Dei magistratus in vera religione populum retinerent: sed hisce fraudibus à diabolo seducti, à vero vnius Dei cultu ad errores & idololatriam metu atque supplicijs pertrahebant. Id quod nostris periculosissimis temporibus, grauissima tam propriæ, quã subditorum suorum salutis iactura, à quibusdã principibus fieri videmus. Qui eo ipso Nymbrodi primi tyranni, & idololatriæ auctoris, filios, sectatoresue se esse demõstrãt. Nymbrod enim Cimbris Germanisque à surripiendo pane vocatur, quod subiectis imperio suo populis, quos non aliter quàm filios pascere, in vero Dei cultu, ac syncera religione conseruare debebant, tam corporalem quã spiritualem cibum eripiant. Vel contra Christi & Ecclesię catholicę morem atque præcepta sumere cogunt. Hęc eò fusiùs & altius repetere placuit, vt rudiores intelligerent, quibus fraudibus, quáue perfidia impietas & superstitio in orbẽ terrarum irrepserit, & quàm diabolus obsideat, quamque in omne flagitiorũ genus facilè pręcipitare possit eos, qui semel à veritate & orthodoxa fide abducti, ipsius tyrannidi colla submiserunt. Et ampliùs mirari desinant, quomodo fieri possit, vt hominis figuram gerentes, contra veram religionem, contra ius & omnem rationem, contra legitimum

mum

mum magiſtratum, contraque Deum ipſum repugnare in animum inducant ſuum. Quia enim illi maiorum ſuorum veriſsimam doctrinam, & legem Dei, & teſtimonia illa, quæ ſemper ipſis reliquit Deus, negligebant, diabolo & improbæ Chami poſteritati obtemperabant, vt opera magis ipſa, quàm Deum creatorem intuerentur, dimiſit illos Deus ingredi vias ſuas, & meritò tradidit eos in reprobum ſenſum. Vt inquam omnes boni horum exemplo diſcerent, quàm periculoſum ſit, à vera religione & ſyncero Dei cultu, qui in ſola Catholica Chriſti Eccleſia reperitur, recedere, id quod ſuperiorum temporum hiſtoria apertè confirmat.

Actor.14.
Sapiẽ.c.13. & 14.
Roman.1.

De Veſta.

NOachi vxor an in Italiam peruenerit, pluresque poſt diluuium filios procreârit, etſi certis argumentis demonſtrari non poteſt: tamen quod veteres Itali Ianigenæ tanquam primam omnium matrem, & velut noui orbis Reginam eam celebrârint, minimè dubitandum eſt. Quod enim vnà cum Noacho in naui conſeruata poſt diluuium ſuperuixerit, ſcriptura ſacra teſtatur, & orthodoxi patres confirmant. Sed cùm certo nomine nõ exprimatur, varijs eam poſteri nominibus appellauerunt. Aretiam nimirùm ſiue terrã, quòd mater omnium noui orbis hominũ extitiſſet. Nã vt cœlũ & terra omnia producunt, ſic primos inſtaurati mũdi parẽtes Noachum

Gen.7.& 8.
Pet.epi.2.
c.2.c.quamtũlibet.47. diſtinct.
Ambroſ.de Noa.c.21.

cœlum

Digitized by Google

cælum, vxorem eius terram non immerito dixerunt. Sempiternamque eius memoriã celebraturi, vnã è duodecim ciuitatibus, quas primi Italiæ coloni posuerunt, ab ipsius nomine Aretium vocasse dicuntur. Apud beatũ

Haref. 26. Epiphanium Barthenos vocatur. Alij Estam

Vesta vxor Noachi. siue Vestam nominârunt, quod sacrum ignẽ virginibus custodiendum prima intituisset. Vnde illud Ouidij:

Nec tu aliud Vestam, quam viuam intellige flammam.

Genes. ca. 8.

Scriptura quidẽ sacra expressum est, quòd Noachus post diluuium Domino Deo gratias acturus cum vxore & liberis sacrificium obtulerit, quodque ipsi Deo vehementer id gratum extiterit. Vndè verisimile fit viris doctis, quod optimi parentes posteros suos vt crebrò sacrificarent admonituri, ignem à se repertum, & ad hanc rem necessarium, diligẽter custodiendum tradiderint. Nam egregiũ Palladium Vetuloniæ in Italia Noachus & Vesta sempiterno igni conseruando extruxisse leguntur, cuius certissima hactenùs argumenta extare probat Annius, sacros nimirùm cineres & Ethruscis literis descripta monimenta.

Goropius putat Vestæ nomẽ Cimbricum esse, Wa est/id est, stabile omnium rerum fundamentum.

Altare autem illud quo Moses Noachum sacrificasse ait, ex octo lapidibus eum construxisse quidam affirmant, propterea quòd octo homines Deus in arca seruasset. Vt posteros quoq; ipsi Noacho tandem δωδεκάβωμον, à 12, lib. cumonibus ductisque colonijs posuisse aiunt. Sicut Iosuæ ob perpetuam rei memoriam;

Comest. cap. 35. in Gene.

Iosue. 4.

riam, quod 12. Israeliticæ tribus, per Iordanũ transissent, 12. maximos lapides ex præcepto Dei erexit. Et Helias Propheta ex 12. lapidus altare destructum instaurauit, lib. 3. Reg. cap. 18. Moses verò ob liberationem ex Ægypto agni paschalis sacrificium iam ante Iosue instituerat. Porrò Remigius apud Henricũ Erphordium, Vestam, inquit, præcipiam religionis Deam dicimus esse habitam: nam & sine igne nullum erat sacrificium, nec sine eo colebatur religio. Vndè & ipsa sicut Ianus in omnibus inuocabatur sacrificijs, &c. Noacho autem in constituẽda Republica, ducendisq; colonijs occupato, vxor sacri ignis & sacrificiorum curæ, erudiendisque puellis, præcipuè vacasse videtur. Vt mulieres ferè viris religiosiores sunt. Ad eius verò sacri ignis custodiam Vesta, suadente vel permittente Noacho, virgines legisse creditur, vt virginitatem & sanctimoniam diuino cultui in primis conuenire declararet, quia ignis pura, sterilis & incorrupta natura est. Vnde Ouidius:

Exod.12.

Quare virgines sacri ignis custodes fuerint

Huc pertinet August. l.4.c.10. de ciuit. Dei.

Nataq; de flamma corpora nulla vides:
Iure igitur virgo, quæ semina nulla remittit.

Sic tandem sacræ legis scriptor Moses sacrificiorum ignem sacerdotibus perpetuo in altaei alere & conseruare præcepit. Vel saltẽ, vt per ignem hunc posteros suos commonefacerent, oportere illos, tamquam veræ virtutis exemplum, & velut lucem quandam, omnibus in rebus prælucere. Vt tempore legis script olim Iudæis à Mose, Apostolis autem &

Leuit.c.6.

Digitized by Google

Sic ecclesia recens baptizatis, & morituris lumen in manus porrigit.

sacerdotibus nostris ab ipso saluatore omniū Christo præceptum est: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videāt opera vestra bona,& glorificent patrem vestrum,qui in cælis est. Aut saltem cum Deus ipse lux sit,qui illuminat omnem hominem vinientem in hunc mundum, & ignis cōsumens: vt externo quodam signo admonerentur, eum recta fide,& ardenti charitate sic colere, ne altero diluuio ignis(quod Adamus aliquando futurum prædixerat) qui aquæ inundationem vix euasérant, interirent. Prætereà per sacrum hunc ignem posteros admonere voluerunt,futurum aliquando tempus, quo spiritus Dei tanquàm ignis descenderet de cælo, & ferretur non supra aquam(vt olim)sed super homines,vt primo illo amore Dei exardescerent, varijsque linguis loquerentur, & antiquam originalem iustitiam,quam Adamus perdiderat,veterem illam vnam vniuersi orbis linguam, quā peccati temeritas in ædificanda turre Babylonica dissipârat, restituerent. Vtq; certā spem haberent, omnia peccata, per ignem cælestem,per mortēChristi Iesu,per aduentū spiritus sancti expurgāda fore, redituramq; aureū seculum, & sempiternā pacem. Prisci Romani omnibus sacrificijs ignē adhibebant, & Imperat. velut ornamētū & insigne imperij,ignē sibi, & vxoribus,filijsq; suis,præferri volebant. Vtinā veram eius rei sententiā cognouissent. Siue ergò sacrificiorū, siue alterius cuiusdam diuinioris rei significandæ gratia, sacrum ignem custodiendum

Actor. 2. Cypria. sermone de Penthecoste.

Alexā. l. 1. geni. dier. ca. 2. & 28. Li. 4. c. 17.

diendum posteritati reliquerint, certè adorādi causa nequaquam reliquerunt. Quemadmodum Iudæi religiosissimè & omnium diligentissimè eum (sicut à Mose præceptum erat) custodisse, atque in captiuitatem abituri eius præ cæteris omnibus rebus singularē curam habuisse legũtur, adorasse verò minimè. Etsi disertissimus ille Christianorũ Cicero, Lactantius Firmianus, & acerrimus antiquitatis indagator Cœlius Rhodoginus, idcircò etiam Noachum & Vestam posteris suis ignem conseruandum tradidisse putant, quòd cœlestis æthereaque eius natura sursum semper vergens, certissimum immortalitatis argumentum esset. Proptereaque semper cogitarent, nihil minùs hominem, qui solus ex omnibus animantibus eo vtitur, decere, quàm se deorsum contra naturam suam abijcere vt bestiam, & terrenas corporeasque voluptates, Deo creatori suo, propriæque saluti anteponere, & sempiternas tenebras, vitæ atque luci perfectissimæ præferre. Pecudes enim auctore Lactantio, neque in cælum suspiciunt, neq; religiones sentiunt, quoniam ab his vsus ignis alienus est. Quanquam ergò Noachi eiusdemque vxoris fidelis & pia institutio fuit: tamen eorum posteri, quod longè aliter à veritatis inimico persuaderentur, duplici se grauissimo scelere contaminauerunt. Priore quidem quod parentes suos Deos facerent, posteriore verò quod igni quoq; diuinos honores impenderent, ignisque solis, lunæ, vt scri-

Lib. 2. Machab. c. 2. Ambro. l. 3. officiorũ cap. 14.

Lact. lib. 7. ca. 9. Rhodog. li. 15. lectionũ antiquar. c. 15.

Lib. 2. ca. 10.

Sapie. c. 13.

Numer. 21. ptura loquitur, specie delectati, Deos putarét.
4. Reg. 18. Vt posteriores quoque Iudæi æneum illum serpentem, quem Moses erexerat in signum venturi aliquando Christi, qui per suam passionem omne venenū auferret, ipsi per summam leuitatem adorauerunt. Atque hæc eorum falsa theologia cum hominibus semper propagata, & in omnem terram dispertita est, dum singuli alios pietate, sicut arbitrabantur, superare volebant. Et primò quidem parentes suos, vti nunc est demonstratum, deinde cæteros etiam qui ipsis chari fuerant, magnúque sui post mortem desiderium reliquerant,
Sap. ca. 14. venerari cœperunt: eorundemque simulacra, vt aliquod ex imaginum contemplatione solatium haberent, finxere Tandem longius aberrantes varia ipsis sacra introduxerunt, vt gratiam aliquam referre benè meritis viderentur, quando alios honores vitæ hac defunctis quos deferrent, inuenire non poterant. Sicque posteris facta sunt sacra, quæ priùs erāt solatia Atque tunc;

Dypria. de idolorū vanitate.

Vt semel obsedit gentilia pectora patrum
Vana superstitio, non interrupta cucurrit.
Ætatum per mille gradus, tener horruit hæres,
Et coluit, quicquid sibimet venerabile cani
Monstrârant attaui: puerorum infantia primò
Errorem cum lacte bibit.

Prudē. l. 1. cōtra Symmacum.

Cumque de Imperatoribus sibi persuaderent, posse illos cum eadem potestate in cælū conscendere, atq; idem imperium post mortē retinere:

Indocilis

Indocilis fatui ducebat ineptia vulgi:
Diuinus & his est
Imperitis has honos, quem dum metus, aut amor, aut
spes,
Accumulant, longum miseris processit in æuum
Mos patrius, cœpit falsæ pietatis imago
Ire per ignaros nebuloso c. . ore nepotes.

Quidam per publicos huiusmodi honores defunctorum, viuos allicere conabantur, ad benè beateque eorum exemplo viuendum, & præclarè merẽdum de Repuclica. Ideoq; beneficijs excellẽtes viros, in cælum fama & voluntate tollebant, acuendę virtutis gratia, quo libentiùs Reipublicæ causa periculum subiret optimus quisque. Porrò hæc temeritas incredulitasque in tantum excreuit, vt cordatiores ac prudentiores viri, qui plus sapere poterant, apertè reprehenderent. Etsi propterea tam apud Græcos quàm Latinos vel morte, vel exilio, dominante malitia, mulctabantur: aut etiam in grauissimum odium populi incurrebant. Pulchrum est illud Ciceronis libro primo de natura Deorum: At Perseus Zenonis auditor, eos dicit esse Deos habitos, à quibus magna vtilitas ad vitæ cultum esset inuenta, ipsasq́ ie res vtiles & salutares Deorum esse vocabulis nuncupatas, vt ne hoc quidem diceret, illa inuenta esse Deorum, sed ipsa diuina: quo quid absurdius, quàm aut res sordidas atque deformes Deorum honore afficere, aut homines iam morte deletos reponere in Deos, quorũ omnis cultus esset futurus in luctu? Cic li. 1. de nat. deorum.

 Et sub

Et sub finem eiusdem libri: Qui fortes & claros viros tradunt post mortem ad Deos peruenisse, eosque esse ipsos, quos nos colere, precari, venerarique soleamus, nónne expertes sunt religionum omnium? Rursus libro secũdo: Hæc, & dicuntur, & creduntur, stultissimè & plena sunt futilit[illegible] summæque leuitatis. Eò enim error hic persuasit, vt turpissimas etiam res adorarent, nec rationem adhiberent in colendo, nec modum facerent in fabricandis Dijs. Quod pulchrè describit Prudentius Christianorum Virgilius:

Li.1.cont. Symmach.

Quic quid humus, pelagus, cælum mirabile gignunt,
Id dixêre Deos, colles, freta, flumina, flammas.

Et Romanus martyr apud eundem poetam.

Miseret tuorum me sacrorum, & principum,
Morumq; Roma seculi summum caput.
Iubes, relictis patris & Christi sacris,
Vt tecum adorem fœminas, ac mille mares,
Deos, Deasq;, deq; sexu duplici
Natos, nepotes, abnepotes editos,
Ac tot stuprorum sordidam prosapiam.
Furórne summus, vltima & dementia est
Deos putare, qui creantur nuptijs?
Rem spiritalem terrulentè quærere?
Elementa mundi consecrare altaribus?
Id quod creatum est conditorem credere?
Deasceto supplicare stipiti?

Quare viri philosophi tantam cæcitatem animaduertebant quidem, sed nemo, qui altissimè

tißimè in animis hominum infixos errores extirpare posset, inuentus est. Nec enim tam facile ijs in mentem veniebat, quare verum esset aliquid, quàm quare falsum. Quod M. Cicero libro primo de natura deorum, & libro secundo de diuinatione ingenuè fatetur: Vtinam, inquit, tam facilè vera inuenire possem, quàm falsa conuincere. Quod quidem non dißimulanter auctore *Lactantio*, sed verè atque ex animi sententia proclamauit, quia veritas humanis sensibus erui non potest, quod assequi valuit humana prouidentia id assecutus est, vt falsa detegeret: fictum enim & commentitium quicquid est, quia nulla ratione subnixum, facilè dissoluitur. Hac itaque dementia, excæcatum hominum genus est, & horrendæ superstitiones cælum ipsum, terramque polluerunt, vt rectè affirmare posset Cicero: Sua cuique genti religio est, nostra nobis. Nam in oriente solus Abrahamus cum alijs quibusdam pijs viris, in recta religione perstitit, adeò vt eum Chaldæi, quòd ipsorum ignem adorare nollet, persequerentur, & in ignem, vt Philo tradit, conijcerent, vnde tamen Dominus Deus eum liberauit. In Italia verò Faunus Rex primus omnium certa quędam templa dijs extruxisse credebatur, à quo etiam hactenus omnia diuorum templa vulgò fana vocantur. Romulus verò vrbis & imperij Romani fundator, Deorũ immortaliũ, quorũ prouidẽtia mũdũ gubernari cognouerat,

De ira Dei cap. 11.

In antiquitatibus biblicis. Et Nauclerus Gene. 20.

Pomp. Laet. de sacer. Romanorum ca. 1. & Marlia. l. 7. Rom. antiquitatum cap. 6.

rat, curam vel in primis suscipere voluit, vt à se tanto labore fundatum imperium, florentissimum atque sempiternum reddere dignarentur. Idcircò varia templa & sacra, quibus religiosè ab omnibus colerentur, fundauit. Quorum Romæ primum fuit, auctore Marliano, Iouis Feretrij in vertice montis Capitolini extructum: tum quia eius auxilio, vti credebat, de acerrimis Reipublicæ hostibus egregiam victoriam reportârat: tum etiam vt reliquos hostes ad eundem modum semper feriret, & in grauissimis negotijs atque periculis reipublicæ opem ferret: aut saltem ipsius auctoritate & præsidio, à potentioribus tolerabilem pacem referrent. Cuius quidem tecta ob vetustatem & negligentiam Romanorum collapsa (fortè quòd postquàm rerum domini euaserant, externumque hostem non metuebant, Iouis veterum beneficiorum obliuiscerentur) Augustus Cæsar restituit: vt tãtum imperium quod magnitudine iam laborare incipiebat, eius fauore in tam alta pace diu conseruaretur. Spolia autem Acronis Cenenensium regis, quæ Romulus in eo templo Ioui Feretrio consecrârat, & Opima illa Fidenatum spolia, quæ Cornelius Cossus splendidè intulerat, an alio translata sint, an potiùs vna interierint, exploratè hactenùs scire non potui.

Li.2.ca 3. Ro. antiq. Alexan. l. 1.c.14. genial. dier.

Iulius Sol. Polibi.c.2. Plinius. Li uius, &c. Valerius l. 4.cap.2.

De Ioue Statore.

DEindè in prælio Sabinorum Ioui Statori Romulus ædem vouit, quem plerique à stan-

ſtando dictum putant, ſiue potiùs erigendo, quod animos Romanorum militum tunc ferè collapſos erexerit. Diuus verò Hieronymus quòd nunquam ocioſus ſederet, ſed ad ferendam ſemper omnibus opem paratus eſſet, dictum Statorem exiſtimat. Etſi Laurentius Valla id reprehendere videtur. Seneca autem quòd ipſius beneficio omnia ſtarent, Statoris ſibi nomen vſurpaſſe ſcribit. Quantum verò rempublicam Iupiter Stator curârit, vel vnicum Ciceronis exemplum declarat, qui Caium Flaminium Conſulem bello punico ſecundo, magna Rempub. clade affeciſſe ait, quod ſigna rerum futurarum contemſiſſet. Nam cùm Aretium verſus caſtra mouiſſet, & contra Hannibalem duceret legiones, & ipſe & equus eius ante ſignum Iouis Statoris ſine cauſa repentè concidit, obiecto ſigno, vt peritis videbatur, ne committeret prælium. Huc pertinet illud Aſclepiadis præfecti apud Prudentium in Romano martyre.

Marlianus li.2. cap.11. Plin. de viris illuſtribus, cap.2. Hieron. cōtra Iouin. lib.2. Libr.5. elegantiarum cap.6.

Lib.1. de diuinatio.

Quod Roma pollet auſpicato condita,
Ioue Statori debet, & Dijs cæteris.

Hoc autem templum in radice montis Palatini à Romulo extructum, Neronis incendio perijt, nec deinceps reſtitutum eſt, auctore Marliano.

Li.1. ca.11.

Miſericordia.

MIſericordię etiam templum extruxit Romulus, ſiue vt alijs placet, Numa, vt & eam ibi religioſè colerent, & quicunque reus eò confugeret liber eſſet. Sicut Moſen & Io-

Digitized by Google

sue reipublicæ peritissimos gubernatores ex præcepto Dei, filijs Israel ciuitates refugij constituisse scriptura sacra testatur. Etsi enim Reipublicæ pulurimum interest, vt iustitia inter homines conseruetur, & nemo alterum lædat, nullaque flagitia impunè in ciuitatibus perpetrentur, aut saltem per incuriam fortè patrata fuerint, maturè, ne vlterius serpant, corrigantur: tamen non semper in puniendo ipsum factum introspiciendum est, sed etiam qualitas & natura facti. Fit enim sæpè, vt etiam boni viri malorum hominum petulantia, & contumelijs lacessiti, propter sanguinis ebullientis feruorem, animique impotentiam, strictioris iustitiæ limites præter volũtatem excedant, quorum certè quantum legis natura fert, magnam habere rationem oportet. Vt vehementer mirum sit, nostra diuorũ templa, & sacra loca, contra diuinũ & humanũ ius, à plerisque hominibus eo priuilegio crudeliter spoliari: cùm tamẽ & Æthnici, & crudeles Gothi, Vandalive, omnibus qui ad sacra templa salutis causa confugerent, pepercisse legantur. Nam etsi copiosè hoc ipsum affirmari posset (talibus enim exemplis veterum scripta redundant:) tamen solorum Gothorum, Vandalorumque, qui crudelissimi, scelestissimi, & orbis flagellum, extitisse omnibus probantur, in hac re pietatem præterire non potui. Vt vel eò imperitiores intelligerẽt, quàm turpiter contra Romuli Miserciordię, nostra verò sacra templa, nunc licentiæ domus exædificetur.

Numer. 35. Deuter. 19. Iosue 20.

C. de his qui ad ecclesias confugiunt. Item §. 2. institu. de his qui sui vel alieni iuris.

dificetur. Et quàm Aethnicorum scelera à quorundam Christianorum impietate superentur: quando in illorum templis malefici, in nostris verò ne boni quidem viri sine periculo & metu viuere, atque delitescere possunt. Nullaque religio, nulla pietas, nullæ leges, vel ipsa templa, ab audacium hominum furore tuentur, atque defendunt, Nam quod Tyberius Imperator hoc priuilegium, quod Romulus siue Numa ad Misericordiæ tẽplũ confugientibus concesserat, reuocasse legitur, quasi malis ciuibus peccandi licentiam præberet: non sat magna ratione, nisi aliud consilium secutus est, id fecisse, doctissimis viris creditur. Quia propter nimiam paucorum petulantiam, legibusque comprimendam audaciam, bonis etiam viris saluberrimas, & tantoperè necessarias res eripere, nec recta ratio, nec ipsa pietas, quæ in animis hominum inest permittit. Præsertim cum illi hoc maximè priuilegio vterentur, qui casu quodam, & per imprudentiam peccasse deprehendebantur, quos & causam dicere, innocentiamque tueri, & aduersariorum accusationi respondere oportebat.

Marlian. li. 2. cap. 4.

Alexan. l. 3. cap. 22. genialium dierum, ait maxima ibi scelera perpetrata.

Fides.

FIdæi quoque Deæ, siue à Romulo, siue à Numa extructo templo, S.P.Q.R. grauioribus rebus tam ad religionem quàm ciuilẽ Reip. administrationem pertinentibus consultabat. Eo ipso, vt mihi quidem videtur, declarantes,

Marlia. li. 2. cap. 12.

clarantes, nihil in consilijs capiendis magis requiri, quàm fidem & taciturnitatem. Vt nimirùm suam quisque sententiam fideliter depromeret, salutemque Reipublicæ priuatis rebus, & amicorum voluntati semper præponeret, quæque salubriter conclusa & deliberata erant, fideliter retineret: ne maturiùs quàm oporteret, maximo Reipublicæ malo, in vulgus efferrentur: & proptereà boni quoque Senatores liberè sententiam suam dicere non auderent. Quod si hoc tempere tam in principum, & Rerumpublicarum, quàm ecclesiasticorum cōsultationibus atque capitulis obseruaretur, longè aliter ipsorum res florerent. Quare Carthaginenses cum in Republica sua esse cernerent, qui in Fidem impij, Senatuscōsulta ad Dionysium Siciliæ tyrannum perscriberent, eos ex consilio suo eiecerunt. Postquàm verò Romulus ex hac vita emigrârat, pro tantis beneficijs aliquam gratiam relaturi, diuinos & ipsi honores decreuerunt, mutatoque nomine, vt maior eius auctoritas haberetur, non iam Romulum ampliùs, sed Quirinum appellarunt. Iulius enim Proculus à patribus subornatus, auctore Lactantio, nunciauit plebi, vidisse se Regem humano habitu augustiorem, eumque mandasse ad populum, sibi delubrum fieret, se Deum esse, & Quirinū vocari. Ad huius imitationem aliorum quoque Regum, qui benè de Republica meriti, & præclaris rebus inter homines conspicui fuerant, nomina post mortem mutabantur, ne quis

Lib. 1. ca. 15. Zonor. lib. 2. annalium.

Quare reges nomina mutarint.

Romani Pōtificis nomē quare mutetur.

quis homines aliquando extitisse conuinceret. Ac tandem mos apud Romanos introductus est, vt electi Imperatores eorum nomina vsurparent, qui innocenter vixerant, recteq; imperârant, vt vel ipso nomine ad earundem virtutum studia excitarentur: quod pulchrè indicat Lampridius in Alexandro Seuero: qui rogatus à Senatu vt Antonius diceretur: Ne quæso, inquit, ne me ad hanc certaminis necessitatem vocetis, vt ego cogar tanto nomini satis facere: cùm etiam hoc ipsum nomen, licet peregrinum tamen grauare videatur, & insignia nomina onerosa sint. Cumque illi tandem responderent, Si Antonini nomen repudiasti, Magni prænomen suscipe: Magni, inquit, nomen cur accipitur? quid enim iam magnum feci? cùm id Alexander post magna gesta, Põpeius verò post magnos triũphos acceperit. Vt vehementer mirum sit, quosdam hoc tempore tam libenter in magnificis titulis atque nominibus delitescere, quæ reuera onus magis sunt, quàm honos, officij potius, vt canonũ Doctores loquuntur, quàm dignitatis. Nam quod Alexander aliena nomina pro sua grauitate, obtrudente vniuerso senatu Romano non receperit, re tamẽ ipsa verùm Antoninũ præbuerit, multò apud omnes clarior, auctore Lampridio, euasit. Nunc verò contrà, multi nomina ipsa vsurpant, rem verò quæ ipsis designatur, negligunt, vt non temerè vulgò dicatur: Dũ crescimus in titulis, deficimus in moribus. Numa autem Pompilius vt populum rebel-

Vide gloss. & DD. in proœ. lib. 6. decretaliũ.

bellem & impium ad humanitatem, atque ſaniora conſilia reuocaret, plurima ſacra, & varios Deorum miniſtros introduxit. Flamines nimirum: Dialem, qui Iouis, Martialem qui Martis, qui Quirini ſacris præeſſet Quirinalem. Salios verò, à ſolenni ſaltum, quo inter ſaliendum vtebantur, dictos, duodecim, vt Feneſtella capite 7. & P. Lætus cap. 8. de ſacerdotijs Romanis ſcriptum reliquerunt. Vt rectè Tertullianus noſter ſuperſtitiosè in hac re curioſum fuiſſe dixerit: & Lactantius ineptarum religionum inſtitutorem appellet. Nã quod Plinius Nouocomenſis affirmat, Numæ imperium Deos immortales propter hanc pietatem tranquillum & diuturnum reddidiſſe, & M. Cicero: Mihi, inquit, ita perſuaſi, Romulum auſpicijs, Numam ſacris conſtitutis, fundamenta iecisse noſtræ ciuitatis, quæ nunquam profectò ſine ſumma placatione Deorum immortalium tanta eſſe potuiſſet: horum ego ſententiam libenter probarem, ſi tantum ſtudij & laboris in conſeruanda vera religione poſuiſſet Numa, quantũ in euertenda, & fabricandis ſuperſtitionibus conſumpſit. Cum religione nanque iuſta imperia orta ſunt, atque rurſus euerſa. Vt nihil magis curæ Chriſtianis principibus meritò eſſe oporteat, quàm veram religionem, & cultum Dei (à quo teſte Paulo Apoſtolo omnem ſuam poteſtatem habent) tueri, & cum capitis quoque ſui, & fortunarum periculo propugnare atque defendere. Si enim velimus refricare me-

Feneſt. de ſacerd. Ro. cap. 5.

Tertull. apologetici cap. 25. Lactan. li. 1. cap. 22.

Li. 3. de na. tur. deorũ.

moriam temporum, & tam sacræ scripturæ, quam veterum historicorum libros perquirere, reperiemus, eos & feliciter, & diu imperasse, qui Orthodoxam religionem præ cæteris omnibus rebus conseruare, & propagare studuerunt: contra verò qui eam abolere, opprimere, & falsam introducere, seditiosis atque hæreticis hominibus patrocinari voluerunt, non solùm ipsi vita cruciati atque dedecore sint, verumetiam sepultura & iustis exequijs plerique caruerint, infinitaque in Rempublicam mala, & deplorandam omnium rerum perturbationem intulerint. Id quod nemini qui in veterum & recentiorum historijs mediocriter versatus est, ignotum esse potest. Porrò qui ab omnibus Dij coli deberent, publicis decretis expressum erat: Eos qui cœlestes habiti sunt colunto, & illos quoque quos in cęlum merita vocauerunt, Herculem, liberum Æsculapium, Castorem, Pollucē, Quirinum, & propter quæ datur homini ascensus cælum mentem, virtutum, pietatem, fidem, earumque laudem delubra sunto.

Cic. lib. 2. de legibus.

De Hercule.

HErculis ergo fanum in foro boario tantæ venerationis fuit, vt nec musca, nec canis eius tecta subintrare auderet. In quo Pontifex sacrificaturus, solo lauro coronabatur, nec mulieribus, nec seruis, nec libertis interesse licebat, proptereaque mulieres per Herculem nō deierabāt, auctore Gellio. Huius Potitij & Pinarij

Quod Iason Antioc. regi gratificaturus miserit ad sacrificiū Hercul. pecuniā, vide 2. Mach. 4.

Digitized by Google

Pinarij nobiles sacerdotes erant. Sed Appius Claudius Censor cùm aduersus responsum ad seruos hæc sacra transtulisset, ira deorum luminibus orbatus est, & Potitij qui prodiderāt intra annum omnes extincti fuerunt. Herculem ergò tam sanctè coluerunt Romani, vt omnium rerum suarum ipsi decimam offerrent. Qui mos à Iudæis ad ipsos profluxisse videtur. Vt enim Iacob in Mesopotamiam profecturus, si prospera ipsi euenirent, & Deus itineres comes esse, atque Esau tyrannide liberare dignaretur, omnium bonorum decimā se per soluturum recepit; sic Euander boum, quos Hercules interfecto Caco restituerat, decimas obtulit. Prædixerat enim Hercules vitam ducturos felicem, qui bonorum omniū sibi decimam persoluent. Et sicut Deus apud Malachiam Prophetam omnium rerum abūndantiam pollicetur his, qui decimas in domum suam liberaliter inferrent: ita peruagatum apud Romanos verbum erat: Diues fieri qui vult, Herculi decimam soluito. Vnde Plautus in Sticho: Decimam Herculi polliceam. Et Cicero libuo tertio de naturæ Deorum, grauiter reprehendit, quod multi decimam Herculi vouerent pro diuitijs, & bona valetndine: pro sapientia, quæ omnium rerum præstantissima haberetur, paucissimi. Ad hæc, sicut Propheta meritò Iudæos à Deo puniri affirmat, quòd decimas non persoluerent: sic Camillus apud Titum Liuium haud mirum esse ait, quod ciuitas Romana seditionibus arderet;

Lactan. li. 2. c. 8. Fenest. c. 2. Let. ca. 3. de sacer dotijs Ro

Decimæ offeruntur Herculi.

Gen. ca. 28.

Marl lib. 4. Rom. anti quit. cap. 6.

Pompō. Lætus de sacer dotijs Ro. cap. 3

Quod Lucul. Herculi decimam per soluisset fælix & diues euasisse credebatur Alexan. lib. 8. genial dier. cap 22.

deret, quæ damnata voti, omnium rerum potiorem curam, quàm religione se exoluendi haberet. Nam arduum aliquid subituri Romani, alijs quoque dijs decimam vouisse legũtur, sicut de bello Veiano scribit *Liuius*: quos oppugnaturus dictator decimam prædæ partem Apollini se daturũ voto obstrinxit. Quẽadmodum & Græcorum sapientissimi Athenienses, rerum suarum decimam in sacrificiorum & belli vsus persoluebant, id quod ex epistola quadam Pysistrati tyranni ad Salonem apud Laertium apertè colligitur. Quibus ea quæ de Noachi in Italiam aduentu, & Etruria Ianigenarum doctrina, atque moribus, superiùs allata sunt, non parum confirmari videntur: quòd nimirum hæc in Italia diù ante legem à Mose Iudæis latam floruerint. Alioqui enim si leges Iudæorum imitari voluissent, iã omnes promiscuè rerum suarum decimam ex præcepto soluere oportebat: nunc verò vt prisci ante legem Patriarchæ, ex voto solùm obligabantur.

Quod Iapanenses pagani decimas obtulerint dijs suis. epist. Iapan. testantur.

Li. 1. de vitis philosophorum.

De Libero & Libera.

Liberi autem patris sacra & religiosè & castè obseruabant. Nam legitimi coniuges eius festum cælebraturi, aliquot diebus seorsum dormire, vt casti & mundi apparerent, cogebantur. Refert enim Fenestella capite primo de sacerdotijs Romanis, quod Syluanus hac occasione Herculis vxore adamata potiri voluerit, quia duobus coniugibus, duo etiam lecti in sylua parati erant, vbi separatim

ea nocte dormirent, eò quòd postridie Libero patri rem diuinam facturi erant. Antiochus rex Iudæos cogere volebat, vt hedera coronati Libero sacrificarent. Et hæc sacra Athenis omnium maxima habebantur, auctore Spartiano.

Tertull. apollogijs August. l.18.c.13. ciuit Dei Cicero. 3. de leg. Lib.2 Machab.c.14.

Posteriores tamen Romani Liberũ patrem vnà cum sacris non modò vrbe, verum etiam Italia expulerunt, quòd in magnum abusum atque turpitudinem sacra eius abijssent, & perquàm obscurè celebrarentur. Vt dolendum sit, quod Christiani viri Bacchum tantoperè celebrent, vt eius memoriam acturi, insanire videantur. Nicanor Antiochi Regis magistratus Iudæis minabatur, quod, nisi Iudam Machabæum vinctum traderent, templum Hierosolymitanum vellet libero patri cõsecrare. Omniũ verò religiosissimè Iouem Opt. Max. venerabantur, eiusdemque templum celeberrimum & præstãtissimum erat, ac per excellentiã Capitoliũ dicebatur, cùm tamen Capitoliũ aliorũ quoq; Deorũ templa, statuas, & sacra continerent. Propterea enim Cicero deorum immortalium domicilium appellabat Capitolium, & Lactantius vrbis Romæ & religionis summum caput extitisse ait. Hoc autem Tarquinius Priscus vouit, Tarquinius superbus ædificare cœpit, sed regno disturbatus perficere nequiuit, dedicauit autem Horatius Puluillus. Quod tanta apud Romanos venerationis fuit, vt quisquis populo Romano gratificari vellet, Io-

Iupiter Optim.max. Marlian.l. 2.c.p.3.

Li.3.c.17. Cor. Tacit. li.19. Annalium. Marlia. li. 2.cap.3. Ta.l.3.c.10

uis

uis Optimi Maximi templum honoraret, ornaretque. Carthaginenses enim, S.P.Q.R. victoriam de Samnitibus, auctore Marliano, gratulaturi, auream coronam Ioui Maximo transmiserunt. Et Philippi regis legati vt in Capitolio sacrificare, & Ioui Optimo Maximo ex auro dona ponere liceret, à Senatu petiuerunt: quod cùm ipsis permitteretur, coronam ex auro centum pondo obtulerunt. Quod cæteri etiam principes & florentissimarum Rerumpublicarum magistratus, quia Romanis gratum esse videbant, imitabantur. Sicut de Antiocho rege narrat Cicero, quod candelabrum è gemmis clarissimis opere mirabili perfectum, in Capitolio ponere Ioui Optimo Maximo voluerit, nisi Verres in Sicilia intercepisset. Quod eius tam nefarium, tam impium, tam crudele facinus perstricturus: Multi, inquit Reges, multæ liberæ ciuitates, multi priuati, opulenti, ac potentes habent profectò in animo Capitolium sic exornare, vt templi dignitas, Imperijque nostri nomen desiderat. Qui si intellexerint interuerso regali hoc dono grauiter vos tulisse, grata fore vobis populoque Romano sua studia ac dona arbitrabuntur, sin hoc vos in Rege tam nobili, in re tam eximia, in iniuria tam acerba neglexisse audierint, non erunt tam amentes, vt operam, curam, pecuniam impendant in eas res, quas vobis gratas fore nō arbitrentur. Persarum quoque Rex ab extremis Indis allatum Pallium

August. l. 3. de ciui. Dei, c. 12.

misisse fertur, ad quod aliæ vestes admotæ, ci-
Plinius li. 15. cap. 30. neris diuini fulgoris colorem attraherent. Ipsi quoque Romani quotiescunque prouinciam, aut vrbem Imperio suo adiecerant, laurum in Iouis Optimi Maximi gremium, gratias acturi, deponebant. Quo pertinet illud Probi ad Senatum Populumque Roman. apud *Vopiscum*: Coronas quas mihi obtulerũt omnes Galliæ ciuitates aureas, vestræ patres Consc. clementiæ dedicaui: & has Ioui Optimo maximo, cæterisque dijs immortalibus cõsecrate. Qua ex re factum est, vt totum Capitolium in maximum splendorem excresceret, & quantum diuinæ res humanas: tantum hoc templum cætera mundi miracula superaret, Iouisque terrestre domicilium vocaretur. Quę hodiè omnia nuda relictaque cernuntur, inquit Marlianus. Eius autem veneratio & impius cultus tantus fuit, vt verus Deus amplius tolerare non posset. Quare non semel, sed sæpius fulmine ictum conflagrauit. Etsi omnes illi qui prudentiores cęteri dici & haberi volebant, diuinitùs quidem fieri illam flammam asserebant, sed ab ipso Ioue, quòd sublimius magnificentiusque desideraret. Impietatem sui erroris, auctore Lactantio, pertinaci stultitia augentes, qui templum cælesti iudicio damnatum, restituere contra fas omne cõtenderint. Ipsius etiam Iouis ministri, & sacerdotes maximæ apud Romanos auctoritatis fuisse videntur: quippe de quorum consilio grauioribus in rebus sententiam capere tã ipsi

Alexã. Sar- dus l. 3. ca. 11. de moribus gẽtiũ.

Li. 2. ca. 3. & cap. 10.

Li. 3. c. 17.

Euseb. l. 4. c. 1. præpar Euang.

Alludit Nicephor. li. 7. hist. eccles. cap. 33.

ipsi Principes quàm senatus solebat. Zonoras enim auctor est, quod Constantinus Imperator cùm propter corpus morbidum, & pranorum humorum redundantiam, à medicis curari non posset, Iouis Capitolini sacerdotes de morbo suo consuluerit, qui etiam responderint, nulla alia ratione curari posse, quàm si in calido infantum sanguine lauaretur. Non leuiter tamen transeundum est, quòd Tarquinius Ioui optimo Maximo templum extructurus, ne quid in auspicato fieret, primò augures de loco consuluit, & cùm ab his designatus locus aliorum iam pridem Deorum tēpla haberet, ac præoccupatus esset, sacrificijs quibusdam eos inuitare cogebatur, vt Ioui cederent. Etsi id Terminus & Iuuentus nequaquam facere voluerunt. Quod optimum Romanis visum est augurium, quasi imperium Romanum nec termino vllo, ne senectute, labefactandum foret, sed hoc æternum cum religione significaretur, vnde Poeta:

Idem in confessione sua Constant. apertè fatetur.
Zonor. l. 3. Annalium.
Marl. li. 2. cap. 5.
Quare Terminus Ioui cedere noluerit.
Ridet tamē hoc augurium August. li. 4. de ciuitate Dei, c. 29.

Quid noua cum fierent capitolia? nempe Deorum
Cuncta Ioui cessit turba, locumq; dedit:
Terminus, vt veteres memorant, inuentus in æde
Restitit, & magno cum Ioue templa tenet.

Romanum imperium perpetuum.

Vtrumque quidem hoc & à Romanis creditum est, & Sybillinis versibus promissum. Sicut Firmianus Lactantius libro septimo institutionum, ca. 25. probat, incolumi vrbe Roma, lapsum ruinamq; orbis minimè esse metuendam: at verò cùm caput illud orbis ceciderit, & ῥύμη esse cœperit, quod Sibyllæ fore

Roma collapsa, extremū iudiciū imminebit.

Hh 5 aiunt,

Digitized by Google

aiunt, non esse dubium amplius, iam venisse finem rebus humanis, orbisq; terrarum. Quare, inquit, precandus Deus est, si tamen statuta eius & placita differri possunt, ne citiùs quam putemus, tyrannus ille abominandus veniat, qui tantùm facinus moliatur, ac lumen illud effodiat, cuius& intiritu mundus ipse lapsurus est. Rursus c. 15. eiusdē lib, postquàm multa de extremo iudicij die disseruit; nimirum quod vltimis temporibus impietas, auaritia, libido sic crebrescent, vt si qui forte boni superfuerint, prædæ sint sceleratis, & diuexentur vndique ab iniustis, vt non fides in hominibus, non pax, non humanitas, non pudor, non veritas reperiatur, confundetur omne ius, intereantque leges, omnis terra tumultuetur, fremant vndique bella, omnes gentes in armis sunt, & ciuitates finitimæ inter se prælientur: statim subiungit: Cuius vastitatis & confusionis hæc causa erit, quod Romanum nomen, quo nunc regitur orbis (horret animus dicere, sed dicam quia futurum est) tolletur de terra, & imperium in Asiam reuertetur, ac rursus oriens dominabitur, & seruiet Occidens. Tertullianus hoc ipsum confirmare videtur: Est, inquit, & alia maior necessitas nobis pro imperatoribus orandi, & pro omni statu imperij, rebusque Romanis: quod vim maximam vniuerso orbi imminentem, ipsamque clausulam seculi, acerbitates horrendas comminantem, Romani imperij comeatu scimus retardari

Quid saluū est, si Roma perit. Hierō. ad Gerontiam demonogamia.

Romani imperij interitus vnde authore Lactā colligendus. Hæc deprompta vi dentur ex Esdra c. 5. 6. & 15.

Apologet. cap. 32.

Li. 4. Esd. cc. 15. inter cæteras causas & signa refertur. qui homine fu.

dari. Itaque nolumus experiri, & dum precamur, differri, Romanæ diuturnitati fauemus. Beatus quoq; Ambros. in caput secundũ posterioris epistolæ Paulinæ ad Thessalonicenses, pulchra hac eadem de re quædam testata reliquit. Quanquam Sanctus Benedictus prædixisse legitur; quod Roma nõ exterminabitur à gentibus, sed tempestatibus, & terræmotibus fatigata, in semetipsa, vt Gregorius loquitur, marcescet.

futuri fu[illegible] superbi [illegible] [illegible]tes, & alij alijs inua lescentes, regẽ principesque suos nõ curabunt.

Grego. l. 2. dialo. c. 15.

De Iunone Iuga, & Dea viriplaca.

QVia imperiũ sine legitima maris & fœminæ coniũctione, quę matrimoniũ vocatur, diu conseruari non potest, plurimũq; refert, quibus quisq; iungatur: ergò Iunonem etiam Iugam venerabãtur, castas morigeras, & probas vxores vt acciperent, ac puellæ, quã amabãt, animũ ipsis conciliaret. Lege enim cautũ erat; vim ingenuę virgini inferre, aut suasione in tuam sententiã trahere caueto. Nam vtrũq; & violentè, & frauduléter, siue blanditijs, atque artibus quibusdã virginum viduarumq; pudicitiam attrectare, expugnareq;, grauissimis pœnis prohibitum erat. Præsertim si deo eam consecrauissent, quod tũc non solũ ad iniuriam hominũ, verumetiam Dei irreuerétiã deliquisse viderétur. Puellæ verò nubiles frequenter in téplo eius cubare solebãt, omen futuri mariti accepturæ, sicut apud Atticos ante connubiũ Dianę cõsecrabãtur: & apud Macedones, Gręcosq; ante aras Deorũ à Cereris sacerdotio magna religiõe, vt fortunatę essẽt nu-

Marl. li. 2. cap. vlt.

Vide §. ite lex Iulia. instit. de publicis iudic. Cic. lib. 2. de legibus.

Digitized by Google

aiunt, non esse dubium amplius, iam venisse finem rebus humanis, orbiq; terrarum. Quare, inquit, precandus Deus est, si tamen statuta eius & placita differri possunt, ne citiùs quam putemus, tyrannus ille abominandus veniat, qui tantùm facinus moliatur, ac lumen illud effodiat, cuius& intiritu mundus ipse lapsurus est. Rursusc. 15. eiusdẽ lib, postquàm multa de extremo iudicij die disseruit; nimirum quod vltimis temporibus impietas, auaritia, libido sic crebrescent, vt si qui forte boni superfuerint, prædæ sint sceleratis, & diuexentur vndique ab iniustis, vt non fides in hominibus, non pax, non humanitas, non pudor, non veritas reperiatur, confundetur omne ius, intereantque leges, omnis terra tumultuetur, fremant vndique bella, omnes gentes in armis sunt, & ciuitates finitimæ inter se prælientur: statim subiungit: Cuius vastitatis & confusionis hæc causa erit, quod Romanum nomen, quo nunc regitur orbis (horret animus dicere, sed dicam quia futurum est) tolletur de terra, & imperium in Asiam reuertetur, ac rursus oriens dominabitur, & seruiet Occidens. Tertullianus hoc ipsum confirmare videtur: Est, inquit, & alia maior necessitas nobis pro imperatoribus orandi, & pro omni statu imperij, rebusque Romanis: quod vim maximam vniuerso orbi imminentem, ipsamque clausulam seculi, acerbitates horrendas comminantem, Romani imperij comeatu scimus retardari

Quid saluũ est, si Roma perit. Hierõ. ad Gerontiam demonogamia.

Romani imperij interitus vnde auctore Lactã colligendus.

Hæc depromptavidentur ex Esdræ c. 5. 6. & 15.

Apologet. cap. 32.

Li. 4. Esd. c. 15. inter cæteras causas & signa refertur qui homine fu-

i. Itaque nolumus experiri, & dum precar, differri, Romanæ diuturnitati faueas. Beatus quoq; Ambros. in caput secundû terioris epistolæ Paulinæ ad Thessalonicenses, pulchra hac eadem de re quædam ata reliquit. Quanquam Sanctus Benedis prædixisse legitur; quod Roma nô exterminabitur à gentibus, sed tempestatibus, & ræmotibus fatigata, in semetipsa, vt Gregorius loquitur, marcescet.

futuri fuo superbi & ... tes, & alij alijs inuale scentes, regê principesque suos nô curabunt. Grego. l. 2. dialo. c15.

De Iunone Iuga, & Dea viriplaca.

Via imperiû sine legitima maris & fœminæ coniûctione, quę matrimoniû vocatur, conseruari non potest, plurimûq; refert, ibus quisq; iungatur: ergò Iunonem etiam gam venerabâtur, castas morigeras, & pro- vxores vt acciperent, ac puellæ, quâ amat, animû ipsis conciliaret. Lege enim cautû it; vim ingenuę virgini inferre, aut suasione tuam sententiâ trahere caueto. Nam vtrûq; violentè, & fraudulêter, siue blanditijs, at- e artibus quibusdâ virginum viduarumq; dicitiam attrectare, expugnareq;, grauissis pœnis prohibitum erat. Præsertim si deo n consecrauissent, quod tûc non solû ad iniam hominû, verumetiam Dei irreuerêtiâ liquisse viderêtur. Puellæ verò nubiles frenter in têplo eius cubare solebât, omen futi mariti accepturæ, sicut apud Atticos ante nnubiû Dianę côsecrabâtur: & apud Macenes, Gręcosq; ante aras Deorû à Cereris sacerdotio magna religiôe, vt fortunatę essêt nu

Marl. li. 2. cap. vlt.

Vide §. item lex Iulia. instit. de publicis iudic. Cic. lib. 2. de legibus.

ptiæ, coniungebantur: in Thessalia vxorem siue virum accepturi priùs sacrificium offerebant. Multò per Deum immortalem rectiùs, quàm hoc tempore plerique Christiani, opes solummodò, formam, & progeniem considerant, ne quid dicam turpius, de pietate, modestia, religione & moribus nihil omnino curant. Vt nō mirum sit, tam ipsis infelicia matrimonia euenire, & præter modicam voluptatem, perpetuam miseriam, atque cruciatus amarissimos. Pulchrum enim est illud Poetæ:

Sors potior muliere proba non obtigit vnquam
Vlla viro, contraq́; mala nil tetrius vsquam est.

Et illud:

Prou.c.19. *Thesaurus est malorum mulier mala,*
De Abrah. *Feris omnibus immitior mulier mala.*

lib.1.ca.19. Vt verè dixerit Salomon: Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à domino autē vxor prudens. Primum, inquit B. Amb in coniugio religio quæratur, deinde disce quod non aurum, non argentum quæsiuit Abraham, non possessiones, sed gratiam bonæ indolis. Et ideò caue Christiane, gentilem, aut Iudæam, aut hæreticam, aut omnem alienam à fide tua vxorem accersas tibi, &c. Verùm quia inter optimos etiam coniuges certis de rebus aliquando leuiores controuersiæ oriuntur, quæ nisi maturè comprimantur, odium, repudium, & grauissima mala producūt: idcircò Viriplacam Deam quæ Græcis ζυγία dicitur introduxerunt, atque sacellum, in palatio consecrauerunt, in

Valer. l.2. cap.1. Marlia l.3. ca.3. Clemens Alexand. l.4. Stroma.

quod si discordes coniuges venirent, concordes domum reuerterentur.

Nam meliùs nec præstantius vllum est,
Concordes quàm cum in tecto versantur eodem,
Vir simul & mulier.

Quam tamen Deam, nisi à prestantiori nomine ducere maluissent. Vxoriplacam fortasse meliùs appellare potuissent: non est enim omnium & frequentius, & grauius, & diuturnius, quàm odium & ira mulieris. *Marl. lib. 3. cap. 2.*

De Victoria.

Onstituta Reipublica, & fundato iam imperio, de ornando atq; conseruando eodẽ diligenter considerare cœperunt. Ergò cùm multa præclarè feliciterque armis gessissent, victoriamque sæpiùs de hostibus potentissimis reportassent: ne dijs immortalibus ingrati existerent, proptereaque minùs prosperis successibus vterentur, Victoriæ templum in palatio extruxerũt. Fortè quod Iudæis & maioribus suis Ianigenis hunc morem fuisse acceperant, vt pro huiusmodi beneficijs maximas Deo suo gratias agerẽt, preces, hymnos, sacrificia offerrent. *D. Amb. li. 5. epist. 30. & 31. Aug. li. 1. de ciuit. dei, c. 14. & c. 17. multa de victoria Dea disserit. Et Prudent. l. 2. cont. Sym. à solo Christiano deo victoriam prouenirè affirmat.*

De Pace & Concordia.

ET Pax, quæ cęlum ipsum terramque tueri veteribus scriptoribus prædicatur, victores Romanos amaret, ac cum ipsis morari imperare dignaretur, maxima eam veneratione colebant. Cuius quidem templum nato Saluatore, & Domino nostro Christo Iesu, tempore Augusti Cæsaris corruisse legitur: vt ho- *Augusti. li. 3. ciuitatis Dei c. 25. & 26.*

mines tandem cognoſcerent, promiſſum Pacis principem eſſe ortum, nec ampliùs alibi veram pacem quęrerēt Hoc Claudius Imperator reſtituere cœpit, & Veſpaſianus poſt bella ciuilia abſoluit, quare à Plinio templū Veſpaſiani vocatur. Eo nimirùm loco extructum, vbi templum Concordiæ priùs fuerat, quia nec paci inter diſcordes locus eſt, nec in concordia diù perſeuerant homines, niſi pacis vinculo conſtringantur. Quod poſtquàm pro dignitate tanti nominis (quippè quo non ſolùm homines, auctore Cicerone, verum etiam terra, agri, & beluæ lætantur) pulcherrimè exornatum erat, vt nullum vel locupletiùs vel præſtantiùs haberetur: præter expectationem grauiſsimo omnium dolore igne aſſumptum eſt: eiuſdemque ruina & interitus tantò omnibus grauior videbatur, quantò minus vnde is pernitioſiſtimus ignis exortus eſſet, cognoſcere licebat: niſi quod ex terræmotu, qui eadem hora fuerat, colliſos lapides ignem expreſsiſſe abitrarētur. Ego autem iuſta veri Dei ira & vltione id accidiſſe arbitror: Nam vaſa ſacra atque ornamenta templi Hieroſolymitani ibi profanabantur, quę Veſpaſianus à Tito aſportata iſtic collocârat. Quanquàm enim Iudæos propter rebellionē caſtigare, & ob grauiſsima in filium Dei perpetrata flagitia, rectè fortaſsis punire poterat Imperator: tamen ſacris vſibus deſtinata vaſa profanare, & verum Dei cultū in idololatriā conuertere, nulla ratione permiſſum fuit.

Marl. lib. 3. cap. 11.

Li. 36. c. 15.

Marl. lib. 3. cap. 11.

Marlia. & P. Laetus.

Iam

m verò quàm grauiter ſemper puniti ſint, iidolorum etiam templa ſpoliarent, Gaarum Phocentium, Scipionis, &c. miſerales exitus apertè teſtantur:& *Lactantius* lib. ap.8.fuſiùs demonſtrat. Nec minori religiie Concordiam venerabātur, vt ipſum imrium ſemper incrementum ſumeret, in one tempus ſine mutatione fœliciter durarum. Nam & res paruæ concordia in imenſum excreſcunt, magnæque iam effectæ nſeruantur, & diſcordia quantumuis mag: & præſtantes facilè dilabuntur. Nec vlla opemodum res maiori curæ magiſtratui ſe debet, quàm vt eodem iure omnes ciues imorum conſentiente volnutate atq; conrdia conſeruentur : alioqui enim & ipſius agiſtratus auctoritas, integritasque iudicium & omnia iuris vincula diſſoluuntur. æc autem Dea à corde congruente dicta, ſoquicquid in orbe eſt augere & conſeruare edebatur, proptereaq; Senatùs frequenter ıs in templo habebatur, & crebrò tam de ligione & cultu Deorum, quàm ſalute Reiblicæ liberè ad populum conciones fiebāt, . enim Cicero quinta Philippica. Illud ve-, inquit, teterrimum auditu eſt, non modò ɔectu, in cella Concordiæ collocari armas, latrones, ſicarios, è templo carcerē fieri, ertis valuis Cōcordię, cū inter ſubſellia Setus verſarētur latrones, patres conſcriptos ıtētias dicere, & Philippica ſeptima: Equitū omanorū occulta fuit voluntas, iudiciūque

Huc pertinet c.25.l.3. de ciui. dei Augustini & ibi Viues Mar.l.2.c.5.

Idē indicat Lamprid. in Alexandr.

de M.

de M. Antonio? qui frequentissimi in gradibus Concordiæ steterunt, qui vos ad libertatem recuperandam incitauerunt, arma, saga, bellum flagitauerunt, me vnà cum populo Romano in concionem vocauerunt, &c.

De Fortuna.

Vale. Max. lib. 1. cap. 8. Lactant. l. 3. cap. 29.

SEd quia præter humanam expectationem plurimum euenire videbantur, quorum abditas causas perscrutari nequibant, eum omnia Fortunæ attribuerunt. Quam idcircò quidam filium Iouis appellabãt, quidam præpotentem & benignam Deam esse finxerunt. Iuuenalis enim:

Nullum numen abest si sit sapientia: sed te
Nos facimus fortuna Deam, cæloq; locamus.

Mar. l. 5. c. 8

Et in Commentarijs suis Cæsar: Multum, inquit, cùm omnibus in rebus, tum in re militari fortuna potest. Vt igitur ipsa quoque illis faueret, aliorumque Deorum piæ in Rempublicam Romanam voluntati non repugnaret, varia ei templa & sacra instituerunt. Seru. verò Tullius, Paruæ Fortunæ etiam templum superaddidit, significaturus, nihil tam paruũ in rebus humanis accidere posse, quod nos dijs acceptum referre oporteat. Alexan. lib. 1. gen. dier. cap. 13. putat eum hoc fecisse, quòd cum humili loco natus esset, eius beneficio regnum se accepisse crederet. Quanquam Cicero & longè veriùs & cordatiùs loqui atque sentire videtur. Ait enim libro de finibus bonorum & malorum. 1. Nihil turpiùs, quàm fieri sine causa quicquam dicere. Vnde & pulchra quãdã

apud

Digitized by Google

apud Atistotelem libro secundo περὶ ἀκροάσεως φυσικῆς disputantur. Rursus libro tertio de natura Deorum Cicero. Fortunam nemo à temeritate & inconstantia seiunget, quæ digna certè non sunt Deo, Pulcherrimè autem libro secundo de diuinatione: Causam inuestigato in re noua atque admirabili si potes: sin nullam reperies, illud tamen exploratum habeto, nihil fieri potuisse sine causa. Et lib. 5. Tusc. quæst. repræhēdit Theop. quod nimiū fortunæ tribueret. Quā fortunā 13. Philippica cęcam appellat. Lactantius imperpetuam humani generis vexatricem nuncupat. Simulacrum verò fortunæ cum copia & gubernaculo fingebant, tanquam hęc opes tribueret, humanarumque rerum regimen obtineret. Quā ·orum nimis absurdam opinionem pulchrè efutat Firmianus Lactantius: Non inuident, inquit, quod ipsi nesciunt, nobis aperuit eritatem Deus: qui sicut scimus nihil Te fortunam, ita scimus esse prauum & bdolum spiritum, qui sit inimicus bos, hostisque iustitiæ, qui contraria faciquàm Deus. Stultitia, error, & cæcitas, noratioque rerum, atque causarum, nomiinduxit fortunę. Nihil verò in terra fit sine ısa. *Lactan. l. 3. cap. 29.* *August. l. 4. de ciuit. dei c. 18. & c. 19* *Iob. cap. 5.*

De Conso, bono euentu & Matuta.

)Vandoquidem maiores suos saluberrimis consilijs & auertisse mala, & bona quæ non accepturos credebant, consecutos tan sciebant esse; Conso, qui consiliorum præses,

præses, Deus & auctor putabatur, celebre etiã templum extruxerunt, in circo maximo sub tecto, quia consilia secreta & tecta esse oportet, vt quando de Iurisprudentia disserendum erit, fusius comprobabitur. Sed cùm boni alicuius acquirendi, & auertendi mali gratia, cõsilium omne ab hominibus suscipiatur, eodẽ propemodùm in loco Bono euẽtui templum consecrârunt. Credebant enim, quòd etsi diuina voluntas humana industria non posset superari: tamen & ipsa consilia & felicem exitum à dijs prouenire. Deinde quia tẽpus matutinum consilijs rectè capiendis per quàm accommodatum est, vt prouerbium indicat: Mane consilium: iccircò Matutam, matutini temporis præsidem introduxerunt.

Marl. lib. 4. cap. 8.

De Spe, de quiete, & alijs Dijs.

MVltis etiam sacris Spem venerabantur Romani, vt ciues periculosis tẽporibus certa spe potiundæ victoriæ, & recuperandæ libertatis rerumq́, optimarum expectatione incitati, Rempublicam, aduersus malorum hominũ impios conatus & hostiles impetus fortiter propugnarãt. Quapropter pietatem & virtutem Spei adiungebant, ob quæ datur homini ascensus in cælum. Paulus enim apud Ciceronem Africano viam demonstraturus, qua corporis vinculis carnisque custodia liberari, & in cælum citò immigrare posset: iustitiam, inquit, cole: & pietatem, hæc enim vita via est in cælum,

Aug. l. 4. c. 20. de ciuit. Dei.

De

De Quiete.

QVietis templum quod extra portam erat, in vrbem recipere noluerunt Romani: tũ quod hoc animi bellicosi & inquietis iuditiũ esset: tum etiam vt discerent, istorum idolorum cultores quietem animi non habere, quã solus Deus verus præstat Augustinus lib.4.ca 16.Ciuitat. Dei. Porro non solum beneficos Deos Romani colebant, sed eos etiam qui publicè priuatimque lædere & humano generi nocere credebantur. Vt omnem iram malitiamque, sacrificijs & publico honore, affecti, deponerent, vel saltem mitiùs puniret nocerentque. Tãtus illorum error fuit, inquit Cicero, vt perniciosis etiam rebus non modò nomen deorum tribueretur, sed etiam sacra constituerentur, vt Pebris fanum in Palatio, & malæ Fortunæ aram Esquilijs consecratam videmus. Et Valerius: cæteros quidem ad benefaciendum venerabantur, Febrem ad minus nocendum, templis colebant. Hac enim fraude diabolum eos decepisse, suprà à me demonstratum est, vt iam benefaciendo, iam puniendo, nocendoque suum impium cultum constitueret, verique Dei notitiam & veram Ianigenarũ doctrinam prorsus euerteret. Credebant etiam Romani, quod singulis ciuitatibus peculiares dij præsiderent, qui eas & cõseruare & perdere possent. Ideoque vrbẽ aliquã bello & armis petitur, primò omniũ per sacerdotes Deum, in cuius tutela id op-

In somnium Scipionis. Narlia.li. 3. cap.3. August.li.1. de consensu Euangelistarum. Lib.3.de natura deor. Valer.lib.2. cap.2.

Huc allusit Symma. ad Valentinia. imperator. apud Amb.l. 5.epistol. & Tertull.apolog.cap. 28 Vives in cap. 22.lib.2. de ciui Dei Augustini.

Digitized by Google

id oppidum erat, euocabant: orantes ne imperio & fœlicitati Romanorum ipse repugnaret. Longe etiam maiorem cultum maioresque honores quám eo loco haberet, Romæ consecuturum promittebant, vel si ibi permanere mallet, longe celebriora templa, & sacra ibi se extructuros recipiebant. Qua de causa Vetenses authore Liuio ignari se iam à suis vatibus, & externis oraculis proditos, iam Deos suos, votis ex vrbe sua euocatos hostium templa nouasque sedes spectare in muros pro se quisque frustrà discurrunt. Proptereaque nomen eius Dei qui imperatrici vrbi Romæ præsidebat, sacro silentio occultabatur, ne hostes Romanorú, eodem consilio vsi, illum similiter fortè euocarent. Et hinc est quod prudentius noster primò quidem paucos Romę Deos fuisse scribit, sed:

Meminit huius quoque Val. l. 1. c. 8. & Lactant. lib. 2. ca. 17. Plin. li. 28. c. 2. Alex. in li. 2. genial. dier. ca. 22. & li. 6. c. 4.

Lib. 2. cont. Symmach.

Innumeros pòst deinde Deos, virtute subactis
Vrbibus ex claris, peperit sibi Roma triumphis.
Inter fumantes templorum armata ruinas
Dextera victoris, simulacra hostilia cepit,
Et captiua domum, venerans ceu numina, vexit

Videntur etiam cum ipsis dijs aliquos sacerdotes secum abduxisse, qui sacrorum illorum rationem callerent: Cicero enim pro Balbo ait, Cereris Græca sacra per Græcos sacerdotes curata fuisse. Tandem viuis quoque diuinos honores detulerunt: & templa etiam Proconsulibus, decernebant, Augustus verò Cæsar, nec diuinum honorem recipere, nec statuas volebat. Interrogataque ab eo Sibylla fertur,

Suetonius in vita.

Digitized by Google

fertur, vtrùm honores cultúsque diuinos à Senatu populoque Romano oblatos vsurpare deberet, illa vt ab huiusmodi impietate eũ deterreret, clara luce nuper natum Regem tantummodò adorandum in genitricis brachijs demóstrabat. Quare Augustus non solùm tales honores repudiauit, sed locum quoque istum consecratum, Aram cæli vocabat.

Vnde in Ara cæli Romæ hic versus leguntur:

Vnum erat Imperium mundi, dominator & vnus,
Falleris, at non tu Roma, sed ipse Deus.
Quem tulit Augusto Cumana puella videndum,
Rector erat primus, ipse secundus erat.
Hic locus est, vbi vidit, vbi rex credidit ara,
Cæli facta domus Regis, & aula Dei.

Quod tamen Augusto Cæsari viuo multi diuinos honores detulerint, indicat Horatius libro 2. epistola 1.Ættereà, Simoni Mago, dũ viueret, Romani diuinam statuam inter cęteros Deos suos. Auctore Eusebio, posuerunt.

Euseb. l. 4. cap. 14.

Cùm ergò maxima, opulentissimaque regna, & infinitas vrbes hoc modo (vt illi quidẽ opinabantur) superâssent, singulis verò Dijs peculiaria templa & sacra constituere nõ possent: omnibus reliquis vnum maximum sacratissimumque templum erexerunt, quod πάνθειον appellabant. Quod templũ, postquàm vera Christiana religio mundum illustrauit, cura Bonifacij Pontificis Maximi, & decreto Phocę Imperatoris in honorem Dei genetricis, perpetuaque virginis Mariæ, & omnium

Pantheum fulmine disiectum diruendum quae aliquando fuisse refert Euseb. li. 4. præpar. euang. cap. 1.

 sancto-

ſanctorum conſecratum fuit. Priſci ergò Romani, quando vetus Ianigenarũ doctrina nondùm ſuperſtitionibus, & cultu falſorum Deorum oppreſſa erat, diligenter curabant, ne quis priuata ſuperſtitione Deos confingeret, neue aliundè eos acciret. Sic enim in legibus quæ Romulo, vrbis auctori, aſſcribũtur, præceptum extat: Deos peregrinos præter Faunũ ne colunto. Confuſionem religionis eſſe iudicantes, ſi aut noui aut peregrini Dij, pro vniuſcuiusque voluntate, colerentur.

Nec priuata cuiuſquam in domo ſacella, peculiareſue ritus, atque cæremonias patiebantur: vt pulchrè declarat Cicero, & hæc eorum lex apertè teſtatur: Separatim nemo habeſcat deos, neue nouos, ſed nec aduenas, niſi publicè adſcitos, priuatim colunto. Nec enim ipſis obſcurum erat, quòd Græcorum ſapientiſsimis Athenienſibus, cùm Apollinem conſuluiſſent, quas potiſsimùm religiones tenerent; reſponſum erat; vt eas retinerent, quę eſſent in more Maiorum: cùm verò morem Maiorum dixiſſent ſæpè eſſe mutatum, quæſiſſentque, quem potiſsimum ſequerentur ex varijs, reſponſum erat optimum. Quapropter Athenienſes grauiſsimè prohibuerãt, ne quis peregrinos ignotoſque Deos introduceret. Paulatim tamen ſaluberrimę leges de nõ mutanda religione, deq; priuatis eorum dijs, obliteratæ fuerũt, vt quiduis Romæ colere liceret. Quod autẽ Tyberio Cęſari Chriſtũ Ieſum in Deorũ Romanorũ numerum referre non permi-

Cicero eodem.

Ioseph. li. 2. con. Appio.

Tertull. apolog. c. 5. Euseb. l. 2. cap. 2.

rmiserint, varijs id quidem de causis accisse putatur. Ne enim Deorum multitudo in contemptum abiret, aliquando viri prudentiores ad veteres de religione leges respicient. Deinde priuata auctoritate citra S.P.Q.R. decretum Tyberius Christum Deum facere cupiebat, cùm ex veteri decreto nulli imperatori Deum aliquem consecrare liceret, nisi priùs auctoritas Senatus accederet. B. Augustinus scriptum reliquit, quod etsi omnium ferè gentium Deus, etiam malos qui publicè noxerent, libenter reciperent Romani: verum tamen Deum, quem soli Iudæi colebant, recipere noluerint, quod intelligerent eum consortis impatientem esse, sed solum coli velle. Ad hæc vera fidei & religionis acerrimus hostis diabolus, quia eos planè excœcârat, verũ eos Deum colere non permisit. Nec Dominus Deus omnium rerum creator & opifex, qui ab æterno Deus fuit, per homines voluit suę diuinitatis tale testimonium accipere, vndè sequeretur, quod aliquãdo Deus, antequã per hominem creaturam suam cõsecraretur, non fuisset. De Adriano, & Alexandro Seuero narrat Lãpridius, quòd & illi Christo tẽplum extruere, & inter Deos eũ referre vnluerint, nisi prohibiti fuissent ab his, qui oraculũ cõsulentes responsum acceperant, reliqua Deorũ immortalium templa deserenda, omnesque homines Christianos futuros, si hoc eorum propositum perficeretur. Addit, Adrianum in omnibus ciuitatibus templa sine si-

mulacris erexisse, vt in ijs Christus coleretur, quæ suo tempore, quod alios Deos non haberent. Adriani fuerint appellata. Quanquàm igitur Adrianum prædicat Spartianus: quòd Romana sacra diligenter curarit, peregrina verò contépserit: tamen cùm maximas Christi virtutes atque miracula intelligeret, eumque solum coli & adorari velle audiret, peculiaria etiam ipsi templa extruxit, optimeque erga Christianos affectus erat, nisi per diabolum & sceleratissimos homines, auctore Lãpridio, impeditus fuisset. Tandem Constantinus Magnus, adiutore Deo, idolorum cultum apertè damnauit, ac in mortem Christi baptizatus eum solum verum Deum adorare, perpetuo edicto decreuit. Quod non solum ecclesiasticæ historiæ scriptores commemorant, verumetiam ex ipsius Constantini rescripto apertè colligitur: Placuit in omnibus locis, atque vrbibus vniuersis claudi protinùs templa, & accessu vetito omnibus licentiam delinquendi perditis denegari. Volumus etiam sacrificijs cunctos abstinere. Quod si aliqui forte huiusmodi perpetrauerint, gladio vltore sternantur, facultates etiam perempti, Fisco decernimus vendicari : & similiter puniri rectores prouinciarum, si facinora vendicáre neglexerint. Multi tamen insignes philosophi atque magistratus paganismum, & idololatriam acerrimè defendebãt. Symmachus vrbis Præfectus ad Valentinianum Imperatorem Christianum Romam,

Vide Euse. lib. 4. c. 8.

Li. 1. C. de Paganis.

incuit.

Digitized by Google

inquit, nunc putemus assistere, atque his vobiscum agere sermonibus, Optimi Principes patres patriæ, reuere animi annos meos, in quos me pius ritus adduxit, vtar cæremonijs auitis, viuam meo iure, quia libera sum: hic cultus in meas leges orbem redegit, hæc sacra Hannibalem à mœnibus, à Capitolio Senas repulerunt. Ergò dijs patrijs, dijs indigetibus pacem rogamus. Propter hanc enim falsam religionem suam præ cæteris omnibus gentibus se florere, atq; orbis imperium ab his dijs accepisse Romani arbitrabantur. Omniaque malorum genera, ob neglectam religionem patriam, introductumque Christianismum permanâsse in Rempublicam aiebant. quod Iustinus martyr, Tertullianus, Cyprianus, Ambrosius, cęteriqueorthodoxi patres egregiè refellunt. Beatus Augustinus longè maiora Romanum imperium, antequàm Christus nasceretur, perpessum refert, nec falsos Deos, sed verum Christianorum Deum ipsis imperium donasse probat, ob plaeclaras quasdam virtutes, propter quas æternam felicitatem ijs donare nolebat. Nam Assyrijs Persisque, qui tot deos non habebant, imperium Deus olim tribuerat, & Græcis, qui deorum multitudine, & superstitiosis cęremonijs Romanos longè superabant, ademerat. Eusebius verò Romanũ imperium tranquillum & felix permansisse scribit, quàmdiu Christianis fauerent, sed statim vt eos sequerentur, grauissimè illorum Rempublicam fuisse perturbatam,

Recitur ab Amb. l. 5. epistola.

Li. 2. de ciuit. dei, c. 3.

ꝺud Atiſtotelem libro ſecundo περὶ ἀκροάσ εως φυσικῆς diſputantur. Rurſus libro tertio e natura Deorum Cicero. Fortunam nemo à :meritate & inconſtantia ſeiunget, quæ dig- a certè non ſunt Deo, Pulcherrimè autem bro ſecundo de diuinatione: Cauſam inue- igato in re noua atque admirabili ſi poteſ: n nullam reperies, illud tamen exploratum abeto, nihil fieri potuiſſe ſine cauſa. Et lib. 5. 'uſc. quæſt. reprhędit Theop. quod nimiũ ortunæ tribueret. Quã fortunã 13. Philippica ęcam appellat. Lactantius imperpetuam hu- ıani generis vexatricem nuncupat. Simula- rum verò fortunæ cum copia & gubernacu- o fingebant, tanquam hęc opes tribueret, hu- ıanarumque rerum regimen obtineret. Quã orum nimis abſurdam opinionem pulchrè efutat Firmianus Lactantius: Non inuide- nt, inquit, quod ipſi neſciunt, nobis aperuit eritatem Deus: qui ſicut ſcimus nihil ſſe fortunam, ita ſcimus eſſe prauum & ıbdolum ſpiritum, qui ſit inimicus bo- is, hoſtiſque iuſtitiæ, qui contraria faci- t quàm Deus. Stultitia, error, & cæcitas, ;noratioque rerum, atque cauſarum, nomi- a induxit fortunę. Nihil verò in terra fit ſine auſa.

Lactant. l. 3. cap. 29. *Auguſt. l. 4. de ciuit. dei c. 18. & c. 19* *Iob. cap. 5.*

De Conſo, bono euentu & Matuta.

QVandoquidem maiores ſuos ſaluberrimis conſilijs & auertiſſe mala, & bona quæ ſe non accepturos credebant, conſecutos ta- men ſciebant eſſe; Conſo, qui conſiliorum præſes,

præses, Deus & auctor putabatur, celebre etiã templum extruxerunt, in circo maximo sub tecto, quia consilia secreta & tecta esse oportet, vt quando de Iurisprudentia differendum erit, fusius comprobabitur. Sed cùm boni alicuius acquirendi, & auertendi mali gratia, cõsilium omne ab hominibus suscipiatur, eodẽ propemodùm in loco Bono euẽtui templum consecrârunt. Credebant enim, quòd etsi diuina voluntas humana industria non posset superari: tamen & ipsa consilia & felicem exitum à dijs prouniere. Deinde quia tẽpus matutinum consilijs rectè capiendis per quàm accommodatum est, vt prouerbium indicat: Mane consilium: iccircò Matutam, matutini temporis præsidem introduxerunt.

Marl. lib. 4. cap. 8.

De Spe, de quiete, & alijs Dijs.

MVltis etiam sacris Spem venerabantur Romani, vt ciues periculosis tẽporibus certa spe potiundæ victoriæ, & recuperandæ libertatis rerumq́, optimarum expectatione incitati, Rempublicam, aduersus malorum hominũ impios conatus & hostiles impetus fortiter propugnarãt. Quapropter pietatem & virtutem Spei adiungebant, ob quæ datur homini ascensus in cælum. Paulus enim apud Ciceronem Africano viam demonstraturus, qua corporis vinculis carnisque custodia liberari, & in cælum citò immigrare posset: iustitiam, inquit, cole: & pietatem, hæc enim vita via est in cælum,

Aug. l. 4. c. 20. de ciuit. Dei.

De

)Vietis templum quod extra portam erat, in vrbem recipere noluerunt Romani: tũ od hoc animi bellicosi & inquietis iuditiũ :t:tum etiam vt discerent, istorum idolo- n cultores quietem animi non habere,quã ıs Deus verus præstat Augustinus lib.4.ca Ciuitat, Dei. Porro non solum beneficos os Romani colebant, sed eos etiam qui ılicè priuatimque lædere & humano ge- i nocere credebantur. Vt omnem iram iciamque, sacrificijs & publico honore, cti,deponerent, vel saltem mitiùs puniret erentque. Tãtus illorum error fuit,inquit ero, vt perniciosis etiam rebus non modò nen deorum tribueretur, sed etiam sacra stituerentur, vt Pebris fanum in Palatio, ıalæ Fortunæ aram Esquilijs consecratam emus. Et Valerius: cæteros quidem ad be- ciendum venerabantur, Febrem ad mi- nocendum,templis colebant. Hac enim de diabolum eos decepisse, suprà à me de- stratum est, vt iam benefaciendo, iam endo, nocendoque suum impium cul- constitueret, verique Dei notitiam & m Ianigenarũ doctrinam prorsus euer- . Credebant etiam Romani, quod sin- ciuitatibus peculiares dij præsiderent, as & cõseruare & perdere possent. Ideo- rbẽ aliquã bello & armis petitur, primò iũ per sacerdotes Deum, in cuius tutela id op-

In somnium Scipionis. Narlia.li. 3. cap.3. August.li.1. de consensu Euangelistarum. Lib.3.de natura deor. Valer.lib.2. cap.2.

Huc allusit Symma. ad Valentinia. imperator. apud Amb.l. 5.epistol. & Tertull.apolog.cap. 28 Viues in cap. 22.lib.2. de ciui Dei Augustini.

Digitized by Google

id oppidum erat, euocabant: orantes ne imperio & fœlicitati Romanorum ipse repugnaret. Longe etiam maiorem cultum maioresque honores quám eo loco haberet, Romæ consecuturum promittebant, vel si ibi permanere mallet, longe celebriora templa, & sacra ibi se extructuros recipiebant. Qua de causa Vetenses authore Liuio ignari se iam à suis vatibus, & externis oraculis proditos, iam Deos suos, votis ex vrbe sua euocatos hostium templa nouasque sedes spectare in muros pro se quisque frustrà discurrunt. Propterea que nomen eius Dei qui imperatrici vrbi Romæ præsidebat, sacro silentio occultabatur, ne hostes Romanorú, eodem consilio vsi, illum similiter fortè euocarent. Et hinc est quod prudentius noster primò quidem paucos Romę Deos fuisse scribit, sed:

Meminit huius quoque Val. l. 1. c. 8. & Lactant. lib. 2. ca. 17. Plin. li. 28. c. 2. Alex. in li. 2. genial. dier. ca. 22. & li. 6. c. 4.

Lib. 2. cont. Symmach.

Innumeros pòst deinde Deos, virtute subactis
Vrbibus ex claris, peperit sibi Roma triumphis.
Inter fumantes templorum armata ruinas
Dextera victoris, simulacra hostilia cepit,
Et captiua domum, venerans ceu numina, vexit

Videntur etiam cum ipsis dijs aliquos sacerdotes secum abduxisse, qui sacrorum illorum rationem callerent: Cicero enim pro Balbo ait, Cereris Græca sacra per Græcos sacerdotes curata fuisse. Tandem viuis quoque diuinos honores detulerunt: & templa etiam Proconsulibus, decernebant, Augustus verò Cæsar, nec diuinum honorem recipere, nec statuas volebat. Interrogataque ab eo Sibylla fertur,

Suetonius in vita.

ertur, vtrùm honores cultusque diuinos à senatu populoque Romano oblatos vsurpare deberet, illa vt ab huiusmodi impietate eũ deterreret, clara luce nuper natum Regem tantummodò adorandum in genitricis brachijs demõstrabat. Quare Augustus non solùm tales honores repudiauit, sed locum quoque istum consecratum, Aram cæli vocabat.

Vnde in Ara cæli Romæ hic versus leguntur:

Vnum erat Imperium mundi, dominator & vnus,
Falleris, at non tu Roma, sed ipse Deus.
Quem tulit Augusto Cumana puella videndum,
Rector erat primus, ipse secundus erat.
Hic locus est, vbi vidit, vbi rex credidit ara,
Cæli facta domus Regis, & aula Dei.

Quod tamen Augusto Cæsari viuo multi diuinos honores detulerint, indicat Horatius libro 2. epistola 1. Prætereà, Simoni Mago, dũ viueret, Romani diuinam statuam inter cęteros Deos suos. Auctore Eusebio, posuerunt.

Euseb. l. 4. cap. 14.

Pantheum fulmine dictum diruum, quę aliquando fuisse refert Euseb. li. 4. præpar. euang. cap. 1.

Cùm ergò maxima, opulentissimaque regna, & infinitas vrbes hoc modo (vt illi quidẽ opinabantur) superâssent, singulis verò Dijs peculiaria templa & sacra constituere nõ possent: omnibus reliquis vnum maximum sacratissimumque templum erexerunt, quod πάνθεον appellabant. Quod templũ, postquàm vera Christiana religio mundum illustrauit, cura Bonifacij Pontificis Maximi, & decreto Phocę Imperatoris in honorem Dei genetricis, perpetuaque virginis Mariæ, & omnium sancto-

sanctorum consecratum fuit. Prisci ergò Romani, quando vetus Ianigenarũ doctrina nondùm superstitionibus, & cultu falsorum Deorum oppressa erat, diligenter curabant, ne quis priuata superstitione Deos confingeret, neue aliundè eos acciret. Sic enim in legibus quæ Romulo, vrbis auctori, asscribũtur, præceptum extat: Deos peregrinos præter Faunũ ne colunto. Confusionem religionis esse iudicantes, si aut noui aut peregrini Dij, pro vniuscuiusque voluntate, colerentur.

Nec priuata cuiusquam in domo sacella, peculiaresue ritus, atque cæremonias patiebantur: vt pulchrè declarat Cicero, & hæc eorum lex apertè testatur: Separatim nemo habescat deos, neue nouos, sed nec aduenas, nisi publicè adscitos, priuatim colunto. Nec enim ipsis obscurum erat, quòd Græcorum sapientissimis Atheniensibus, cùm Apollinem consuluissent, quas potissimùm religiones tenerent; responsum erat; vt eas retinerent, quę essent in more Maiorum: cùm verò morem Maiorum dixissent sæpè esse mutatum, quæsissentque, quem potissimum sequerentur ex varijs, responsum erat optimum. Quapropter Athenienses grauissimè prohibuerãt, ne quis peregrinos ignotosque Deos introduceret. Paulatim tamen saluberrimę leges de nõ mutanda religione, deq; priuatis eorum dijs, obliteratæ fuerũt, vt quiduis Romæ colere liceret. Quod autẽ Tyberio Cęsari Christũ Iesum in Deorũ Romanorũ numerum referre non permi-

Cicero eodem.

Ioseph. li. 2. con. Appio.

Tertull. apolog. c. 5. Euseb. l. 2. cap. 2.

Digitized by Google

rmiſerint, varijs id quidem de cauſis acci-
ſſe putatur. Ne enim Deorum multitudo in
ntemptum abiret, aliquando viri pruden-
ores ad veteres de religione leges reſpicie-
t. Deinde priuata auctoritate citra S.P.Q.R.
cretum Tyberius Chriſtum Deum facere
piebat, cùm ex veteri decreto nulli impe-
ori Deum aliquem conſecrare liceret, niſi
ùs auctoritas Senatus accederet. B. Auguſti-
s ſcriptum reliquit, quod etſi omnium fe-
gentium Deus, etiam malos qui publicè no
ent, libenter reciperent Romani: verum
nen Deum, quem ſoli Iudæi colebant, reci-
e noluerint, quod intelligerent eum con-
tis impatientem eſſe, ſed ſolum coli velle.
hæc vera fidei & religionis acerrimus ho-
diabolus, quia eos planè excœcârat, verū
Deum colere non permiſit. Nec Domi-
Deus omnium rerum creator & opifex,
ab æterno Deus fuit, per homines voluit
diuinitatis tale teſtimonium accipere, vn-
equeretur, quod aliquādo Deus, antequā
hominem creaturam ſuam cōſecraretur,
fuiſſet. De Adriano, & Alexandro Seuero
at Lāpridius, quòd & illi Chriſto tēplum
uere, & inter Deos eū referre voluerint,
rohibiti fuiſſent ab his, qui oraculū cōſu
s reſponſum acceperant, reliqua Deorū
ortalium templa deſerenda, omneſque
ines Chriſtianos futuros, ſi hoc eo-
propoſitum perficeretur. Addit, Adria-
in omnibus ciuitatibus templa ſine ſi-

Digitized by Google

ait, nunc putemus assistere, atque his vo-
um agere sermonibus, Optimi Principes Recitur
es patriæ, reuere animi annos meos, in ab Amb.l.
os me pius ritus adduxit, vtar cæremonijs 5.epistola.
is, viuam meo iure, quia libera sum: hic
tus in meas leges orbem redegit, hæc sacra
nnibalem à mœnibus, à Capitolio Senas
ulerunt. Ergò dijs patrijs, dijs indigétibus
em rogamus. Propter hanc enim falsam
igionem suam præ cæteris omnibus genti-
s se florere, atq; orbis imperium ab his dijs Li.2.de ci-
cepisse Romani arbitrabantur. Omniaque uit.dei,c.3.
alorum genera, ob neglectam religionem
triam, introductumque Christianismum
ermanâsse in Rempublicam aiebant. quod
stinus martyr, Tertullianus, Cyprianus,
mbrosius, cęterique orthodoxi patres egre-
è refellunt. Beatus Augustinus longè maio-
Romanum imperium, antequàm Christus
asceretur, perpessum refert, nec falsos Deos,
ed verum Christianorum Deum ipsis impe-
ium donasse probat, ob plæclaras quasdam
irtutes, propter quas æternam felicitatem
js donare nolebat. Nam Assyrijs Persisque,
qui tot deos non habebant, imperium Deus
olim tribuerat, & Græcis, qui deorum multi-
tudine, & superstitiosis cęremonijs Romanos
longè superabant, ademerat. Eusebius ve-
rò Romanũ imperium tranquillum & felix
permansisse scribit, quàmdiu Christianis fa-
uerent, sed statim vt eos sequerentur, grauis-
simè illorum Rempublicam fuisse perturba-

tam, vt apertè cernerent verũ Deum pro sua ecclesię cõtra tyrannos decertare. Etsi diabolus per suos satellites varijs eam modis opprimere, ac inuisam reddere conabatur, Nã omnia flagitiorũ genera quæ per maleficos designabantur, Christianis imputabãt. Sicut incẽdium illud quod Romæ sub Nerone fuerat exortum, in Christianos torquebant, vt scribit Cornelius Tacitus. Qui & per flagitia inuisos appellat Christianos, exitialémque superstitionem, homo alioqui doctus & prudens, Christianismum vocat. Quemadmodũ Suetonius Chrstianos genus hominũ superstiitonis nouæ & maleficæ dixit. Quod Thiestea conuiuia, & Oedipodeos concubitus eos celebrare vulgò mentiti fuerint, quodq; mortuos homines eos adorare dixerint, & famosos libellos horrenda mendacia continentes, pueris in schola discendos conscripserint, falsosque testes subornarint, qui pecunia corrupti dicerent, se quoque Christianos fuisse, & exploratè cognitum habere, quàm turpia inter se Christiani diebus dominicis committerent, testatur Euseb ius. Sed de pręcipuis veterum Romanorũ dijs, & prisca religione, in præsens dictũsatis de ministris eorum, & cęremonijs nonnihil iam deinceps adijciendũ erit si breuiter de Aedilibus tẽplorũ, sacrorumq; custodibus antè disseruero. Quia enim perspiciebant Romani nihil tam sanctũ firmũq; existere, quod non tempus edax consumeret, nisi vnica omnium rerum cõseruatrice prouiden-

Tacit. l. 14. annalium.

In Nerone.

Eus. l. 5. c. 2

identia fulciretur: icircò ædiles creârunt, ui ædes sacras,& templa Deorum, atq; sacra uraret. Nam quantú semper Reipublicę detrimenti attulerit, diuinarum rerum, & templorũ, sacrorũq; neglectus, nõ modo scriptura sacra testatur, sed Camillus etiam apud Liuiũ declarat: Intuemini Quirites horũ annorum, vel secũdas res vel aduersas, inuenietis omnia prosperè accidisse sequẽtibus Deos, aduersa spernẽtibus, nos propter neglectã religionẽ victi, tantum dijs hominibusque exemplum dedimus, vt terrarum orbi documento essemus: aduersæ deinde res admonuerunt religionum, confugimus ad deos in Capitolium, reddiderũt patriam, & victoriam, & antiquum belli decus amissum. Similiter Horatius:

P. Lætus de magistrat. Ro. ca. 20.

Hagg. Propheta Iudæos castigat, quod negligerent templum domini restaurare.

Delicta Maiorum immeritus lues
Romane, donec templa refeceris,
Ædesq; labentes deorum, &
Fœda nigro simulachra fumo.
Dijs te minorem quod geris, imperas
Hinc omne principium, huc refer exitum.
Dij multa neglecti dederunt,
Hesperiæ mala luctuosa.

De ministris sacrorum apud veteres Romanos.

QVia veteris illius apud priscos Romanos ante Christianissimum sacerdotij nec inutilis nec vitiosa est cũ nostro cõparatio, cùm præsertim Latinè scribentes pleraq; inde vocabula mutuemur: propterea de eo quan-

:mplum Solis erexisset: ego, inquit, ad sena-
ım scribam, vt mittat Pontificem qui dedi-
et templum. Sed in corpore Iuris Ciuilis va-
ia de eorum auctoritate referuntur. Vt Pon-
ificali auctoritate compelli hæredes ad mo-
umentum ędificandum, & Pontificem de re-
giosis locis consulendum esse, legesque in-
:rpretandi & agendi publicè in iudicio fa-
ultas, vt ab ijs peteretur. Nam & Valerius
Maximus Ius Ciuile per multa secula abditū
nter sacra cæremoniasque Deorum, & solis
'ontificibus notum fuisse scribit. M. Cicero
espondendi iuris & constituendarum religi-
onum facultatem fuisse ijs cōcessam testatur.
am verò omnium reliquorum sacerdotum
'ontifex Maximus curam gerebat, eosque si
'iderentur, punire, atque in Vestales etiam
irgines animaduertere licebat. Magistratus
lius perpetuus erat, & in demortui locum
lius eligebatur, non à populo, sed ab alijs Pó-
ficibus. Quæ à priscis Ianigenis procul du-
io retinuerunt. Nam primarum coloniarū
ucumones supremū magistratum Noacho
eferebant, eumq; in rebus controuersis con-
ılebant. Et Moses ex præcepto Dei reliquis
ıdæorum ordinibus vnum Pontificem ma-
imum præfecit, qui religionem cultumque
iuinum retineret, scripturam, & sacrosan-
:as leges interpretaretur. Ac gloriosus ille
Iartyr, & celeberrimus Ecclesiæ doctor Cy-
:ianus non aliunde hæreses & scismata oriri
firmat, quàm quod sacerdoti Dei non obté-

Iulius Capitolinus in Alexan. Vopisc. in vita, § sacræ res. insti. de rerum diuisione.

L. fin. C. de mortuo inferendo, l. 2. ff. de orig. iuris

Valer. li. 2. cap. 1.

Cypr. lib. 1. epist. 3.

peretur, nec vnus in Ecclesia sacerdos & iudex vice ac loco Christi cogitetur. Quantopere autem sacerdotes suos honorârint, vel inde colligitur, quod cùm Prisci Romani legibus decem annos militiæ munera exercere cogebantur, sacerdotes tamen nomina sua nō dabāt, nisi summa esset necessitas, vt tumultu Galblico & ello ciuili, quando & Senatus sagūm induebat, factum est. Et quanquam magistratum nō petebant sacerdotes, lictore tamen & sella curuli vtebantur. Augurum collegio tantum venerationis & auctoritatis accesserat, vt nihil publicè sine auspicijs nec domi, nec militię gereretur, rerumq; benè gerēdarum auctoritas augurio contineretur, auctore Cicerone, qui & Romulum auspicato vrbem condidisse tradit, & reliquos reges vsos semper auguribus fuisse. Maximū & præstantissimum, inquit libro secundo de legibus, in Republica ius est Augurum: quid enim maius est, quàm posse à summis imperijs & potestatibus comitia tollere? concilia vel instituta dimittere, vel habita rescindere? quid grauius quàm rem susceptam dirimi, si vnus augur aliter dixerit, quid magnificētius quàm posse decernere vt magistratu se abdicent cōsules? Præerant enim Augures auspicijs, vt sacris Pontifices, & signa à dijs missa interpretabantur, vt Halycarnasseus ait, quāquàm ab vna specie, id est, auium garritu nomen acceperant. Itaque nobilissimis quibusque & lectissimis ciuitatis Romanæ viris hoc sacerdotium

Alexander Sardus l. 3. c. 2. & 16.

Lib. 1. de diuina. & de Aruspic. responsis.

tium deferebatur: eratque perpetuum, a-
ò vt nemo quālibet flagitiosus, eò sese ab-
care cogeretur, cùm reliqui ferè sacerdotes
mnati sacerdotio abdicarentur. Memora-
le exemplum refert Plutarchus, quòd
m Augures vitio creatos Consules renun-
assent, statim Senatus literis eos ab exer-
tu reuocârit, Flaminius non antè literas a-
eruerit, quam hostes in fugā vertisset, re de-
nti verò multaque spolia afferenti, obuiam
on processerit populus, quia reuocatus non
ontinuò paruerat. Sed cùm omnia ferè ab
s dependerent, iuxta legem: Qui non par-
ierit capitale esto: ipsi artem & disciplinam
ianc accuratè scire alia lege iubebantur, ne
uid temerè in rebus grauissimis pronuncia-
ent. Si verò Deos iratos esse perspicerent, se-
atus populusque Romanus admonere co-
ebantur, vt emendato vitio, de placandis
iis, antequàm ad vindictam procederent,
edulo cogitarent. Diuorumque iras proui-
lento. Fecialium verò, quos εἰρηνοδίκας ap-
ellat Dionysius, collegium belli causa ferè
nstitutum erat. Cùm enim religiosus ille, &
uietis publicæ studiosissimus Numa vide-
ret bellum quod absque iusta causa infertur, *Cic. lib. 3. de legibus.*
nil aliud quàm latrocinium esse, totum e-
am rem ex abitrio sacerdotum, & religioso-
rum hominum pendere voluit. Nec enim *Feciales.*
licebat Romæ bellum mouere, nisi cognita
causa Feciales iustum esse pronunciaf-
sent. Quod tam diligenter obseruârunt
Roma-

Quibus moribus præditos, & à quibus vitijs alienos esse oportuerit, sacrorum apud veteres Rom. ministros.

CVm Romulus & Numa cæterique Reges plurima sacra instituissent, sacerdotes Deorum ministros, virtute, ac generis splendore atque prudentia claros, Romani elegerunt, variæque leges paulatim de vita & moribus sacerdotum æditæ sunt, quæ magna ex parte à Ianigenis depromptæ fuerunt. Decretum erat: Sacerdos integer sit. Nam imperfecto corpore sacerdos, teste Seneca, quasi mali ominis res iudicabatur. Iudæis tandem præscripsit Moses, ne panes offerrent Deo suo, qui maculam haberent, nec ad ministerium eius accederet cæcus, claudus, fracto pede, paruo, vel grando, vel torto naso, fractaque manu, gibbosus, lippus, albuginem habens in oculo, scabiem impetiginemque in corpore. *Leui. ca. 21.*

Egesippus scriptum reliquit, quod Antigonus Hyrcano Pontifici aures abraserit, ne sacerdotio ampliùs fungi liceret. *Li. 1. excid Iuda. c. 29.* Etsi veræ religionis nostræ Christiani sacerdotes, quod membrum & partem aliquam corporis amiserint, quæ ad functionem & ministerium necessaria est, non tam repudiantur quòd læso corpore sint, quàm ne ministerium ecclesiasticum impediatur. *Canon Apostolorum. 77* Si verò munus suum nihilominus exequi possunt, canon Apostolorũ ... non mutilatio corporis, ait, ipsos polluit, sed inquinatio animæ. Quo pertinet illud Nicephori Calixti de Ammonio monacho, qui *Lib. 11. hist. eccles. c. 37* ne E-

Digitized by Google

ne Episcopus fieret, auriculam sibi præscidit: missi verò internũcij, qui ipsum adducerent, ea excusatione parùm mouebantur, à Iudæis talia obseruari dicentes, Ecclesiam Christi nõ magni ea facere; dũmodò moribus idoneus esset Episcopus. Sed cum & linguam sibi, nisi acquiescerent, præcisurum minitaretur, cogere ampliùs desinebant. Diuus Hieronymus ad Fabiolam: Hæc omnia, inquit, ad animi vitia referuntur, voluntas enim in homine, non natura damnatur. Marcus enim Euangelista, ne sacerdotio fungerentur, pollicem amputauit. Præterea si quis genitalibus membris se priuasset, non modò à ministerio sacrorum arcebatur, verumetiam inter obscœnos & infames habebatur: quippe qui amputatis genitalibus corporis, membris nec virorum nec mulierum numero collocandus videretur, vt Valerius Maximus in causa Genutij decretũ esse probat. Sicut Alexan. Seuerus Eunuchos de ministerio suo abijciebat, auctore Capitolino, & tertium eos genus hominum esse dicebat. Et Nerua Imp. multas leges tulit cum de alijs, tum maximè ne mares castrarentur, vt scribit Dion. Vnde canones Apostolorum præcipiunt, vt ἀκρωτηριάζων, id est, vt vulgò interpretantur, qui sibi ipsi virilia amputauit, clericus minimè efficiatur, quod sui ipsius homicida sit, & inimicus creationi Dei. Quod de his intelligendum est, qui aut superstitione aut impacientia libidinis ducti, aut suspitionis alicuius vitandæ causa seipsos castraue-

Hier. prolog. in Marcum, qui incipit Marcus Euangel.

Lib. 5. ca. 7. 22. & 23.

Vide c. 8. synodi Constantinop. necnon templo 55. apostolorum.

ſtrauerunt, vt quondam Origenes feciſſe traditur Euſebio ḷ,; & Leontius, quidam, cuius mentio eſt apud Theodoretum. Secus verò ſi aut Eunuchus natus, aut veletudinis cauſa à medicis ſecari ſe paſſus erat, aut per vim à barbaris & hoſtibus eunuchus redditus, aut ſi caſu aliquo fortuito ad accidiſſet. Qua quidem de re varia tam ſacrorum conciliorum decreta, quàm veterum doctiſsimorum patrum ſententiæ apud Gratianum referuntur. Bigami quoque apnd veteres Romanos à ſacerdotio repellebantur. Nam Diuus Hieronymus apud Gerontiam de monogamia: Flamen, inquit, vnius vxoris ad ſacerdotium admittitur. Flamea quoque vniu mariti eligitur vxor. Et à Pollione ſacerdos vniuiria vocatur. Multarum enim nuptiarum appetitus immodicæ cuiuſdam incontinentiæ argumentum iudicabatur, huc fortaſsè alluſit Horatius:

Euſeb. lib. 6. cap. 8.

Diſtinctione 55.

Bigami repelluntur.

L. Multò magis C. de Episcop. & clericis prohibetur ne ad ſacerdotiũ perueniat bigamus.

nico gaudens mulier marito,
rodeat iuſtis operata diuis.

Nam mulieres quæ vno contentæ matrionio fuerant, corona pudicitiæ honorantur: quòd is præcipuè in corrruptus anius videretur, qui poſt depoſitæ xirginitatis bile in publicum egredi neſciret. Multom verò matrimoniorum experientiam aſi legitimæ cuiuſdam intemperantiæ ſigiudicabant. Idé planè iuris erat in his, qui viduam

viduam duxerat vxorem, quia Verrius Flac. vt ſcribit Varro Iuris Pontificij peritiſsimus, qui viduas ducerent, veteres foſſas tergentibus comparare ſolebat. Quòd trium quoque illud dictorium apud Iuris ciuilis doctores Bulgarum diſcipulorum in præceptorem ſatis oſtedit. Cuiꝰ rei pulchrã mihi rationẽ indicare videtur Heſiodus, quòd virgo gratis moribus pietate imbui à marito poſsit: vidua autem faciliùs maritum in idem in continentiæ & libidinis malum pertrahere, quàm à marito emendari & corrigi queat. Sicut lege Moſaica præceptum erat, quòd Pontifex tantùm virginem vxorem ducere poſſet, nec viduã, nec repudiatam, nec ſordidam, nec meretricem. Idem in Chriſtianorum ſacerdotum ordinationibus diligenter conſiderari deberet, canone apoſtolorum 18. docetur: Si quis viduam, aut eiectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam de ijs, qui publicis ſpectaculis mancipantur, non poteſt eſſe Epiſcopus, non Preſbyter, non Diaconus, aut ex eorum numero, qui miniſterio ſacro deſeruiunt. Concilium Cærthagenenſe 4. decreuit: Epiſcopum qui Clericum ordinare præſumpſit, qui viduam, vel repudiatam, vel ſecundã vxorem duxiſſet, ab ordinandi poteſtate ſuſpendi debere: Gratianus cap. ex pœnitentibus, diſtinct. 50. Qua etiam de re plura à Gratiano, diſtinct. 34. recenſentur. Præcipuè etiam apud veteres Romanos obſeruabatur, vt ad ſacrum miniſterium & ſacerdotia neminem

Leuit. 21.

Quomodo duitatis hortator eſſet, qui coniugia ipſe frequẽtauit; Amb. lib. 1. offici. cap. 50.

nem promouerent, qui ex iustis legitimisque nuptijs procreatus non erat, aut cuius mater prostituta fuisset. Quod Græci in publicis Scribis & Notarijs quoque obseruabant. Prohibitionis verò huius ab eruditissimis scriptoribus triplicem ferè rationem afferri video quarum prima est, metus incontinentiæ paternæ, quoniam sæpè accidit, vt mores patris sectetur filius, sitq; non corporis tantum paterni, sed etiam animi quædam imago. Quo pertinet, quòd Honorius in quadam constitutione, de filijs eorum qui perduellionis rei sunt, loquens, scriptum reliquit: Paterno, inquit, deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hæreditarij criminis exempla metuuntur. Eodem referendum & illud est, quòd maleficis & improbis ciuibus, quos morte plectendos non putabant, frequenter auriculam præscindere solebant, vt vel nullos vel pauciores filios, qui patris flagitia imitarentur, procrearent. Nam genitale semẽ per venas, quę post auriculam sunt, è cerebro magna ex parte profluere creditum est, autore Rhodogino, vt amputatis auriculis, & meatibus illis præclusis, steriles & infœcundi reddantur. Secunda ratio est, vt hoc pœnæ genere plecteretur crimen paternum, quamuis nihil admiserint filij, sed reuerà alieno vitio laborent. Tantus enim est affectus patris in filium, vt eius pœna molestiaque magis afficietur quàm sua. Vnde Cicero epistola quadam ad Brutũ. Nec verò me fugit, quàm

L. quisquis C. ad legem Iul. maiest. cap. penul. 6 q. 1. Vide c. si gẽs Anglorũ. dist. 56.

sit acerbum parentem scelera filiorum pœnis lui; sed hoc præclarè ligibus comparatum est, vt charitas liberorũ amiciores parentes Reipublicæ redderet. Vtrunque hoc ex veteri doctrina Noachi retinuisse, apparentis enim non tam filio suo Chamo, quàm ipsius posteritati maledixit, partim vt eo magis filius excruciaretur, dùm sceleris pœnam luere filios videret: partim quoque quod paterni sceleris imitatores fore posteros sciret: Quare non dixit Noachus: maledictus Cham, sed maledictus Chanaam, vt Ambrosius & Chrysostomus obseruârunt. Huc pertinet illud Ezechielis contra Iudæos, quòd mores impiorum imitarétur: Radix tua, & generatio tua de terra Chanaam, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chethæa. Sicut mater, ita & filiæ eius. Et hoc Esdræ. Qualis ager, talia & semina, qualis operator, talis & creatio, qualis agricola, talis cultura. Eodem referendũ est hoc Iuuenalis:

Gen. 9. Ambro. de Noe, c. 32. Chrys. homil. 29. in Genes. Ezech. 10. 4. c. 6. Iuuen. a. sat. 6.

Scilicet expectas, vt tradat mater honestos,
Aut alios mores, quàm quos habet?

Athenis lege cautum erat, qui illegitimo essent thoro procreati, hi parentes suos non alerét: enimuerò, qui meritricio non abstinet congressu, is demõstrat se nõ liberis, sed voluptati studere, seq; ipsum mercede priuat. Tertia ratio assignatur, tũ ipsi' legitimi matrimonij cõtéptus, & profanatio, tũ eorũ, qui sic cõtra leges nascuntur, probrũ quoddã & macula, quę sacerdotij excellẽtię atq; honori derogat. Plutarch. enim vetus & insignis scriptor: Si quis,

Si quis, inquit, illustriũ filiorum pater esse desiderat, ne vilibus & abiectis se deuinciat mulieribus, quibus.n. vlla vel ex patre, vel ex matre innata est macula, eos quoad vixerint indelebilia quędã conuitia comitantur, q ię increpare carpereq; volentibus est promptum. Nec dissimile est illud Poetæ:

Sceleris parentum mens vsquam sibi conscia,
Fortissimum queng, captiuum tradit virum.

Qui verò ex illegitimis nuptijs prodierũt, à paternis vitijs abstineant, & Ioannem Andreã Iurisconsultũ imitentur, qui presbyteri filius cùm esset, studio, & scientia Iuris, atq; virtutibus maculã illã, pudoremq; generis, teste Volaterrano, obscurauit. De Iephthe scriptũ reperitur, quòd meretricis & adulteræ filius, ideoq; ab omnibus cõtẽptus fuerit: tamẽ inter viros sanctos & propugnatores liberatoresq; populi Israel numeratur. Nasci enim de adulterio nõ est culpa filiorũ, auctore Hieronymo, sed parẽtũ. In quã sentẽtiã plura Gratianus citauit, quę repetit Claudi⁹ Espęceus Theologus Sorbonicus. Hinc Hieronymus Osorius li.3. de Iustitia: Non refert inquit, quod ad diuinũ iudiciũ attinet, quo genere ortus sis, sed cuius exẽplũ sequaris, cuius vestigijs insistas. Iã verò sicut Aristoteles scribit, nec agricolã, nec illiberales aut sordidos artifices, viliores quoq; humilioresq; personas ad sacerdotiũ admitti debere, ꝓpter honorẽ qui Deo & religioni debetur: sic in Ecclesia Christi iã inde ab initio semper obseruatũ fuit, vt nemo

Digitized by Google

ad sacerdotiū, siue ministeriū aliquod ecclesiasticū reciperetur, nisi accurata prius inquisitione in ipsius vitā & mores facta. Quod vel Lāpri. testatur in Alex. Seuero: vbi aliquos voluisset vel rectores prouincijs dare, vel pręposito s facere: vel procuratores, id est, ratiōales ordinare, nomina eorū proponebat, hortans populū, vt si quid haberet criminis, probaret manifestis rebus, si non probâsset, subire pœnam capitis. Dicebatque graue esse, cùm id Iudæi & Christiani facerent in ordinandis sacerdotibus, non fieri in prouinciarum rectoribus. Vtinam ergò nunc obseruaretur aureum Pij I I. verbum: dignitatibus & prælaturis homines dandi sunt, non hominibus dignitates & prælaturæ.

Aucto. Sabellicus in apophteg. Pij.

De sacerdotijs siue Prabendis, atque beneficijs veterum Romanorum.

VT Deorum immortalium cultui, rebusque diuinis & liberiùs, & maiori cum pietate atq; diligentia sacerdotes vacare possent, opima satis sacerdotia siue Præbendæ tribuebantur, vndè cum omni familia, si quam haberent, liberaliter pro cuiusque conditione & natura alerentur, vt externis rebus occupari non esset necesse. Sed hæc duplici ferè, vt scribit Blondus, in differentia erant, quædam gētilitia & familiaria, quædā etiam publica vocabantur. Gentilitia quidem, quòd ad fundatoris gentem familiamque, tam cura sacrorū, quàm fructuum perceptio successione quadam semper permanerent. Qualis nunc propemo-

pemodùm illa nominatio est, quæ ecclesiæ patronorum, vulgò iuris patronatus appellatur: ea enim ad hæredes transmittitur, & hic certus præsentandi conseruandique modus à iuris Canonici doctoribus præscribitur. Tale erat Potitiorum sacrum, de quo Liuius: Gentis, inquit, Potitiæ ad aram Herculis familiare erat sacerdotium, &c. Et de his sacris vna sententia erat, vt conseruarentur semper, ac deinceps familijs proderentur, vt perpetua essent, ne morte patrisfamiliâs sacrorum memoria occideret, sed ijs essent adiuncta, ipsiq; ea conseruare & curare tenerentur, ad quos eiusdem morte, pecunia venerat. Iccircò, hæreditatem obtigisse sine sacris significasse videtur Plautus, quando solidam hæreditatem sine detrimẽto assecutos dicit. Valerius quoque scribit de moritura quadam muliere, quę seniori filię sacra domestica tradiderit. Idque refert inter instituta antiqua, dum sic lib. 2 ca. 1. loquitur: Cohortata ad concordiam suos, distributo ijs patrimonio & cultu suo, sacrisque domesticis maiori filiæ traditis, poculũ in quo venenum temperatum erat, constanti dextera arripuit. Neque tantum peculiaria sacra familiæ habebant, verumetiã certos sacrificiorũ ritus: præcepit enim lex: Ritus familiæ patriæque seruanto. quo fortè allusit Modestinus: Nuptiæ inquiens sunt, coniunctio maris & fœminæ, consortium omnis vitæ diuini humanique iuris communicatio. Publicorum sacrum ministros, principes, aut Pontifici-

Cice. lib. 2. de legibus.

Ale. Sard. lib. 1. c. 23.

Li. 1. ff. de ritu Nupt.

Publica sacra.

Digitized by Google

tificiũ collegiũ instituebat. Quorũ diuitiæ & bona, siue prębẽdæ quinq; potissimùm rationibus acquirebantur. Primi generis erãt fundi obuentiones pẽsionariæ, & annui reditus, à primo sacrorũ apud Romanos fundatore ascripti. Numa enim Pompilius cũ Flamines & Vestales, de quibus supra est dictũ, instituisset, publ. ipsis quoq; stipendia decreuit. Quod reliqui sacrorum fundatores imitabantur. Vt Valerius de Tarquinio Prisco refert, quòd cultum Deorum nouis sacerdotijs auxerit. Et Vopiscus de Aureliano Imperatore testatur, quod sacerdotia composuerit, & Põtifices roborârit. Augustus quoq; sacerdotũ numerum dignitatem, & commoda auxit, præcipuè Vestalium virginum, auctore Tranquillo. Secũda sacerdotiorum pars Stipes dicebatur, nostri oblationes & elemosinas ferè appellant. Cuius tamen petendæ certus quidam modus introductus est, ne multiplicato eorũ numero nimis auarè eam extorquerẽt. Præter Ideæ matris famulos, eosq; iustis diebus, ne quis stipẽ cogito Ea enim res, inquit Cicero, implet superstione animos, & exhaurit domos. Tertia pars solutio dicebatur. Inferiora enim sacerdotia impetraturi, aliquam pecuniam superioribus priùs pendere cogebantur. Suetonius de Claudio Imperatore scribit, quòd is octogies sestertiûm pro introitu noui sacerdotij impẽdere coactus fuerit. Quarta pars legatum erat. Plurimi enim vt Deos sibi redderent propitios, multa eorum ministris sacerdotibus

Valer. l. 3. cap. 4.

dotibus

dotibus largiebâtur, & defunctorum amicorum saluti consulturi, etsi multa alia testaméto legabant, epulum rarò, aut ferè nunquam prætermittebât. Cui præter ipsos sacerdotes, qui rem diuinam peragebant, omnes cognati & affines, atque magistratuum quos gesserât, officiorumve quæ administrârant collegia, interesse solebant. Credebant enim Romani, tam bonorũ quàm malorũ hominũ animos post mortẽ superesse, quod pulchrè affirmat Cicero lib. 1. Tusculanarum quęstionũ: Disiũgamus, inquit, nos à corporibus, id est, cõsuescamus mori, hoc & dum erimus in terris erit illi cælesti vitæ simile, & cum illuc ex his vinculis emissi feremur, minùs tardabitur cursus animorum, quo cùm venerimus, tũ deniq; viuemus: nam hęc quidem vita mors est, quam lamentari possem si liberet. Et in somnio Scipionis: Quô sis ad tutandã Rempubl: alacrior Africane, sic habeto: omnibus qui patriam conseruarint, auxerint, adiuuerint, certum esse in cælo & definitũ locum, vbi beati sempiterno æuo fruãtur. Imò verò Paulus & alij, quos vos extinctos arbitramini, viuunt, qui è corporũ vinculis euolauerũt tãquàm ex carcere quodam, vestra verò quę dicitur vita, mors est. Et sub finem eiusdem libri: Tu verò enitere, & sic habeto, te non esse mortalẽ, sed corpus hoc: nec enim tu is es, quem forma ista declarat, sed mens cuiusque est quisque, non ea figura quæ digito demõstrari potest: eorũ verò animi qui se voluptatibus corporis dediderunt,

diderunt, earumque se quasi ministros præbuerunt, impulsuque libidinum voluptatibus obedientium, deorum & hominum iura violauerunt: corporibus elapsi, circum terram ipsam volutantur, nec in hunc locum, nisi multis exagitati seculis reuertútur. Quod Poeta sic explicat:

Vide Lact. li.8. ca.20.

Quin & supremo cùm lumine vita reliquit,
Non tamen omne malum miseris, nec funditùs omnes
Corporeæ excedunt pestes, penitusq; necesse est
Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergò exercentur pœnis, veterumq; malorum
Supplicia expendunt.

L.2. Rom. triumph.

Quare & Numa Rex iusta funebria ad placandos manes instituit: & vniuersus ferè populus Romanus mense Febuario pro delendis peccatis, & impetranda mortuorum animabus quiete, sacrificijs & precibus diligenter auctore Blondo, incumbebat, facibusque & cereis ad sepulchrum & atra veste vtebatur, atq; matrimonijs eo tempore interdictú erat.

Lib.2. annalium.

Videntur etiam legatarij, ad quos defuncti patris familias bona peruenerant, propterea epulum cæteraque legata fideliùs persoluisse, quòd mortuos ea curare, & quodammodò intelligere sibi persuaderent. Scribit enim Zonoras, quòd cùm Tiberius Imperator non exequeretur & distribueret ea quæ Augustus moriens legauerat, quidam se mortuo alicui mandasse dixerit, vt Augusto coram nar-

Digitized by Google

ram narraret, nihil adhuc quicquam populũ Romanũ ex ipsius testamento accepisse: proptereaque Tyberius vel Augusti demortui offensam, vel etiam viuorum reprehensionẽ metuens, statim executionem fecerit. Efferebatur autem fortè mortuus, quem ipse accurrens, taliter alloqui apparebat. Præcipuè autẽ Vastalium virginum collegio multa à Romanis legabantur, ptopter singularem Vestę reuerentiam, maximamque eiusdem sacerdotum pietatem, atque egregias virtutes. Sicut in Ecclesia Christi pietatem & sanctimoniam diuitias perperisse aiunt, sed filiam deuorasse matrem. Verùm quando hęredes moriebantur, vel etiam propter vetustatem & incuriam aliquorum epulùm negligebatur, tunc septemuiri epulorum eam hæreditatis partem, vndè epulum pręberi solebat, Pontificum collegio asscribebanr. Vndè illi tam sua, quàm inferiorum sacerdotum beneficia egregiè locupletabant, & nouas fundationes erigebant. Septemuiri enim illi eorum legatorum curam gerebant, quæ ad pias causas facta dicebantur. Vt hoc tempore Episcopi supremi Ecclesiæ dispensatores intestatorum per peculiares ministros pias voluntates exequuntur. Quibus tamen prospiciendum est, ne eandem reprehensionem incurrant, quam Septemuirorum olim multi incurrisse legũtur, quod parùm fideles testamentorum executores extitissent, multaq; in priuatos vsus couertissent, vel etiam magna ipsi epula fundassent,

Id ex D. Ambr. epist. ad Valentinia. de petitione Symmachi perspicitur.

Digitized by Google

dassent, sed de pecunia mortuorũ. Hoc enim apertissimi esse sceleris, omniumque prædonum crudelitatem longè superare, D D. in cap. gloria. 12. q. 2. confirmant. Postrema pars erât damnatorum aut exilio patriâ pulsorũ, bona. Hęc verò sacerdotum bona, quàm senatus Populusque Romanus curârit, operamq; dederit, vt conseruarentur, augerenturque ex Symmachi vrbis præfecti ad Valentinianum Imperatorem oratione perspicitur, qua ipse declarat, quòd propter subtracta Deorũ ministris alimenta, publica fames & grauissima mala secuta fuerint. Hortatur quoque Imperatorem Christianum, vt ablata per Christianos templa & aras Deorum restituat, suumq; Fiscum nõ sacerdotum damnis sed hostium spolijs augeat. Si quis semel dedicatum repetere, aut etiam auferre auderet, hac lege tenebatur: Sacrum sacroque commendatum qui clepserit, rapseritque, parricida esto. Quam legem exponens Cicero: Sacrilego, inquit, pœna est, neque ei soli, qui sacrum abstulerit, sed etiam ei qui sacro commẽdatum, quod & nunc multis fit in fanis. Alexander in Cilicia deposuisse apud Solem pecuniam dicitur in delubro, & Atheniensis Clisthenes Iunoni Samiæ ciuis egregius, cum rebus timeret suis, filiarum dotes credidit. Quoniam in templa deorum quicquid diligentissimè custodiri vellent, religionis ergò asportare solebant. Vt vehementer mirum sit, quod homnes Christiani, quique cæteris religiosiores dici & ha-

Amb. lib. 5. epistol. 30.

Cic. lib. 2. de legibus. § sacrae res sunt. instit. de rerũ diuisione.

Digitized by Google

& haberi voolunt, à veri Dei templis non magis abſtinent, quàm à publico lupanari: quaſi in animum induxerint, ſub religionis prætextu omnem prorſus religionem extirpare, & tanquam Gigantes Deum ipſum è cælo deturbare. Vtinam attenderent illi, quod de conſeruato per ipſum Deum depoſito in templo Hieroſolymitano ſcriptura ſacra teſtatur. Cum ergò ſacerdotia & præbẽdæ veterum Romanorum in tantam amplitudinem excreuiſſent: nobiliſsimi quique ciues pro ijs contendere, & plura cumulare cœperunt. Haud enim fruſtrà eſt quod Liuius, vbi Fabium Maximum in locum patris demortui Pontificem creatũ dixiſſet, duo ipſum ſacerdotia habuiſſe affirmat. De Cæſare autem refertur, quòd à Sylla ſacerdotio mulctatus ſit, ne nimia fomenta potentiæ ſuæ haberet: nam & animum & eloquentiam Cæſaris ſuſpectam ipſe habebat, totique Reipublicæ Romanæ meritò habendam eſſe præmonebat. Ipſe verò Cæſar, vt M. Antonij petitionem pro ſacerdotio quodam adiuuaret, in Italiam ſubitò profectus eſt, contendebant enim cum eo homines nobiliſsimi potentiſsimique vt libro octauo de bello Gallico in Commentarijs videre eſt. Et ipſe Cęſar auctor eſt, quòd Cn. Põpeius & Scipio, quia certam ſibi victoriã pollicebantur, palam inter ſe de ſacerdotijs contenderint. M. autem Cicero in orationibus Philippicis grauiter reprehendit Antonium, quòd non ſolùm ſacerdotia contra ius inuaſiſſet, verum etiam

Lib. 2. Machab. cap. 3.

Pluralitas beneficioiũ apud Paganos.

Digitized by Google

etiam turpiter ea vendidisset. Vt non temerè editis scriptis doctissimi viri deplorent, quòd tantus veterum Romanorum abusus, in ecclesiam Christi iam irrepserit. Primò quidem, quòd parua sępè in beneneficiorum collationibus doctrinæ & virtutis ratio habeatur, sanguinis verò & potentiæ maxima. Deindè quòd plurimi ecclesiæ bonis ad luxum, & superbiam, atq; euersionem potius religionis, quàm conseruationem abuti permittantur, quæ tamen à pijs viris ad honestam verorum ministrorum ecclesiæ, & pauperum sustentationem tributæ sunt.

De præcipuis Cæremonijs, quibus inter sacrificandum vtebantur Romani.

RELiquus est de cæremonijs & ritibus externis, quibus in Paganismo Romano vtebatur, locus: operosior ille quidem, & longè difficilior, quàm hîc perpurgari aut debeat aut etiã posśit, vtilior tamen hoc tempore, & huic causæ accõmodatior, quàm omninò pręterire oporteat. Præsertim quia non solùm ipsæ cæremonię cum Noachi & Mosis doctrina magna ex parte consentiunt (etsi quod veram earum intelligentiam nõ haberent, multis superstitionibus contaminauerunt) verũ etiam quòd bipartita ipsarum diuisio, vtrobique prorsus eadem reperiatur. Quędam enim scriptis comprehensæ, quædam in more maiorum erant, quæ tamen vt lex, auctore Cicerone, valebant. Deindè quædam cæremoniæ ad sacerdotes & sacrorum ministros præcipuè

Cæremoniarum diuisio. Cic. lib. 2. de legibus.

puè pertinebant, quędam ad reliquos ordines promiscuè, vt vtrinque omnia ordinatè & cũ decoro peragerentur: Ante sacrificium ergò, (quod salutare medicamentum appellabant) primò omnium sacerdotes se reos fatebantur. Nam lege præcipiebatur: *Impius ne audeto placare iram deorum*. Hinc acclamationes illæ: Resipisce miser, ad hominem redi, nuda. Pulchra est Vlpij Syllani oratio apud Vopiscum in Aureliano: Agite pontifices, quia puri, quia mundi, quia sancti, quia vestitu animisq; sacri, templum ascẽdite, rata Reipublicæ quæ sint, perqnirite. Sicut Christiani sacerdotes, quos longè puriores esse oportet, & quotquot ex populo sacrificijs intersunt, priùs cõfitentur. Quod iam indè ab initio obseruatũ fuisse, ex diuo Cy[illegible]no, alijsque vetustissimis patribus aper[illegible]lligitur. Nam cum vita nostra innumerabilibus vitijs obnoxia sit, rectè à maioribus nostris ille saluberrimus mos retẽtus est, vt omnes diuinę rei actus cõfessio præcederet. Fidelis enim est Deus, vt si confiteamur peccata nostra, remittat nobis, & emundet nos ab omni iniquitate. Deinde prisci Romani sese lauabant: vt in veris sacris nostris ad designandum animorum puritatem hactenus obseruatur. Quod autem aliqui per externam corporis ablutionem designata facinora elui posse, atque aboleri opinabantur, meritò taxat Ouidius:

Ah faciles numinum, qui tristia crimina cædis,
Fluminea tolli posse putatis aqua.

Confessio ante sacrific.

Alexand. l. 4 ca. 17. genial. dier. Cal. Rhod. gin. antiq. li. 3 cap. 7.

Manus

Manus quoque suas sursum ad Deos leuabant. Idemque Græcos fecisse ex Homero colligitur. Quod Iudæi similiter fecerint, scriptura sacra declarat. Pontifices inter sacrificandum pileo vtebantur, veræ libertatis indicio, quem Noachus, vel filius ipsius Iapetus, nepos'ue Gomerus ad sempiternam diluuij, quod per Dei gratiam euaserant, memoriam instituisse creditur. Quocirca in Sinarũ regno antequàm Lusitani veram Christianam religionem restituturi eò penetrârant, sacerdotes pileo vtebantur, tonsoque capite erant. Pileo autem virga circumligata lana imposita erat.

Prætereà, sacerdotes olim in paganismo lana, & purarum arborum ràmis redimiti apparebant. Vnde Ouidius de Februis Romanis loquens:

Nomen idem ramo qui cæsus ab arbore pura,
Casta sacerdotum tempora fronde tegit.

Et Prudentius lib 1. contra Symmachum:

Laurigerosq́; Deûm templis astare ministros.

Quo externo signo verus Propheta Noachus fortaßè eos admonere voluit, vt purè omnia sanctèque peragerẽt, quoniam aliquando tandem venturus esset sacerdotum omnium maximus, filius & verus agnus Dei, qui agnino suo corpore ligno suspensus, auferret omnium hominum peccata: & sicut arborum rami viridi sunt, ita ipse omnia viuificaret, pristinæque integritati restitueret. Ac vt columba per viridum oliuæ, quem Noacho attulit in arcam, nunciabat cessasse diluuium: sic Chri-

stus

Digitized by Google

ſtus Ieſus pacem & libertatem. felicitatemq; priſtinam eſſet in orbem terrarum reducturus. Velati quoque ſacrificaſſe leguntur, vt eo ipſo admonerentur, corde & animo præſentes eſſe, attentaq; mente ſacra peragere. Mens enim ferè diſtrahitur per viſum & auditum, niſi omne impedimentum prorſus repellatur. Illi ergò ſacrificaturi, caput velabant, nos caput aperimus his, quos honorare volumus, paratos eſſe nos indicantes ad audiendum, detractis impedimentis, & quæ mandârint, faciendum, obediendumque. Huc pertinet illud: Nudis pedibus ſacrifica, & adora, nec aliud interim dicas aut facias, quod hactenus Aethiopes obſeruare intelligo. Nam frigidis pedibus homines Veneri perquã inuiſos exiſtere credebant: nec frigidis pedibus, quales nudorum eſſe ſolent, facilè quenquam in libidinem, pollutionemq; prolabi arbitrabantur. Inter adorandum quoq; & ſacrificandum dexterã ad oſculũ referentes, capite ſubmiſſo totum corpus circumagebãt, auctore Plinio. *Plin. lib 28. hiſt. c. 2.* Vnde illud Pythagoræ: adorato circumactus. & hoc Plauti. Quo me vortam neſcio: deos ſalutas dextrouorſum cẽſeo. Apuleius etiam: Si fanum, inquit, prætereat, nefas habet adorandi cauſa manum labris admouere. Et Diuus Hieronymus ad Ruffinum in expoſitione illius loci, Apprehendite diſciplinam: Naſcu, inquit, vt verbum de verbo interpreter, χαταφιλήσατε, id eſt, deoſculamini dicitur, quod ego nolens transferre putidè, ſenſum magis

magis secutus sum, vt dicerem, adorate: quia qui adorant, deosculari manum, & capita submittere solent. Quod se beatus Iob elementis & idolis fecisse negat, dicẽs: Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clarè, & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo, quæ iniquitas maxima est, & negatio contra Deũ altissimum. Admonebant verò tali cæremonia populum, qui sacris intererat, pro voluntate Deorum, & cæli vertigine res humanas moueri, nec quicquam in ijs constans, nihil perpetuum reperiri: iccirco omnes meritò præsentes esse debere, & vnà precari, linguis animisq; fauere, nihil dicere, aut facere, quo minùs ritè peragerentur sacra, sed faustis precationibus ea potiùs adiuuarent. Vndè & præco inclamabat: Hoc age, Vt nostri sacerdotes circumagendo sese pronunciant: Orate pro me misero peccatore. Sursum corda leuate. Iam verò quòd inter adorandum labia ad ortum solis vibrare cõsueuerint, in Apologetico his verbis testatur Tertullianus: Suspitio est solem nos adorare, quòd innotuerit ad orientis regionem precari: sed & plerique vestrûm affectatione aliquando & cælestia adorandi, ad solis ortum labia vibratis. Præclarũ est illud Ciceronis libro secundo de legibus: Ad diuos adeunto castè, pietatem exhibento, opes amouento, qui secùs faxit, Deus vindex esto. Castè iubet lex adire ad Deos, animo videlicet in quo sunt omnia, nec tollit castimoniam

moniam corporis: sed hoc oportet intelligi, cùm multum animus corpori præstet, obseruet itaq; vt casto casto corpore adeatur, multò id esse in animo obseruandum magis. Nam illud vel aspersione aquæ, vel dierum numero tollitur, animi labes nec diuturnitate vanescere, nec manibus vllis elui potest. Quod autem probitatem adhiberi iubet, significat probitatem gratam esse Deo. Postremò diligenter cauebant veteres Romani, vti ne alijs cæremonijs colerentur Dij, aut sacra fierent, quàm patrijs. Nouos enim deos colere & cæremonias variare, mutationem, cõfusionemque religionis habere putabant. Symmachus enim Præfectus apud beatum Ambrosium: præstate, inquit, oro vos, vt quæ pueri suscepimus, senes posteris relinquamus, seruanda est tot seculis fides, sequendi sunt nobis parentes, qui sunt secuti feliciter suos. Vtamur cæremonijs auitis. Qua Symmachi pro impij sacris cæremonijsque oratione, viri Catholici pro vera orthodoxa religione maiorum, contra huius seculi hæreticos rectè nunc vti poterint. Quæ autem vera religio esset, optimusque cultus, & maiorum, cæremoniæ: discunto ignari à publicis sacerdotibus, ait lex. Vt Moses voluit sacerdotes populum Iudaicum legem Dei & cæremonias docere: & apud Malachiam prophetam tam populus iubetur à sacerdotibus eam discere, quàm sacerdotes scire atque docere iubentur.

Cic l. 2. de legibus.

Amb. lib. 5. epistol.

Quòd Tyberius etiã Iudæorũ cæremonias aboleuerit, scribit Suetonius.

 bentur.

bentur. M. quidem Cicero, cultus ait est optimus, idemque castissimus, atque sanctissimus, plenissimusque pietatis, vt eos semper pura, integra, incorrupta, & mente & voce veneremur. Non enim Philosophi solùm, verumetiam maiores nostri superstitionem à religione separauerunt. Vbi Cic. ad Romuli legem alludere videtur: Deorum fabulas ne creduntо, qua lege à ridiculis, Græcorũ & superstitionibus, atq; cæremonijs abstinendum videbat, etsi veram religionem, corrupta iam dudum Ianigenarum doctrina, docere non poterat. Sed de falsa veterũ Romanorũ theologia, sacerdotibus, præbendis, & cæremonijs in præsens, vt videtur, dictum satis; sequitur vt de vera Christiana religione pauca disserantur. Hanc ergò à beato Petro apostolorũ Iesu Christi principe, & velut altero post horrendum idolomaniæ & superstitionis diluuium, Noacho receperunt, vt ipsius sectator Clemens, Ireneus, Lactantius, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Beda, cæterique innumeri auctores probant. Simõ Petrus, inquit Hiernyomus, secundo Claudij anno ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit: ibique 25. annis cathedram sacerdotalem tenuit, vsque ad vltimum annum Neronis, id est, 14. Eusebius verò diuinæ & humanæ philosophiæ peritissimus vir, idemq; historicus sacer, pulchrè id his verbis describit: Simon Magus Romanorum ciuitatem ingressus, auxilio potentiæ eius, quæ in hoc seculo præsidet,

Li. 2. de natura deor.

In catalogo scriptorũ ecclesia.

Lib. 2. hist.

det,

det, plurimùm adiutus breui tempore conatus eius vsque adeò profecerunt, vt posita statua cũ alijs illic constitutis velut Deus sit honoratus. Verùm hæc illius impietas nõ diu progressum habuit, e uestigio namq; sub ipso Claudij imperio optima illa Dei omnium, & humano generi amica prouidentia cõstantissimum & magnũ apostolum Petrũ, reliquorum omnium virtutis gratia principem, Romam aduersus tantum corruptorem deduxit. Qui tanquã strenuus Dei dux, diuina munitus armatura, preciosissimã spiritualis lucis negotiationem, salutarem animarum lucem ac doctrinã, prædicationẽ videlicet regni cælestis, prædicans, ex oriente in occidentem aduexit. Nec Simonis obluctatio, nec cuiusquã alterius apostolicis illis temporibus subsistere potuit; veritatis enim splendor ac diuinus ille sermo, qui iam pridẽ hominibus diuinitus illuxerat, inque terra obtinebat, & in apostolis suis agebat, cũcta vincebat ac superabat; &c. Quid, Il uidne dissimile est illi, Quod Noachum ex oriente in Italiam venisse, & Chamũ corruptorem iuuentutis eiecisse supra dictũ est? Id verò grauissimis de causis à Deo singulariter sic ordinatum fuisse, Anacletus & Marcellus probãt, vt ad religionis Christianę augmentum sedes summi sacerdotij, & ecclesiæ caput esset in ea vrbe, quę imperium orbis tenebat. Beatissimus Petrus, inquit Leo Magnus, ad arcem Romani destinatur imperij; vt lux veritatis, quæ in omnium gentium

c. 14. Repetit Niceph. li. 2. ca. 14. li. 1. C. de sancta trinit. & fide cathol.

reuelebatur salutem, efficatiùs se ab ipso capite diffunderet. Isti sunt viri (Petrum & Paulū putat) per quos tibi euangelium Roma resplenduit, qui te in hanc gloriam prouexerunt, vt sis gens sancta, populus electus, vrbs sacerdotalis, & regia, per sacram Petri sedem caput totius orbis effecta, latiùs præsidens religione diuina, quàm dominatione terrena. Beatus quoque Augustinus Petrum & Paulū Romę iccirco Deum mori voluisse affirmat, vt vbi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis: & vbi gentilium principes habitabant, ibi Ecclesiarum morerentur principes. Bernardus etiam Saccus scriptum reliquit, locum diuinæ religionis Romam in primis fuisse, vnde in occidentem & septentrionē fuerit dispertita, vt quæ communis omnium patria erat, & leges ciuiles ediderat, prima etiam diuinitatis lucē aspiceret, & alijs gentibus communicaret. Huc pertinet iste hymnus ecclesiæ Catholicæ:

Vide cap. fundamenta, de elec. in 6.

Ianitor cæli, doctor orbis pariter,
Iudices seculi, vera mundi lumina,
O felix Roma, quæ tantorum principum
Es purpurata precioso sanguine:
Non laude tua, sed ipsorum meritis,
Excellis omnem mundi pulchritudinem.

In festo Petri & Paul.

Eamque doctrinam sacram alij Apostoli, & Apostolorum discipuli partim viua voce, partim scriptis in multorum animos transfuderunt. Barnabas enim primus Romæ Christū prædicasse fertur, antequàm Mediolanensiū Episco-

Episcopus fieret. D. Lucas historiam & actus Apostolorum literis mādauit, & Marcus suū euāgelium conscripsit, vt enim Romani certam viuendi normam haberent, Marcum rogârunt, vt conciones diui Petri scriptis mandaret. Quod Maria Magdalena Romæ Christi doctrinam & res gestas exposuerit, auctor est Nicephorus lib. 2. histo. cap. 10. D. Paulus non modo Romanos laudat, quòd Petro credidissent, sed ipse quoque ibi magno cum fructu, professus est. Scribit enim Lucas Euangelista, quòd biennium totum ibi hæserit, suscipiens omnes, qui ad ipsum ingrediebantur, prædicansque regnum Dei cum fiducia & sine prohibitione. Vt publicum sacrarum literarum Gymnasium Romæ Apostoli habuisse videantur, cuius Rector, siue (vt B. Ambrosius loquitur) supremus magister fuerit sanctus Petrus. Quocirca Episcopi Orientales etsi Athanasij reliquorumque orthodoxorum hostes erant: tamen epistola quadam ad Iulium Papam, Romanā vrbem, meritò ab omnibus obseruari & coli aiunt, quippè quæ antiquitùs apostolorum domicilium, & schola, veræque pietatis metropolis extiterit. Nam sicut post diluuium Noachus in Italiā bonas literas & veram religionem intulit, atque professus est, & in reliquas prouincias colonias duxit, sic beatus Petrus veram doctrinam per multa secula varijs superstitionibus corruptam, oppressamque restituit, multoque illustriorem & perfectiorem reddidit. D. enim

Doroth. in synopsi. Clemens l. 1. recog.

Nicep. Calist. l. 9. histor. ca. 8.

Clemens: Petrus, inquit, Regem omnium seculorum per orbem terræ, & vsque ad ipsius Romanæ vrbis huius notitiam, vt etiam ipsa saluaretur, inuexit. Nicephorus Calistus libro 2. hist. ecclesiasticæ auctor est, quòd sanctus Petrus non modò Italiæ preciosissimum húc diuinæ sapientiæ thesaurũ restituerit, sed per orbem habitabilem vadens, Ecclesias vbique constituerit, & Romanam successoribus cõmiserit, Lino, Anacleto, Clementi. Vt non temerè dixerit Tertullianus: Si Italiæ adijceris, habes ecclesiam Romanam, vnde nobis quoque auctoritas præstò est statuta. O felix ecclesia, cui Apostoli totã doctrinam cum sanguine profuderunt, vbi Petrus Passioni dominicæ adæquatur, Paulus Ioannis exitu coronatur, Iohannes postquam in oleum igneum demersus, nihil passus est, in insulam relegatur. Diuus Hieronymus libro secũdo aduersus Iouinianum de Italia, Romaque loquens; Nulláne inquit, fuit alia in toto orbe prouincia, quæ reciperet præconium voluptatis, nisi quam Petri doctrina super Petram fundauerat Christum? vrbs potẽs, vrbs orbis domina, vrbs Apostoli voce laudata, interpretare vocabulum tuum. Roma aut fortitudinis nomẽ est apud Græcos, aut sublimitatis, iuxta Hebræos. Serua quod diceris, virtus te excelsam faciat, non voluptas humilem. Et Iustinianus Imperator L. vlt. C. de sancta trinit. & fide Cathol. ad Ioannem Papam scribens, nihil in religione mutandum, & leuioribus quoque in

Epist. 1. ad Iacobũ fratrem dom.

De præscription. hæreticorum.

rebus

is constituendum ait, nisi prius ad Ponti-
m Romanũ referretur: quod ecclesia Ro-
na caput existeret omnium ecclesiarum.
iliter Carolus Magnus de Leone III. E-
:oporũ sententias audire studebat, illi qui-
n totius Italiæ & Galliæ Episcopi respon-
ɔant, sedem Apostolicam omnium Eccle-
:um caput existere, & à nemine præsertim
ico, esse iudicandam, auctore Platina. Præ-
:eà, vt olim Lucumones & Coloniarũ præ-
les frequenter Noachum visitasse, difficili-
·esque controuersias ad ipsum retulisse, le-
ıntur, sic cæterarum Prouinciarum Episco-
ı ad Romanum pontificem sæpenumerò ijs-
é de causis vel profecti sunt ipsi, vel doctis-
ımos viros miserunt. D. enim Ambrosius e-
ıistola quadam ad Theophilum: Sanè, inquit,
·eferendum arbitramur ad sanctum fratrem
ıostrum Romanæ ecclesiæ sacerdotem, quo-
niam præsumimus ea te iudicaturum, quæ e-
tiam illi displicere nequeât, & cùm id gestum
esse cognouerimus, quòd Ecclesia Romana
haud dubio comprobauerit, lęti fructum hu-
iusmodi exanimis adipiscamur. Rursùs libro
tertio de sacramentis. In omnibus cupio se-
qui Ecclesiam Romanam. Beati quoq; Atha-
nasij, & Episcoporum Aegypti, Thebaidis &
Lybiæ epistola ad Marcum Pontificẽ perspi-
cuè id declarat, qua de concilij Niceni decre-
tis ipsum consulunt, Ecclesiam Romanã om-
nium Ecclesiarũ matrẽ, & caput fatentur. Epi-
stola verò ad Fœlicẽ Papam sacrũ illam ver-

Vide apud Gratianum dist. 2.

Digitized by Google

Vide c. 3. de baptismo. ticem ab ipso Deo constitutam affirmant, qua cæteræ Ecclesię verterentur,& conseruarentur, vnde & ordinationes & dogmata, &periculosissimis temporibus auxilium hauserint. Similiter egregius ille Pontifex Damasus epistola ad omnes Episcopos testatur, quod semper difficiliores res ad sedem apostolicam tanquam ad caput fuerint relata, vt inde cognosceretur veritas,vnde ipsa doctrina processisset. Hortatur etiam eos,ne hoc facere intermittant. Quod iam diu antè Damasum Anacletus diui Petri discipulus, epistola tertia monuerat. Cuius successor Euaristus Africanas ecclesias laudat,quòd arduis de rebus prudentium more consuluissent sedem apostolicam. Quare Innocentius epistola ad concilium Mileuitanum ecclesiæ Romanæ grauissimas occupationes allegat, quòd omnium ecclesiarum curam gerere,& frequẽtes multorum questiones rimari atque disceptare cogeretur. Et Clemens V. in Concilio Viennensi Clementina 2. de sepulturis, multis sese & arduis negotijs, quæ vndique in amplum Romanæ curiæ quasi torrens cõfluunt, vehementer impediri ait. Idem Bonifacius 8. extrauagant. de sepulturis profitetur. Hinc verę antiquitatis peritissimꝰ Hieronymus, ad Damasum Pontificem Maximum scribens : Cathedram,inquit Petri,& fidem Apostolico ore laudatam censui consulendam : indè nunc animæ meæ postulãs cibum, vnde olim Christi vestimenta suscepi. Apud vos solos incorrupta

Vide c. accedentibus de excessibus prælat.

rupta

Digitized by Google

rupta patrum seruatur hæreditas. Ego nullum primum nisi Christum sequens beatitudini tuæ, id est, Cathedræ Petri, communione socior, super illam petram ędificatam ecclesiam scio, Quicunque extra hanc domum agnum comederit, profanus est: si quis in arca Noe nõ fuerit, peribit regnãte diluuio. Similiter Prudentius:

Vna fides vigeat, prisco quæ condita templo est,
Quam populus retinet, quamq; Cathedra Petri. *Hymno 1.*

Postremò, Augustini Angelorum apostoli quæstionum liber ad Gregorium Magnum, cæterorumq; sanctorum patrum ad reliquos Pontifices commentarij, & quæstiones huic rei præbent argumentum. Quo respexit gloriosus ille martyr Cyprianus, quando Petri cathedram Ecclesiam principalem vocat, ad quam perfidia nunquam potuerit habere accessum. *Lib. 1. epi. 3.* Hinc ergò meridiana luce clariùs apparet, quam Dominus Deus ab initio Italiæ rationem habuerit: quippe vbi Noachum veram religionem, bonarumque artium doctrinam post diluuium importare voluit, & per Petrum Apostolorum suorum principem superstitionibus & idololatria corruptam instaurauit. Cæteræ etiam prouinciæ, sicut à vera Ianigenarum doctrina Romanorum, vt videtur, exemplo & auctoritate permotæ, in idololatriam prolapsę erant, ita cum imperio, & externis legibus Politicis Romanorum, veram Christianam religionem, apostolis doctoribus, receperunt. quod beatus Ambrosius

Digitized by Google

in Psalmum 45.& Chrysostomus homilia 28. in Genesin, pulchrè obseruârunt, Quoniam D.Petrus in illis ciuitatibus, in quibus olim primi Flamines, & primi legis doctores fuerant, Episcoporum primates & Patriarchas collocauit, qui reliquorum Episcoporũ causas, & grauiora negotia fidei atque religionis tractarent: in locum verò Archiflaminum Archiepiscopos ordinari præcepit, illæque ciuitates & loca quibus singuli eorum præsidere deberent, diu ante Christi aduentum constituta fuerint. Quocirca ipsi Armeni (qui primi post diluuium instaurati eruditiq; à Noacho creduntur) cùm post perceptam veram religionem Christianam, hæresibus Græcorum se turpiter deceptos esse viderent, synceram & orthodoxam religionem ex Italia sub Eugenio IIII. repetere voluerunt, sicut eorum confessio, quam in Concilio Florentino ediderunt, & apud Blondum recitatur, perspicuè declarat. Solam enim nauem Ecclesiæ in qua Petrus magister est constitutus, ascendit dominus, inquit beatus Ambrosius, de qua cælestis doctrinæ suæ sacramenta depromat. Quæ in altum seculi istius ita natat, vt pereũte mũdo, omnes quos suscipit, seruet illæsos. Cuius figuram iam in veteri videmus testamento. Sicut enim Noe arca naufragante mundo cũctos quos susceperat, incolumes reseruauit, ita & Petri Ecclesia conflagrante seculo, omnes quos amplectitur repræsentabit illlæsos. Et sicut tunc transacto diluuio ad arcam Noe, colum-

Gratian. ca. vrbes &c. in illis, distinct. 80.

Armeni veram theologiã ex Italia repetũt.

Christianismum verò Armeni primò acceperũt tẽpore Cõstãtini Magni.

Sylu. in Asia sua cap. 40. &c. 44 Decad. 3. libro 10.

columba signum pacis detulit, ta & transacto iudicio, ad Ecclesiam Petri Christus gaudiũ pacis referet. hæc Ambrosius sermonum suorum vndecimo. Vt mirum videri non possit, cur ego hac in re Noachi & Petri comparationem instituerim, quæ tam frequens, tam aperta apud veteres reperitur. Imò doctissimi viri sunt qui affirment, quod eodem loco Romæ Petrus Apostolus crucifixus sit, quo Noachus erat sepultus, de quo tamen ego suum cuique iudicium relinquo.

De Iurisprudentia Romanorum.

M.T.Cicero, vt corpora, inquit sine mente, sic ciuitas sine lege suis partib⁹, & neruis, ac sanguine, & membris, vti non potest: quippe sine qua nec domus vlla, nec ciuitas, nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, ipseque mundus potest. Ea enim est expultrix vitiorum, & emẽdatrix virtutum, ad iubendum deterrendumque idonea, imperandi prohibẽdiq; sapientia: quæ supplicio afficit improbos, defendit tueturq; bonos. Vt nec ineleganter, neç immeritò, lex ciuitatis anima existere prædicetur. Quod cùm vrbis & imperij Romani conditor Romulus pro sua pudentia optimè intelligeret, varias saluberrimas leges suis ciuibus præscripsit. Quarum præcipua, maximéque omnium necessaria fuisse videtur: Ne quis regnum aut magistratum iniret, nisi auctor esset Deus. Cuius quidem sacrosanctæ leges, vt maior auctoritas haberetur, *Pōp. Laetus de magist. Roma. ca. 1.*

suum

suũ ipsius imperium per auspicia confirmari voluit. Nam sicut imperium ipsum, eiusdemque recta administratio, salus atque tranquillitas à solo Deo proficiscitur, vt optimus ille Ptolomęus rex Ægypti, in epistola ad Eleazarum Pontificem Iudæorum, & Iustinianus Imperator in *L.* 1. *C.* de veteri Iur. enucleand. fatentur: ita etiam à Deo creati & legitimè electi magistratus, feliciter & tranquillè imperare solent. Contrà, qui se ipsos intrudunt, aut fraudulenter id assequũtur, infelix & turbulentum semper reddidisse imperium legũtur. Postquàm verò Romulus ex hac vita emigrâsset, Proculo viro nobili in colle Quirinali apparuit, & duas alias pulcherrimas atque tam ad conseruandum quàm propagandum imperium necessarias leges tradidit. Nimirùm, vt virtutem colerent, & à seditionibus abstinerent; sic enim futurum, vt omniũ gentium domini euaderent. Quæ leges tantò Romanis sanctiores & chariores erant, quàtò earum auctor Romulus in deorum immortalium numerum relatus, sapientior iam habebatur. Ad priorem enim quod attinet, facit profectò virtus, vt Respub. multis legibus & præsidijs externis non indigeat: quippe in qua sola omne defensionis genus continetur, & qua paruum Romanum imperium in immensum, auctore prudẽtissimo illo Catone, excreuit. Nolite, inquit, existimare, maiores nostros armis Rempublicam ex parua magnam fecisse: alioqui enim nos multò pulchriorem

Idè testatur Assuetus Magn. Hester ca. vlt.

Digitized by Google

m & firmiorem haberemus, nam armo-
a & equorum maior nobis copia est, quàm
rum fuit: sed alia fuerunt, quæ illos mag-
fecêre, & nobis nulla sunt. Domi indu-
a, foris iustum imperium, animus in con-
endo liber, neque libidini, neque delicto
noxius, pro his nos habemus luxuriam, at-
e auaritiam, publicè egestatem, domi opu-
ntiam, inter bonos & malos nullum discri-
en. Quæ omnia per comparationem & An-
hesin sic explicat Blondus libro quinto,
omæ triumphantis; vt ad Ecclesiam quoq;
hristianam egregiè accommodari posint.
alustius quoque Romanum imperium vir-
itib⁹ creuisse ait, at paulatim pecuniæ, inquit,
imperij cupido creuit, ea quasi materies o-
mnium malorum fuêre, post, vbi contagio
uasi pestilentia inuasit, ciuitas est immutata,
imperium ex iustisimo & optimo crude-
e intolerandumque factum est. Et Horatius
ibro tertio carminum, ode: 6

Virtus imperium auget & conseruat, vitia perdunt.

Pulchra etiam quedam hac de re apud Augu. li. 2. de ciu. dei edisseritur. & li. 5. ca. 12. Catō. verba repetit & exponit. Vide præfat. Guiciardini.

Fœcunda culpæ secula nuptias
Primum inquinauêre, & genus, & domos;
Hoc fonte deriuata clades
In patriam populumq; fluxit.

Vt rectè Cicero dixerit quarta Philippica: Virtus propria est Romani generis, & seminis, hanc retinete quæso Quirites, quam vobis tanquam hæreditatem maiores vestri reliquerunt. Hac illi primùm vniuersam Italiam deuicerunt, deindè Carthaginem exciderunt, Numantiam euerterunt, potentisimos reges,

Digitized by Google

Seditio/rei-publ. eger-minor. reges, bellicosissimas gentes in deditionem huius imperij redegerũt. Seditiones verò quæ altera lege prohibentur, quantum detrimenti attulerint reipublicę, Horatius breuiter expresit libro tertio Carm. ode 6.

Penè occupatam seditionibus,
Deleuit vrbem Dacus & Æthiops,
Hic classe formidatus, ille
Missilibus melior sagittis.

Dissensio in ciuitate facit, ait Cæsar, vt nulla salus in ea perspiciatur, & rempublicam in summũ periculum deducit. Quod tam Græcorum, quàm Romanorum imperium declarat. Nam Græciæ florentissimas ciuitates quãdo omnes imperare cupiebant, propter discordiam imperium perdiderunt, & quid singulæ contentionibus suis amitterent, non nisi oppressæ senserunt, siquidem Philippus Rex Macedoniæ veluti è specula quadam libertati omnium insidiatus, dum contentiones ciuitatum alit, auxilia inferioribus ferendo, victospariter victoresque subire, seruitutem regiam coegit. Et Romanorum imperium vt concordia supra modum excreuerat, sic discordia, bellisque ciuilibus penè confectum consenuit; prorsusque collapsum esset, nisi optimi principes velut humeris suis subleuassent. Vnde illud Poetæ:

Iustin. li. 8. historiar.

Vopiscus in Caro, & Ammor. in Psalm. 45.

En quo discordia ciues
Perduxit miseros.

Etsi diu antè salubriter præmonuerat Pythagoras

Digitized by Google

goras, seditionem & discordiam longè à ciuitatibus propulsari oportere. Nam quanto cũ periculo saluberrimæ doctißimi viri sententiæ contemptus coniunctus sit, non solùm veteres historici vno ore loquuntur: verumetiam miserabiles florentißimorum regnorũ, & nobilißimarum Rerumpublicanum euersiones, quique nostro seculo acciderunt interitus, apertè testantur. Quapropter tam ciuili quàm Spiritali & Ecclesiastico magistratui has duas leges in primis curæ esse oportet. Sublata enim virtutæ, sublata cõcordia; iustitia, fides, religio, & quęcunque homini iucunda esse possunt, vnà tolluntur. vt grauißimum intra muros bellũ, & triste in ipsa patria exilium habeatur. Paulatim ergò his rebus cresc̃ete imperio, varię leges partim à Numa, partim ab alijs regibus promulgatæ fuerunt, quæ paßim apud auctores reperiuntur. Numa verò vt suis legibus maiorem auctoritatem cõciliaret, ex consilio & iussu Ægeriæ Nymphę eas se ferre simulabat. Sed propter incredibilem Tarquinij regis superbiam & tyrannidẽ, libidinemque reges prorsus eiecti sunt, & in locum eorum consules creati, qui summum quidem imperium habebant; tamen cautum erat, ab ijs prouocatio vt esset, & quo melius Reipubl. prospicerent quam reges fecerant, Consules vocarentur. Duo autem creati fuerunt, vt si alter malus esset, alter eũ coërceret: propterea; annuus ille magistrat⁹ erat, ne insolesceret. Populus verò Romanus sub patriciorum

Lact. lib. 6. Cap. 6.

Lact. ant. lib. 1. cap. 22.

Plin. de viris illustribus cap. 3.

Val. l. 1. c. 5.

Cice. lib. 1. de legibus.

Po. Laetus c. 15. Fenestell. cap. 7. Eutro. li. 1.

Digitized by Google

ciorum imperio annos multos iactatus, certā tādem iuris scripti formam (patriciorum ius pro suo arbitrio dicentium tyrannidem non ferens) postulauit. Consules & patricij cùm diu restitissent, aliquando consenserunt, vt legati in Græciam præcipuè Athenas, quæ artium legumque gloria tunc florebant, proficiscentes, leges conscriberent.

Numa Pompilius, qui Romulo successit in regnum, leges quasdam reliquerat: sed quæ Regiæ ciuitati nequaquam sufficerent. Quare post Atheniēsib' leges Solonis mutuati sunt: quas tamen non vt acceperant, tenuerūt, sed meliores facere conati fuerunt. Lycurgus quidem Lacedęmonijs leges ex Apollinis oraculis se instituisse confinxerat. Quod Romani prudenter credere noluerunt, proptereaque non inde, sed ab Atheniensibus leges acceperunt Solonis, quæ ad vitam ciuilem, & mansuetudinem magis accommodatæ erant, quàm Lycurgi agrestes & sanguinariæ. Illi verò legati dum omnia diligenter considerabant, veramque Atheniensium legum & Lacedæmoniorum cōsuetudinum rationem inquirebant, triennium ferè hac in peregrinatione consumpserūt. Quæ leges cùm Romam referrentur, Decemuiri creati sunt, qui ex cōsuetudinib' patrijs, & legibus Græcorum certam perpetuamque iuris formam de legatorum (qui veram earum sententiam ab ipsarum legum authoribus Græcis percepisse videbantur) & de Hermodori Ephesij tunc

fortè

forte in Italia exulantis consilio efficerent. Sicut in decem tabulis relatas, publicè omnibus legendas proposuerunt: obseruato Atheniensium more, qui leges Solonis tabulis ligneis insculptas ἄξονας vocabant, etsi Romanorum tabulæ æneę fuisse leguntur. Qui mos incidendarum in æs legum diu pòst apud Romanos durauit, vt ex varijs legibus Iustinianei codicis apparet. Vnde Marlianus libro secundo Romanarum antiquitatum: Tabularum, inquit, genera duo in capitolio fuerunt, alterum quod fortium virorum res gestas continebat depictas, alterum leges antiquissimas Romuli, Numæ, & aliorum Regum, posterorumque legislatorum statuta, acta publica, fœdera, ritus sacros, & antiqua monumenta in tabulis æneis incisa. Quorum adhuc hodiè quędam extant, quędam vetustate, bello, incendio, negligentia periere. Propositis ergo tabulis decem, rumor percrebuit, auctore Fenestella, alijs duabus tabulis ius populi Romani plenũ absolutũq; fore: igitur habitis comitijs alij Decemuiri surrogati sunt, qui duas adhuc tabulas adijcerent, vnde appellatæ sunt tabulæ 12. Continebant verò hæ tabulæ tam leges consuetudinesque Græcorum, quàm Romuli & Numæ, aliorumque Regũ Romanorum leges, quæ, quod ad regnum tyrannidemque stabiliendam non pertinerent, minimè abrogatæ erant. De quarum tabularum auctoritate & præstantia M. Cicero lib. 1. de Oratore in hæc verba loquitur: Fremant

Li. 2. C. de frumẽ vrb. Cõstãt. No uel. cõsti. 8.

omnes, dicam quod sentio, bibliothecas me Hercule omnium philosophorum vnus mihi videtur 12. tabularum libellus, si quis legũ capita viderit, & auctoritatis pondere, & vtilitatis vbertate superare. Rursùs libro secũdo de legibus: Discebamus pueri 12. tabulas vt carmen necessarium, quas iam nemo discit. Vndè colligitur, quòd olim pueri hinc iurisprudentiæ fundamenta perceperint, quare iuris ciuilis fontes Ciceroni & Liuio vocãtur. Apud Gellium ridetur quidam, quòd iurisperitus haberi vellet, duodecim verò tabularũ prisca verba ignoraret. Has etiam Cyprianus suo adhuc tẽpore perdurâsse testatur, etsi deplorat, eas non obseruari ampliùs, sed earum minas vnà cũ ipsis legibus publicè priuatimq; contemni. Abrogata etiam decemuirorum auctoritate, aliæ atq; aliæ Reipublicæ formæ, variæque iuris species in imperium Romanũ peruenerunt, quæ partim in corpore iuris Iustiniani, partim in Historicorum scriptis recitantur. Papirius verò, qui tempore Tarquinij Superbi floruit, Regias leges in ordinem redegit: Primus publicè profiteri cœpit Tiberius Coruncanus. Sub Augusti autem Cæsaris imperio, quiescentibus armis, virtutes & ingenia hominum maximè floruerunt, quando non Iurisconsulti modò hanc artem mirificè elaborârunt, sed aliç etiam ingenuç disciplinæ suprà modum exçultæ fuerunt. Marcus quidem Crassus confusum hactenùs dissipatumque ius in certa se genera coacturum,

Vide Gelium lib. 20. cap. 1.

L. 16. c. 10

L. 2. epi. 2.

Pōp. Let. cap. vltim.

& ad

& ad artem redacturum promiserat, sed cùm is in otium solitudinemque, vti cogitârat, de turba, & à subsellijs conferre sese non poterat, Cicero librum conscripsit de iure ciuili in artem redigendo. Quod Cn. Pompeius facere cœpit, sed non perseuerauit in tam præclaro opere, donec perficeretur. Deinde Iulius Cæsar, qui Pompeium imperio & honore & vita exuit, in eam curam teste tranquillo incubebat, vt ex immensa confusaque legum copia, optima quæque & in primis necessaria paucissimis libris complecteretur: sed interfectus est, antequam absolueret. Quocirca veteres Romanorum leges paulatim corruptæ & obliteratę fuerunt. A Constantino cæterisque post eum Imperatoribus latę leges, nouę appellantur, quas Theodosius minor in vnũ codicem redegit; eumque ad imitationem Hermogeniani & Gregoriani Theodosianũ nominauit. Et hinc factum apparet, vt Ius aliud vetus, aliud nouum appelletur: quorum hoc in gubernanda Republica & dirimendis controuersijs obseruatur, illud autem vetus quanquàm non magnum vsum habet, eius tamẽ cognitio vtilis est & propemodùm necessaria iudicatur. Ad eundem modum veteres quoque Romani Ius aliud Pontificium vocabant, quod de religione & cæremonijs sacris pertractabant, aliud Ciuile quod Reipublicæ potissimùm gubernandæ rationem præscribebat.

Cic. l. 1. de Oratore.

Gell. li. 1. cap. 22.

Gratia. ca. vlt. dist. 7.

Cic. lib. 1. de legib.

Porrò Iustiniani Imperatoris industria & liberalitate diuinum hoc opus, componendarum legum, aliquando tádem perfectum est, quod gloriosissimi Imperatores, & clarissimi iurisconsulti summoperè quidem necessariū esse iudicârant, sed perficere propter summā difficultatem grauissimaque bella, & Reipublicæ negotia, non potuerant. Vndè is longè maiorem gloriam, quam ex armorum vsu quisquam comparare potuisset, perpetuumq; decus doctorum hominum consensu est consecutus. Vt eius beneficij memoria apud gratos homines nequaquam interitura sit, quamdiu Romanum nomen, & ius ciuile suam auctoritatem retinebit. Id verò ex hac epistola apertè colligitur.

Imperator Iustinianus Augustus Triboniano quæstori sacri palatij.

DEo auctore, nostrum gubernante imperium, quod nobis à cælesti maiestate traditum est, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & statum Reipublicæ sustentamus, & ita nostros animos ad Dei omnipotétis erigimus adiutorium, vt neque armis confidamus, neque nostris militibus, neque bellorum ducibus, vel nostro ingenio, sed omnẽ spem ad solæ referamus prouidentiam trinitatis. Vndè & mundi totius elementa processerunt, & eorum dispositio in orbem terrarū producta est. Cùm itaque nihil tam studiosum in omnibus rebus inueniatur quam legū auctoritas, quæ & diuinas & humanas res be-

nè

Digitized by Google

ponit, & omnem iniquitatem expellit:
imus autem omnem legum tramitem
ɔ vrbe Roma condita, & Romuleis desc
t temporibus, ita esse confusum, vt in in-
ım extendatur, & nullius humanæ natu-
ɔacitate concludatur: primum nobis fu-
dium à sacratissimis retrò principibus i-
m sumere, eorum constitutiones emen-
, & dilucidè tradere, quatenùs in vnum
:em congregatæ, & omni superuacua si-
udine & iniquissima discordia absolutę,
ersis hominibus promptum suæ seueri-
prębeant pręsidiũ. Quod nemo alius ne-
sperare neque optare ausus est. Res qui-
nobis difficillima, imò magis im-
ibilis videbatur, sed manibus ad cælum
:is, & æterno auxilio inuocato, eam quo-
curam nostris reposuimus animis, Deo
qui & res penitùs desperatas donare, &
irmare suæ virtutis magnitudine potest,
l tuæ synceritatis optimam respeximus
isterium, tibiq; primo & hoc opus com-
mus, & iussimus quos probaueris, tam ex
ndissimis antecessoribus, quàm ex iuris
:tissimis togatis fori amplissimæ sedit, ad
ındum laborem assumere. Omni igitur
nani iuris dispositione composita, & in
ıs voluminibus, id est, institutionum, di-
storum siue Pandectarum, necnon Con-
tionum perfecta, & tribus annis consum-
a, quæ vt primùm sperari cœpit, neque in
decenniũ completi sperabatur, omnipo-
 tenti

tenti Deo & hanc operam, ad hominum sustentationem pijs obtulimus animis, vberesq; gratias maximæ dietati dedimus, quæ nobis præstitit & bella feliciter agere, & honesta pace potiri, & non tantùm nostro, sed etiam omni æuo tam instanti quàm posteriori leges optimas ponere, &c. Adhunc modum Iurisprudentia Romanorum cum imperio ad maximam gloriam ab optimis principibus & sapientißimis viris perducta est. Sed cùm egregiè ea constitisset, ferocißimi crudelißimique populi perpetuis ferè bellorum cladibus Italiam lacerauerunt, propterea que grauißima optimarum rerum (vt belli tempore fieri consueuit) perturbatio & barbaries introducta est, & Romanæ leges oppressæ conticuerunt. Donec Lotharij imperatoris temporibus, cum nonnihil quasi respirare cœpisset Italia, homines ingeniosi & eruditi odio barbaricarum constitutionum, quæ tyrãnidem sapere videbantur, ius ciuile Romanorum restituerent, & in forum vnde iam diu exulârat, reducerent. Inter quos præcipuus ferè extitit VVernerus siue Irnerius quidam vir summæ auctoritatis, & apprimè eruditus. Hic imperatori persuasit, vt preciperet causas iterùm ex scriptis legibus iudicari, easdemque in scholis Romæ doceri, sicut Constantinopoli, & olim Athenis fuisset vsitatum. Fertur etiam ipse Romæ & Bononiæ eas esse publicè in scholis interpretatus. Sic restitutus est is thesaurus, quo neque vtilior neque preciosior

Vide l. 1. & 2. C. de veteri iure enucleando.

Digitized by Google

esse vllus potest. Pisani verò cùm Pando-
fortè reperissent, auctore Volaterrano,
lemque Florentini captis Pisis in suam vr-
n asportassent, iuris ciuilis Romanorum
dia efflorescere cœperunt, donec in eam e
antiã quam nunc videmus, indefesso mul-
um studiosorũ hominum labore perdu-
entur. Nec Iurisprudentia solùm restituta
verumetiam historia, latinæ linguæ puri-
,& liberales disciplinæ. Vt hominis profe-
ingrati sit, illorum scriptorum commen-
ios, quasi nescio quã barbariem sapere vi-
intur, reprehẽdere, quibus maximæ gratiæ
deberent, propter incredibilem illũ in ab-
rgendis pulueribus laborem. Mirum cer-
est, quod in tãta bonarum literarum penu-
, tam egregiam optimarum rerũ cognitio-
m comparare; & tam eruditos, si nõ politos
tersos, posteritati commẽtarios relinquere
tuerint. Vndè omnes boni facilè ęstimari
ssint, non solùm maximi laboris & summæ
ligentiæ homines in studijs, sed prudentissi-
os quoq;, & vsu rerum exercitatissimos vi-
s extitisse. Quod nõ de eius temporis Iuris-
nsultis tantùm, verũ etiam sacræ theologię,
bonarum artium scriptoribus similiter iu-
candum est. Quemadmodum ergò duode-
m tabularum leges, quæ iuris ciuilis Roma-
orũ origo fuerũt, magna ex parte in Italiã ex
ræcia peruenère: ita iniuria temporis, & ma
rum hominum petulantia oppressum &
rè extinctum ius, Græcorum, vt videtur,

Lex dies de ferijs.

industria, auxilio, & artibus, restitutum est. Vt rectè Imperator Romæ & Constantinopoli maximis vrbibibus Iura nata esse affirmet. Vt ergò iurisprudentia Romæ & per vniuersam Italiam maximè floreret, Pontificibus maximis magnæ semper curæ fuit, qui plurimos celeberrimos viros permouerunt, vt restitutum scholis ius commentarijs illustrarent. Quare autem Pontifices voluerint Romæ ius Canonicum & ciuile doceri, & Parisijs prohibuerint; Socinus, Anchor. & alij ad c. cum de diuersis de priuileg. in 6. & c. super speculo, de Magist. pertractarunt. Ius autem Canonicum Pontificiumque ex scriptura sacra, & sacrorum conciliorum decretis, & scriptis orthodoxorum patrum, responsisque, & decretalibus epistolis summorum Pontificũ pulcherrimè à viris prudentissimis auctoritate publica conscriptum est, & nuper per M. Antoniũ Cucchum & Lancellottium in quatuor institutionum libros redactum. Vt non frustrà doctissimi viri molestè ferant, quòd supremus magistratus tanto labore perfectũ ius, tot plebiscitis & priuatis constitionibus, comuni iuri contrarijs peruerti, ac in opinionum certamina, summamq; difficultatem, & velut cereum nasum traduci patiatur.

De iudiciorum ratione, & consilijs veterum Romanorum.

QVãquam de magistratibus & iudicijs Romanorum, tam multa à doctissimis viris ex professo disputata reperiuntur, vt qui his de re-

ebus amplius cogitare aliquid velit, soli, vt
uerbio dicitur lucem additurus videatur,
go ad quæstionem 65. Aristeæ pluta anno-
i: tamen id solum huic loco attexendum
aui, quòd in ciuilibus controuersijs matu- *Zasius ad li.*
omprimendis diligentissimi semper exti- *2. ff. de ori.*
nt. Iudicia vero apud Priscos Romanos *Iur.*
olicia fuerunt. Nam Romulus vrbis condi-
, in causis criminalibus non diuturnis iu-
ijs vtebatur sed subitaneis: & causas vel ipse
ediebat, vel alijs committebat.
Post eiectos Reges atque decemuiros,
nsules creati sunt. Qui cum perpetuis ferè
lis auocabantur, causasque populi satis au- *P. Let. c. 24.*
e, & ex æquo & bono determinare nequi- *Fene. ca. 19.*
nt: duo prætores Vrbanus nimirum & Pe- *de ma. Ro.*
rinus electi fuerunt. Quorum ille vrbanis *Blond. li. 3.*
iuibus Rom. ius dicebat, hic verò peregri- *Ro. triũph.*
qui forte in vrbem veniebant: Nec enim *Lib. 2. ff. de*
mani peregrinos negligere, & (quod nunc *orig. iuris.*
ouidam in locis fit) contumelia afficere
bant, sed beneficijs deuincire, & humani-
quadam allicere conabantur. Varijq; ma-
ratus introducti sunt, qui pacem & tran-
litatem publicam conseruarent. Quoniã
ò Atheniẽsium δυσβουλία ex eo prouenisse
litur, quod non ex optimis ciuibus Sena-
eligerent, magistratusque crearent, nec
lentissimos suos philosophos in consiliũ
iberent, sed hominibus ignotis temerè
lerent: iccircò Romani cùm totius orbis
eriũ animo concepissent, contraria pror-

sùs ratione, sibi vtendum putauerunt. Ideoq; semper rectè prudenterque eorum senatus consuluit, nec à quoquam orbis terrræ populo solidior vnquam expectata sapientia est, vt M. Falconius apud Vopisc. loquitur in Tacito. Nec enim in Senatum recipiebant qui vitij alicuius particeps esset, sed viros tantum omni pietate, iustitia, eruditione, cæterisque virtutibus exornatos: quique vt populo rectè imperabant, sic ipsi legibus spontè parerent. Vndè illud: Is ordo omni vitio careto, reliquis specimen esto. Quare Pyrrhi regis legatus, Romę vrbem se regum vidisse aiebat. Sin aliqui indigni fortè per fauores & studia amicorum, aliasque fraudes in eum ordinē conscēdissent: Censores probrum in senatu ne relinquito, aiebat lex. Nam multi ob probrum atque infamiam senatu moti fuerunt per Cēsores, multique adēptis equis in plebeium ordinem redacti. Vt verò optimi illi senatores in gubernanda republica, & ciuilibus negotijs tractandis se prudenter gererent, tria quędam leges imperabant: primò, vt semper in senatu adessent: Senatori qui non adesit, aut causa, aut pœna esto. nam grauitatēm, auctore Cicerone, Senatusconsultum habet, quando senatus frequens est. Deinde, vt loco suo dicerent: nihil enim in consultando pestilentius est, quàm loci & ordinis perturbatio. Tertiò, vt modū in dicendo adhiberent, breuitas enim, ait Cicero, magna laus est, non solùm senatoris, verumetiā oratoris & in sentētia. Nisi

Cice. lib. 3.

Blondus & alij.

tanta

ta res esset, quæ copia ad explicādum, hor-
dum, vel dehortandum indigeret, tunc e-
ı lōgiore oratione vti licebat, quod his ver
indicat Gellius: Cato rem quæ consuleba-
, quod non è Republica videbatur, perfici Li.4.14.19.
ebat, eius rei gratia ducendæ longa orati-
: vtebatur, eximebatque dicendo diem. E-
enim ius senatori vt sentētiam rogatus, di-
et antè quicquid vellet alius rei, & quoad
let. Rursùs alio tempore inclytam illam
ı Rhodiensibus orationem suam in Senatu
tonem recitasse, scribit idem Gellius libro
timo Noctium Atticarum. Hinc volentes
pedire, dicendo ducebant diem, quia post
:asum solis Senatusconsultum non fiebat.
te Alex. Sardis, li.2. cap.6. de moribus Gē-
Catonē prisca dicendi consuetudine mo-
lies extraxisse refert Cęs. l.1. de bel. ciuil.
Vt vehementer optandum esset, quod hæ
es in publicis priuatisque consilijs resusci-
:ntur: ne quis vel odio, vel gratia alicuius
:uiter à Senatu aut Capitulo absentaret: ne
s concilium ineptis & inconditis clamori-
, non obseruato loco suo repleret: néue
orare magis, & in causa habitare, quàm sen-
tiam dicere videretur. Vt autem frequen-
in senatum venirent, alia quadā lege vrge-
ur: Causas populi teneto. Quo modo enim
ipub. negotia, socios, leges, atq; exēpla ma-
um, vniuscuiusque ciuis naturam, cōditio-
ēq; scire possent, qui ab illis locis abstinēt,
vbi

vbi hæc tranctantur? Senatus verò olim ter in
Alex Sard. lib.2.cap.6. mensæ habebatur, Nonis, Idibus, & Calendis.
Nisi quid accideret quod moram non patere-
tur, nec differri posset, tunc enim indictus Se-
natus cogebatur. Sicut Athenis νόμιμος ἐκκλη-
σία erat ter in mense, σύγκλητος quoties neces-
sarium videbatur. Augustus tamen Cæsar de-
creuit, ne sæpius quàm his legitimus senatus
Blond. cogeretur, Idibus & Calendis. Voluit quoq;,
vt omnes senatores supplicarent ad aram eius
Sueton. in vita. Dei, in cuius templo coiretur, antequam in
Senatum venirent. Ideo velut lege quadam a-
pud posteros Rom. obseruatū fuisse, refert
Autho. Panormitan. l. 3. cap. 3. Gellius, lib. 14. cap. 7. Immolare prius hosti-
am, auspicariq; debere, qui Senatum habitu-
rus erat.

Vnde Alphonsus Aragonum Rex dicere
solebat, si Romanis temporibus natus fuisset,
Ioui positorio ad curiam templum se extru-
Vide Academ Col. cturum, quo sententiam grauissimis de rebus
dicturi patres, odium, & inuidiam, cæteraque
vitia prius deponerent. Quod si in comitijs
nostris principes Christiani facerent, suosq;
consiliarios in aulis, vbi hæc vitia præcipuè
dominantur, deponere cogerent, profectò
longè salubriùs Reipublicę consuleretur. Iam
verò sicut arduis in rebus non temerè consti-
tuendum est, nam præcipitis consilij ferè as-
secla est pœnitentia: ita decretam promulga-
tamque rem in dubium reuocare, & per
nouas consultatione variare, multa secum in-
commoda afferre videbant: ergò lege cautū
erat:

t:non plus quàm singulis de rebus semel
ısulunto. Etsi re melius intellecta pro fori,
ıporis, & personarum, rerumque inopina-
ccidentium ratione, sententiam tempera-
ıonnunquam fortaſsis mutare prudentis
Quòd frequenter arduas res in alium di-
propter difficultatem reiecerint, cũ hoc
reto, ne quis eas efferret, antequàm con-
æ & perfectæ essent, Aulus Gellius Papy-
rætextati exemplo declarat. Quod mul-
:culis nemo ex patribus arcana consilia e-
ciârit, quòd maxima charitate patriæ te-
:ntur, probat Valerius. Curiam fecerunt
ait scriptura, & quotidie consulebant tre-
os viginti, consilium agentes de multitu-
; vt quæ digna sunt, gerant: & committũt
ıomini magistratum suum, per singulos
ıs dominari vniuersæ terræ suę, & omnes
liunt vni; & non est inuidia neque zelus
eos. Nemo tamen portabat diadema, nec
uram, vt magnificaretur in ea. De Magi-
bus Romanis, deque eorum creatione,
:u, ingressu in vrbem, sceptro, sumpti-
ı ludos, deque votis pro eorũ & reip. sa-
post alios erudite differit Faber ad
ff. de orig. Iur. & Lancellottus in Prętо-

Deus bone vt nunc diui-num & hu-manum ius iteratur, refi-gitur, conte-riturque.

l Capitolium vero sic legitur: S P Q R.
olium præcipuè Ioui olim commenda-
nunc Deo vero cunctorum bonorum
re Iesu Christo, cũ salute communi sup-
ommendat, atque tuendum tradit, An-
no post

Porrò Iustiniani Imperatoris industria
liberalitate diuinum hoc opus,componend
rum legum, aliquando tãdem perfectum e
quod gloriosissimi Imperatores,& clarissin
iurisconsulti summoperè quidem necessar
esse iudicârant, sed perficere propter sumn
difficultatem grauissimaque bella, & Reip
blicæ negotia,non potuerant. Vndè is long
maiorem gloriam, quam ex armorum v
quisquam comparare potuisset,perpetuum
decus doctorum hominum consensu est co
secutus. Vt eius beneficij memoria apud gr
tos homines nequaquam interitura sit,quan
diu Romanum nomen, & ius ciuile suam a
ctoritatem retinebit. Id verò ex hac episto
apertè colligitur.

Imperator Iustinianus Augustus Triboniano
quæstori sacri palatij.

DEo auctore, nostrum gubernante imper
um,quod nobis à cælesti maiestate trad
tum est,& bella feliciter peragimus,& pacen
decoramus, & statum Reipublicæ sustent
mus, & ita nostros animos ad Dei omnipot
tis erigimus adiutorium,vt neque armis co
fidamus, neque nostris militibus, neque be
lorum ducibus,vel nostro ingenio, sed omn
spem ad solæ referamus prouidentiam trin
tatis. Vndè & mundi totius elementa proce
serunt, & eorum dispositio in orbem terrar
producta est. Cùm itaque nihil tam studio
sum in omnibus rebus inueniatur quam leg
auctoritas, quæ & diuinas & humanas res be
q

Digitized by Google

nè diſponit, & omnem iniquitatem expellit: reperimus autem omnem legum tramitem qui ab vrbe Roma condita, & Romuleis deſcendit temporibus, ita eſſe confuſum, vt in infinitum extendatur, & nullius humanæ naturæ capacitate concludatur: primum nobis fuit ſtudium à ſacratiſsimis retrò principibus initium ſumere, eorum conſtitutiones emendare, & dilucidè tradere, quatenùs in vnum codicem congregatæ, & omni ſuperuacua ſimilitudine & iniquiſsima diſcordia abſolutę, vniuerſis hominibus promptum ſuæ ſeueritatis prębeant pręſidiũ. Quod nemo alius neque ſperare neque optare auſus eſt. Res quidem nobis difficillima, imò magis impoſsibilis videbatur, ſed manibus ad cęlum erectis, & æterno auxilio inuocato, eam quoque curam noſtris repoſuimus animis, Deo freti qui & res penitùs deſperatas donare, & confirmare ſuæ virtutis magnitudine poteſt, & ad tuæ ſynceritatis optimam reſpeximus miniſterium, tibiq; primo & hoc opus commiſimus, & iuſsimus quos probaueris, tam ex facundiſsimis anteceſſoribus, quàm ex iuris diſertiſsimis togatis fori ampliſsimæ ſedit, ad ſociandum laborem aſſumere. Omni igitur Romani iuris diſpoſitione compoſita, & in tribus voluminibus, id eſt, inſtitutionum, digeſtorum ſiue Pandectarum, necnon Conſtitutionum perfecta, & tribus annis conſummata, quæ vt primùm ſperari cœpit, neque in totũ decenniũ completi ſperabatur, omnipo-

tenti Deo & hanc operam, ad hominum su
ſtentationem pijs obtulimus animis, vberes
gratias maximæ dietati dedimus, quæ nob
præſtitit & bella feliciter agere, & honeſ
pace potiri, & non tantùm noſtro, ſed etia
omni æuo tam inſtanti quàm poſteriori l
ges optimas ponere, &c. Adhunc modum l
riſprudentia Romanorum cum imperio a
maximam gloriam ab optimis principibus
ſapientiſsimis viris perducta eſt. Sed cùm
gregiè ea conſtitiſſet, ferociſsimi crudeliſs
mique populi perpetuis ferè bellorum clac
bus Italiam lacerauerunt, proptereaque gr
uiſsima optimarum rerum (vt belli tempo
fieri conſueuit) perturbatio & barbaries i
troducta eſt, & Romanæ leges oppreſſæ co
ticuerunt. Donec Lotharij imperatoris ten
poribus, cum nonnihil quaſi reſpirare cœp
ſet Italia, homines ingenioſi & eruditi od
barbaricarum conſtitutionum, quæ tyr
nidem ſapere videbantur, ius ciuile Rom
norum reſtituerent, & in forum vnde iam c
exularat, reducerent. Inter quos præcipuus
rè extitit VVernerus ſiue Irnerius quida
vir ſummæ auctoritatis, & apprimè erudit
Hic imperatori perſuaſit, vt preciperet ca
ſas iterùm ex ſcriptis legibus iudicari, eaſde
que in ſcholis Romæ doceri, ſicut Conſtan
nopoli, & olim Athenis fuiſſet vſitatum. Fe
tur etiam ipſe Romæ & Bononiæ eas eſſe p
blicè in ſcholis interpretatus. Sic reſtitutus
is theſaurus, quo neque vtilior neque preci
ſi

Vide l. 1. & 2. C. de veteri iure enucleando.

Digitized by Google

sior esse vllus potest. Pisani verò cùm Pandectas fortè reperissent, auctore Volaterrano, easdemque Florentini captis Pisis in suam vrbem asportassent, iuris ciuilis Romanorum studia efflorescere cœperunt, donec in eam elegantiã quam nunc videmus, indefesso multorum studiosorũ hominum labore perducerentur. Nec Iurisprudentia solùm restituta est, verumetiam historia, latinæ linguæ puritas, & liberales disciplinæ. Vt hominis profectò ingrati sit, illorum scriptorum commentarios, quasi nescio quã barbariem sapere videantur, reprehẽdere, quibus maximæ gratiæ agi deberent, propter incredibilem illũ in abstergendis pulueribus laborem. Mirum certè est, quod in tãta bonarum literarum penuria, tam egregiam optimarum rerũ cognitionem comparare; & tam eruditos, si nõ politos & tersos, posteritati commẽtarios relinquere potuerint. Vndè omnes boni facilè æstimari possint, non solùm maximi laboris & summæ diligentiæ homines in studijs, sed prudentissimos quoq;, & vsu rerum exercitatissimos viros extitisse. Quod nõ de eius temporis Iurisconsultis tantùm, verũetiam sacræ theologię, & bonarum artium scriptoribus similiter iudicandum est. Quemadmodum ergò duodecim tabularum leges, quæ iuris ciuilis Romanorũ origo fuerũt, magna ex parte in Italiã ex Græcia peruenẽre: ita iniuria temporis, & malorum hominum petulantia oppressum & ferè extinctum ius, Græcorum, vt videtur, Lois dies de frisa

industria, auxilio, & artibus, restitutum est. Vt rectè Imperator Romæ & Constantinopoli maximis vrbibibus Iura nata esse affirmet. Vt ergò iurisprudentia Romæ & per vniuersam Italiam maximè floreret, Pontificibus maximis magnæ semper curæ fuit, qui plurimos celeberrimos viros permouerunt vt restitutum scholis ius commentarijs illustrarent. Quare autem Pontifices voluerint Romæ ius Canonicum & ciuile doceri, & Parisijs prohibuerint; Socinus, *Anchor.* & alij ad c. cum de diuersis de priuileg. in 6. & c. super specculo, de Magist. pertractarunt. *Ius* autem Canonicum Pontificiumque ex scriptura sacra, & sacrorum conciliorum decretis, & scriptis orthodoxorum patrum, responsisque, & decretalibus epistolis summorum Pontificũ pulcherrimè à viris prudentissimis auctoritate publica conscriptum est, & nuper per M. *Antoniũ* Cucchum & Lancellottium in quatuor institutionum libros redactum. Vt non frustrà doctissimi viri molestè ferant, quòd supremus magistratus tanto labore perfectũ ius, tot plebiscitis & priuatis constitionibus, comuni iuri contrarijs peruerti, ac in opinionum certamina, summamq; difficultatem, & velut cereum nasum traduci patiatur.

De iudiciorum ratione, & consilijs veterum Romanorum.

QVāquam de magistratibus & iudicijs Romanorum, tam multa à doctissimis viris ex professo disputata reperiuntur, vt qui his dero-

Digitized by Google

de rebus amplius cogitare aliquid velit, soli, vt prouerbio dicitur lucem additurus videatur, & ego ad quæstionem 65. Aristeæ pluta annotaui: tamen id solum huic loco attexendum putaui, quòd in ciuilibus controuersijs maturè comprimendis diligentissimi semper extiterint. Iudicia vero apud Priscos Romanos duplicia fuerunt. Nam Romulus vrbis conditor, in causis criminalibus non diuturnis iudicijs vtebatur sed subitaneis: & causas vel ipse expediebat, vel alijs committebat. *Zasius ad li. 2. ff. de ori. Iur.*

Post eiectos Reges atque decemuiros, consules creati sunt. Qui cum perpetuis ferè bellis auocabantur, causásque populi satis audire, & ex æquo & bono determinare nequibant: duo prætores Vrbanus nimirum & Peregrinus electi fuerunt. Quorum ille vrbanis & ciuibus Rom. ius dicebat, hic verò peregrinis, qui forté in vrbem veniebant: Nec enim Romani peregrinos negligere, &(quod nunc quibusdam in locis fit) contumelia afficere solebant, sed beneficijs deuincire, & humanitate quadam allicere conabantur. Varijq; magistratus introducti sunt, qui pacem & tranquillitatem publicam conseruarent. Quoniã verò Atheniẽsium δυσβουλια ex eo prouenisse creditur, quod non ex optimis ciuibus Senatum eligerent, magistratusque crearent, nec prudentissimos suos philosophos in consiliũ adhiberent, sed hominibus ignotis temerè crederent: iccircò Romani cùm totius orbis imperiũ animo concepissent, contraria prorsùs ra- *P. Læt. c. 24. Fene. ca. 19. de ma. Ro. Blond. li. 3. Ro. triũph. Lib. 2. ff. de orig. iuris.*

Digitized by Google

sùs ratione, sibi vtendum putauerunt. Ideoq
semper rectè prudenterque eorum senatu
consuluit, nec à quoquam orbis terrræ popu
lo solidior vnquam expectata sapientia est, v
Cicer. lib. 3. M. Falconius apud Vopisc. loquitur in Tacito
Nec enim in Senatum recipiebant qui vitija
licuius particeps esset, sed viros tantum omn
pietate, iustitia, eruditione, cæterisque virtu
tibus exornatos: quique vt populo rectè im
perabant, sic ipsi legibus spontè parerent. Vn
dè illud: Is ordo omni vitio careto, reliqui
Blondus & alij. specimen esto. Quare Pyrrhi regis legatus
Romę vrbem se regum vidisse aiebat. Sin ali
qui indigni fortè per fauores & studia ami
corum, aliasque fraudes in eum ordinē con-
scēdissent: Censores probrum in senatu ne re
linquito, aiebat lex. Nam multi ob probrun
atque infamiam senatu moti fuerunt per Cē
sores, multique adéptis equis in plebeium or
dinem redacti. Vt verò optimi illi senatore
in gubernanda republica, & ciuilibus nego
tijs tractandis se prudenter gererent, tria quę
dam leges imperabant: primò, vt semper i
senatu adessent: Senatori qui non adesit, au
causa, aut pœna esto. nam grauitatēm, aucto
re Cicerone, Senatusconsultum habet, quar
do senatus frequens est. Deinde, vt loco su
dicerent: nihil enim in consultando pestilen
tius est, quàm loci & ordinis perturbatio. Te
tiò, vt modū in dicendo adhiberent, breuita
enim, ait Cicero, magna laus est, non solùm se
natoris, verumetiē oratoris & in sentētia. Ni
tant

Digitized by Google

tanta res esset, quæ copia ad explicãdum, hortandum, vel dehortandum indigeret, tunc enim lõgiore oratione vti licebat, quod his verbis indicat Gellius: Cato rem quæ consulebatur, quod non è Republica videbatur, perfici nolebat, eius rei gratia ducendæ longa oratione vtebatur, eximebatque dicendo diem. Erat enim ius senatori vt sẽtẽtiam rogatus, diceret antè quicquid vellet alius rei, & quoad vellet. Rursùs alio tempore inclytam illam pro Rhodiensibus orationem suam in Senatu Catonem recitasse, scribit idem Gellius libro septimo Noctium Atticarum. Hinc volentes impedire, dicendo ducebant diem, quia post occasum solis Senatusconsultum non fiebat, teste Alex. Sardis, li. 2. cap. 6. de moribus Gẽtiũ. Catonẽ prisca dicendi consuetudine mora dies extraxisse refert Cæs. l. 1. de bel. ciuil. Li. 4. ca. 10.

Vt vehementer optandum esset, quod hæ leges in publicis priuatisque consilijs resuscitarentur: ne quis vel odio, vel gratia alicuius se leuiter à Senatu aut Capitulo absentaret: ne quis concilium ineptis & inconditis clamoribus, non obseruato loco suo repleret: néue perorare magis, & in causa habitare, quàm sententiam dicere videretur. Vt autem frequentes in senatum venirent, alia quadã lege vrgebãtur: Causas populi teneto. Quomodo enim Reipub. negotia, socios, leges, atq; exẽpla maiorum, vniuscuiusque ciuis naturam, cõditionẽq; scire possent, qui ab illis locis abstinẽt,

vbi

erat:non plus quàm singulis de rebus semel consulunto. Etsi re melius intellecta pro fori, temporis, & personarum, rerumque inopinatò accidentium ratione, sententiam temperare, nonnunquam fortasis mutare prudentis est. Quòd frequenter arduas res in alium diem propter difficultatem reiecerint, cū hoc decreto, ne quis eas efferret, antequàm conclusæ & perfectæ essent, Aulus Gellius Papyrij Prætextati exemplo declarat. Quod multis seculis nemo ex patribus arcana consilia enunciârit, quòd maxima charitate patriæ tenerentur, probat Valerius. Curiam fecerunt sibi, ait scriptura, & quotidie consulebant trecentos viginti, consilium agentes de multitudine, vt quæ digna sunt, gerant; & committũt vni homini magistratum suum, per singulos annos dominari vniuersæ terræ suę, & omnes obediunt vni, & non est inuidia neque zelus inter eos. Nemo tamen portabat diadema, nec purpuram, vt magnificaretur in ea. De Magistratibus Romanis, deque eorum creatione, vestitu, ingressu in vrbem, sceptro, sumptibus in ludos, deque votis pro eorũ & reip. salute, post alios erudite disserit Faber ad lib. 2. ff. de orig. Iur. & Lancellottus in Pretore.

Deus bone vt nunc diuinum & humanum ius iteratur, refigitur, contẽniturque.

Ad Capitolium vero sic legitur: S P Q R. Capitolium præcipuè Ioui olim commendatum, nunc Deo vero cunctorum bonorum auctore Iesu Christo, cũ salute communi supplex commendat, atque tuendum tradit, Anno post

no post salutis initium 1568. Grauissimi auctores sunt, qui nec ante ortum solis, nec post occasum factum S.C. probent, nihilque Senatũ decreuisse, nisi referẽtibus ijs, quibus cogere Senatum licebat, qui erant Dictator, Consules, Praetores, Tribuni plebis. Illos verò qui referebant ad Senatum, primò diuinas res proposuisse, tunc humanas & politicas. Si maior Senatorum pars decreuisset, Tribunique plebis, qui sedebant ad fores Senatus, approbassent, S. C. fuisse dictum repositumque in ærarium: sin Tribuni intercessissent, maiorq; quàm qui Senatum conuocarat magistratus, aut si quid statutum esset die nefasto, vel loco non sacro, vel non legitimo Senatorum numero, non hoc S. C. appellatum, sed senatus auctoritatem. Praeterea saepe rogatos, sententiamque arduis de rebus dicturos, Iurare solitos per Iouem, deosque penates, se & ardere studio veri inueniendi, & ea sentire, quae dicerent. Adhaec, ad indictum Senatum non omnes semper vocatos fuisse, sed praecipuos tantùm fide & taciturnitate probatos, praesertim si quid secreti pertractandum esset, quod perfici antè, quàm renunciari, & in vulgus efferri opporteret. Ad legitimum verò Senatum oportuisse omnes, nisi necessariò impedirentur, venire, quando grauiores res tractabãtur. Quod etiam indicare videtur Cicero quinta Philippica: nisi venirem Calend. Septembris, fabros se missurum Antonius, & domum meam disturbaturum esse dixit. Magna credo res

Gellius l. 14 cap. 7. Alexand. Sard. lib. 2. de ritibus gentiũ ca. 6. Gell. li. 14. cap. 7.

dores

do res agebatur. Magistratus quoque ad homines sapientissimos iustissimosque deferebant, Vt non temerè scripserit Lampridius, Alexandrum Seuerum suffragante vitam, eruditione, & moribus, Imperatorem Romanum esse creatum.

Et Vopiscus in Tacito Imperatore refert Senatus orationem: Tacite Auguste Dij te seruent, te elegimus, te principem fecimus, tibi curam reip. orbisque mandamus. Suscipe imperium ex Senatus auctoritate, tui loci, tuæ vitæ, tuæ mētis est, quod mereris. Princeps Senatus recte Augustus creatur, primæ sententiæ vir recte Imperator creatur. Diu priuatus fuisti, scis quomodo debeas imperare, qui alios principes pertulisti, de alijs principibus iudicasti Bonum, Faustum, salutare sit. Varias quoq; rationes excogitarūt, quibus viri boni in officio retinerētur, ne à virtutibus degenerarent. Quisquis enim magistratu abibat, Cēsoribus rationē gesti magistratûs reddere cogebatur. Vnde Cic. lib. 3. de leg. Apud Græcos νομοφύλακες creantur, qui nō solùm literas, sed etiā facta hominū obseruabāt, hæc detur cura Cēsorib⁹, apud quos qui magistratu abierint, edāt & exponāt quid in magistratu gesserint, deque ijs Censores præiudicent. Erant verò νομοφύλακες Athenis 12. qui quos legibus parere videbāt, laudib⁹ & honorib⁹ prosequerētur: qui nō parebāt, mulctarēt. Erāt quoq; 10. λογισταί, qui iudicarēt quid quisq; in magistratu gessisset. Huc pertinet imperatoria cōstitutio,

que

quæ in Iustiniano codice recitatur, vt omnes magistratus post depositam administrationē, per 50. dies ijs in locis quibus præfuerunt permaneant, fraudum suarum rationem reddituri. Qui se rectè gesserant, tam in prouincijs quàm in vrbe honorabantur: contra qui deliquerant, tribus potissimum quæstioibus obnoxij fiebant, peculatûs, maiestatis, & repetūdarum. Peculatûs quidem, si prædam aut pecuniam publicam auertissent; quo etiam iudicio quæstores, legati, & scribæ eorum tenebantur. Maiestatis, si exercitū aut prouinciā hosti prodidissent, aut bellum sine S. C. intulissent. Repetundarum verò, si in socios auarè, superbè, libidinosè, crudeliter aut iniustè gessissent. Qui magistratu abibāt non solum repetundarum tenebantur, sed iusiurandi religione palam affirmabant: Magistratum se ex legis prescripto egisse. Vnde Cicero: mihi populus Ro. illa in concione non vnius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatemque donauit, cum meum Iusiurandū tale tantumque iuratus ipse vna voce & consensu approbauit.

Hinc fiebat, vt pauciores in Republica iniuriæ, fraudes, oppressiones, & furta, sacrilegiaque cernerentur. Nunc verò, quia rationem gestæ rei reddere, & accusatorem pati non coguntur magistratus, optimi ciues spoliati, lacerati, de suo iure deturbati accusare non audent, sed altum corde premunt dolorem, donec liberè sine forma detur accusandi locus.

Ex

Ex quo fonte grauissimi olim motus extisse, principumque cędes, & nefariæ contra Rempublicam coniurationes reperiuntur. Quod cùm intelligeret Pius II. pontifex Maximus, diploma ædidit, quod aureum est appellatũ, vt qui essent defuncti magistratu, rationem gesti magistratus reposcerentur. Hanc legem Pius V. confirmauit, suoque vigori restituit, & omnes magistratus iudicium de repetũdis, vel omninò de omni administratione subire voluit. Nec ad supremum magistratum facilè admittebant, nisi per inferiores gradatim cum laude quadam concendissent, vt ingenium & mores exploratè cognitos haberent. Rectè enim vulgo dicitur: Magistratus virum ostendit. Id vera ex hac lege non obscurè colligitur: Sunto ædiles, curatores vrbis, annonæ, ludorumque solennium, ollisque ad honoris amplioris gradum primus ascensus esto. Præterea quia cum honoribus quoque mores ferè mutãtur, iccircò ne Consules pro legibus voluntate sua abuterentur, Tribunos ipsis opposuerunt, vt si modica & sapiens supremi iuris moderatio accederet, iustitia rectius conseruaretur. Sicut Theopompus apud Lacedæmonios regibus oppoposuit Ephoros. Vxorique suæ molestè ferenti, quòd minorem liberis potestatem traditurus esset, quàm ipse à patre suo accepisset, respondit: se quidem ipsis longè firmiorem traditurum, quod immodica infirma quoque viderentur, modica autẽ semper firmiora, tutiorq; potẽtia, quæ esset

Epist. Italica.

Olideuder ad leg. 12. tab.

Cic. lib. 3. de legibus.
Val. lib. 4. cap. 1.

Viues in satellitio.

industria, auxilio, & artibus, restitutum est. Vt rectè Imperator Romæ & Constantinopoli maximis vrbibibus Iura nata esse affirmet. Vt ergò iurisprudentia Romæ & per vniuersam Italiam maximè floreret, Pontificibus maximis magnæ semper curæ fuit, qui plurimos celeberrimos viros permouerunt, vt restitutum scholis ius commentarijs illustrarent. Quare autem Pontifices voluerint Romæ ius Canonicum & ciuile doceri, & Parisijs prohibuerint; Socinus, Anchor. & alij ad c. cum de diuersis de priuileg. in 6. & c. super speculo, de Magist. pertractarunt. Ius autem Canonicum Pontificiumque ex scriptura sacra, & sacrorum conciliorum decretis, & scriptis orthodoxorum patrum, responsisque, & decretalibus epistolis summorum Pontificũ pulcherrimè à viris prudentissimis auctoritate publica conscriptum est, & nuper per M. Antoniũ Cucchum & Lancellottium in quatuor institutionum libros redactum. Vt non frustrà doctissimi viri molestè ferant, quòd supremus magistratus tanto labore perfectũ ius, tot plebiscitis & priuatis constitionibus, comuni iuri contrarijs peruerti, ac in opinionum certamina, summamq; difficultatem, & velut cereum nasum traduci patiatur.

De iudiciorum ratione, & consilijs veterum Romanorum.

QVAquam de magistratibus & iudicijs Romanorum, tam multa à doctissimis viris ex professo disputata reperiuntur, vt qui his de re-

de rebus amplius cogitare aliquid velit, soli, vt prouerbio dicitur lucem additurus videatur, & ego ad quæstionem 65. Aristeæ pluta annotaui: tamen id solum huic loco attexendum putaui, quòd in ciuilibus controuersijs maturè comprimendis diligentissimi semper extiterint. Iudicia vero apud Priscos Romanos duplicia fuerunt. Nam Romulus vrbis conditor, in causis criminalibus non diuturnis iudicijs vtebatur sed subitaneis: & causas vel ipse expediebat, vel alijs committebat.

Zasius ad l. 2. ff. de ori. Iur.

Post eiectos Reges atque decemuiros, consules creati sunt. Qui cum perpetuis ferè bellis auocabantur, causasque populi satis audire, & ex æquo & bono determinare nequibant: duo prætores Vrbanus nimirum & Peregrinus electi fuerunt. Quorum ille vrbanis & ciuibus Rom. ius dicebat, hic verò peregrinis, qui forte in vrbem veniebant: Nec enim Romani peregrinos negligere, &(quod nunc quibusdam in locis fit) contumelia afficere solebant, sed beneficijs deuincire, & humanitate quadam allicere conabantur. Varijq; magistratus introducti sunt, qui pacem & tranquillitatem publicam conseruarent. Quoniã verò Atheniẽsium δυσβουλια ex eo prouenisse creditur, quod non ex optimis ciuibus Senatum eligerent, magistratusque crearent, nec prudentissimos suos philosophos in consiliũ adhiberent, sed hominibus ignotis temerè crederent: iccircò Romani cùm totius orbis imperiũ animo concepissent, contraria prorsùs ra-

P. Let. c. 24. Fene. ca. 19. de ma. Ro. Blond. li. 3. Ro. triũph. Lib. 2. ff. de orig. iuris.

sùs ratione, sibi vtendum putauerunt. Ideoq; semper rectè prudenterque eorum senatus consuluit, nec à quoquam orbis terræ populo solidior vnquam expectata sapientia est, vt M. Falconius apud Vopisc. loquitur in Tacito. Nec enim in Senatum recipiebant qui vitij alicuius particeps esset, sed viros tantum omni pietate, iustitia, eruditione, cæterisque virtutibus exornatos: quique vt populo rectè imperabant, sic ipsi legibus spontè parerent. Vndè illud: Is ordo omni vitio careto, reliquis specimen esto. Quare Pyrrhi regis legatus, Romę vrbem se regum vidisse aiebat. Sin aliqui indigni fortè per fauores & studia amicorum, aliasque fraudes in eum ordinē conscēdissent: Censores probrum in senatu ne relinquito, aiebat lex. Nam multi ob probrum atque infamiam senatu moti fuerunt per Cēsores, multique adēptis equis in plebeium ordinem redacti. Vt verò optimi illi senatores in gubernanda republica, & ciuilibus negotijs tractandis se prudenter gererent, tria quędam leges imperabant: primò, vt semper in senatu adessent: Senatori qui non adesit, aut causa, aut pœna esto. nam grauitatē, auctore Cicerone, Senatusconsultum habet, quando senatus frequens est. Deinde, vt loco suo dicerent: nihil enim in consultando pestilentius est, quàm loci & ordinis perturbatio. Tertiò, vt modū in dicendo adhiberent, breuitas enim, ait Cicero, magna laus est, non solùm senatoris, verumetiā oratoris & in sentētia. Nisi

Cice. lib. 3.

Blondus & alij.

tanta res esset, quæ copia ad explicãdum, hortandum, vel dehortandum indigeret, tunc enim lõgiore oratione vti licebat, quod his verbis indicat Gellius: Cato rem quæ consulebatur, quod nõ è Republica videbatur, perfici nolebat, eius rei gratia ducendæ longa oratione vtebatur, eximebatque dicendo diem. Erat enim ius senatori vt sẽtẽtiam rogatus, diceret antè quicquid vellet alius rei, & quoad vellet. Rursùs alio tempore inclytam illam pro Rhodiensibus orationem suam in Senatu Catonem recitasse, scribit idem Gellius libro septimo Noctium Atticarum. Hinc volentes impedire, dicendo ducebant diem, quia post occasum solis Senatusconsultum non fiebat, teste Alex. Sardis, li. 2. cap. 6. de moribus Gẽtiũ. Catonẽ prisca dicendi consuetudine mora dies extraxisse refert Cæs. l. 1. de bel. ciuil. Li. 4. ca. 10.

Vt vehementer optandum esset, quod hæ leges in publicis priuatisque consilijs resuscitarentur: ne quis vel odio, vel gratia alicuius se leuiter à Senatu aut Capitulo absentaret: ne quis concilium ineptis & inconditis clamoribus, non obseruato loco suo repleret: néue perorare magis, & in causa habitare, quàm sententiam dicere videretur. Vt autem frequentes in senatum venirent, alia quadã lege vrgebãtur: Causas populi teneto. Quo modo enim Reipub. negotia, socios, leges, atq; exẽpla maiorum, vniuscuiusque ciuis naturam, cõditionẽq; scire possent, qui ab illis locis abstinẽt,

vbi

Digitized by Google

erat:non plus quàm singulis de rebus semel consulunto. Etsi re meliùs intellecta pro fori, temporis, & personarum, rerumque inopinatò accidentium ratione, sententiam temperare, nonnunquam fortasis mutare prudentis est. Quòd frequenter arduas res in alium diem propter difficultatem reiecerint, cũ hoc decreto, ne quis eas efferret, antequàm conclusæ & perfectæ essent, Aulus Gellius Papyrij Prætextati exemplo declarat. Quod multis seculis nemo ex patribus arcana consilia enunciârit, quòd maxima charitate patriæ tenerentur, probat Valerius. Curiam fecerunt sibi, ait scriptura, & quotidie consulebant trecentos viginti, consilium agentes de multitudine, vt quæ digna sunt, gerant; & committũt vni homini magistratum suum, per singulos annos dominari vniuersæ terræ suę, & omnes obediunt vni, & non est inuidia neque zelus inter eos. Nemo tamen portabat diadema, nec purpuram, vt magnificaretur in ea. De Magistratibus Romanis, deque eorum creatione, vestitu, ingressu in vrbem, sceptro, sumptibus in ludos, deque votis pro eorũ & reip. salute, post alios erudite disserit Faber ad lib. 2. ff. de orig. Iur. & Lancellottus in Prętore.

Deus bone vt nunc diuinum & humanum im iteratur, refigitur, contenitur que.

Ad Capitolium vero sic legitur: S P Q R. Capitolium præcipuè Ioui olim commendatum, nunc Deo vero cunctorum bonorum auctore Iesu Christo, cũ salute communi supplex commendat, atque tuendum tradit, Anno post

no post salutis initium 1568. Grauissimi au-ctores sunt, qui nec ante ortum solis, nec post occasum factum S.C. probent, nihilque Senatú decreuisse, nisi referétibus ijs, quibus cogere Senatum licebat, qui erant Dictator, Consules, Prætores, Tribuni plebis. Illos verò qui referebant ad Senatum, primò diuinas res proposuisse, tunc humanas & politicas. Si maior Senatorum pars decreuisset, Tribunique plebis, qui sedebant ad fores Senatus, approbassent, S.C. fuisse dictum repositumque in ærarium: sin Tribuni intercesissent, maiorq; quàm qui Senatum conuocarat magistratus, aut si quid statutum esset die nefasto, vel loco non sacro, vel non legitimo Senatorum numero, non hoc S. C. appellatum, sed senatus auctoritatem. Præterea sæpe rogatos, sententiamque arduis de rebus dicturos, Iurare solitos per Iouem, deosque penates, se & ardere studio veri inueniendi, & ea sentire, quæ dicerent. Adhæc, ad indictum Senatum non omnes semper vocatos fuisse, sed præcipuos tantùm fide & taciturnitate probatos, præsertim si quid secreti pertractandum esset, quod perfici antè, quàm renunciari, & in vulgus efferri opporteret. Ad legitimum verò Senatum oportuisse omnes, nisi necessariò impedirentur, venire, quando grauiores res tractabatur. Quod etiam indicare videtur Cicero quinta Philippica: nisi venirem Calend. Septembris; fabros se missurum Antonius, & domum meam disturbaturum esse dixit. Magna credo res

Gellius l. 14 cap. 7. Alexand. Sard. lib. 2. de ritibus gentiũ ca. 6. Gell. li. 14. cap. 7.

do res agebatur. Magiſtratus quoque ad homines ſapientiſsimos iuſtiſsimosque deferebant, Vt non temerè ſcripſerit Lampridius, Alexandrum Seuerum ſuffragante vitam, eruditione,& moribus, Imperatorem Romanum eſſe creatum.

Et Vopiſcus in Tacito Imperatore refert Senatus orationem: Tacite Auguſte Dij te ſeruent, te elegimus, te principem fecimus, tibi curam reip. orbiſque mandamus. Suſcipe imperium ex Senatus auctoritate, tui loci, tuæ vitæ, tuæ mẽtis eſt, quod mereris. Princeps Senatus rectè Auguſtus creatur, primæ ſententiæ vir rectè Imperator creatur. Diu priuatus fuiſti, ſcis quomodo debeas imperare, qui alios principes pertuliſti. de alijs principibus iudicaſti Bonum, Fauſtum, ſalutare ſit. Varias quoq; rationes excogitarũt, quibus viri boni in officio retinerẽtur, ne à virtutibus degenerarent. Quiſquis enim magiſtratu abibat, Cẽſoribus rationẽ geſti magiſtratûs reddere cogebatur. Vnde Cic. lib. 3. de leg. Apud Græcos νομοφύλακες creantur, qui nõ ſolùm literas, ſed etiã facta hominũ obſeruabãt, hæc detur cura Cẽſorib⁹, apud quos qui magiſtratu abierint, edãt & exponãt quid in magiſtratu geſſerint, deque ijs Cenſores præiudicent. Erant verò νομοφύλακες Athenis 12. qui quos legibus parere videbãt, laudib⁹ & honorib⁹ proſequerẽtur qui nõ parebãt, mulctarẽt. Erãt quoq; 10. λογισταί, qui iudicarẽt quid quiſq; in magiſtratu geſsiſſet. Huc pertinet imperatoria cõſtitutio,

que

Ex quo fonte grauissimi olim motus extiſſe, principumque cędes, & nefariæ contra Rempublicam coniurationes reperiuntur. Quod cùm intelligeret Pius II. pontifex Maximus, diploma ædidit, quod aureum eſt appellatū, vt qui eſſent defuncti magiſtratu, rationem geſti magiſtratus repoſcerentur. Hanc legem Pius V. confirmauit, ſuoque vigori reſtituit, & omnes magiſtratus iudicium de repetūdis, vel omninò de omni adminiſtratione ſubire voluit. Nec ad ſupremum magiſtratum facilè admittebant, niſi per inferiores gradatim cum laude quadam concendiſſent, vt ingenium & mores exploratè cognitos haberent. Rectè enim vulgo dicitur: Magiſtratus virum oſtendit. Id vera ex hac lege non obſcurè colligitur: Sunto ædiles, curatores vrbis, annonæ, ludorumque ſolennium, ollique ad honoris amplioris gradum primus aſcenſus eſto. Prætereà quia cum honoribus quoque mores ferè mutātur, iccircò ne Conſules pro legibus voluntate ſua abuterentur, Tribunos ipſis oppoſuerunt, vt ſi modica & ſapiens ſupremi iuris moderatio accederet, iuſtitia rectiùs conſeruaretur. Sicut Theopompus apud Lacedæmonios regibus oppoſoluit Ephoros. Vxorique ſuæ moleſtè ferenti, quòd minorem liberis poteſtatem traditurus eſſet, quàm ipſe à patre ſuo accepiſſet, reſpondit: ſe quidem ipſis longè firmiorem traditurum, quod immodica infirma quoque viderentur, modica autē ſemper firmiora, tutiorq; potētia, quæ eſſet

Epist. Italica.

Olidendor ad leg. 12. tab.

Cic. lib. 3. de legibus. Val. lib. 4. cap. 1.

Viues in ſatellitio.

viribus suis modũ imponit. Igitur Theopompus legitimis regnum vinculis constringendo, quò longiùs à licentia retraxit, hoc ad beneuolétiam ciuium propiùs admouit, auctore Valerio. Similem ferè prudentiam in florétissima Republica Veneta hactenùs obseruari intelligo. Postremò, quemadmodum inepta consilia, incredibilemque Atheniésium auaritiam, eam Rempublicam magna ex parte labefactârunt: ita Romani vt hanc etiam auaritiæ pestem longè propulsarent, decreuerunt: Donumne capiunto, néue dãto, néue petenda, néue gerenda, néue gesta potestate: salus populi suprema lex esto. Quamdiù ergò his salu berrimis legibus Romani obtéperabant, vniuersi terrarum orbis domini atque Imperatores (vti à Romulo prædictum erat) euaserunt. Nimirùm vt optimis & prudentissimis viris magistratum deferrent: omnes conatus suos, omnem laborem, omniaque studia sua ad Reipublicæ salutem conuerterent: seditionibus, odio, atque inuidia abstinerent: & diffidentiam, quam Atticæ eloquentiæ flos Demosthenes, Atheniensibus commendare tam elaboratis orationibus non poterat, spótè amplecterétur. Contrà verò iuuenile & præceps consiliũ, latés odiũ, & propriũ cõmodũ, quod virtutes pepererãt, grauiter labefactârũt.

Postellus de rep. Atheniens.

DE MEDICINA.



QVomodo Medicina primùm reperta, & in vrbé Rom. introducta fuerit, grauissimũq; sæpè odiũ, propter malo-

malorũ hominũ perfidiã, quòd liberiùs ea & præter certã rationẽ abuterentur, incurrerit, ac tandẽ optimorũ doctiſsimorũq; virorũ patrocinio conſtiterit, elegãter ornateq; à Plinio hiſtoriç naturalis ſcriptore, memoriæ traditũ reperitur: Dijs, inquit, primùm inuẽtores ſuos aſsignauit, & cælo dicauit, nec non & hodiè multifariã medicina ab oraculis petitur. Auxit deinde famã etiã crimine, ictũ fulmine Æſculapiũ fabulata, quoniã Dyndaridã reuocaſſet ad vitã, nec tamen ceſſauit narrare alios reuixiſſe opera ſua. Clara Troianis tẽporibus, à quibus fama certior vulnerũ duntaxat remedijs, ſequentia eius, mirũ dictu, in nocte denſiſſima latuêre, vſq; ad Pelopõneſiacũ bellũ: tũc enim eã reuocauit in lucẽ Hippocrates, genitus in inſula Coo, in primis clara & valida, ac Æſculapio dicata. Primo ægri in platea exponebãtur, vt ab expertioribus remedia acciperẽt. Rom. in tẽplo Febris Deç remedia, per quæ curati fuerãt, deſcribebãt teſte Valerio l. 2. c. 1. Quod autẽ Hippocrates nõ primus Medicinã inuenerit, ſed in artis formã coegerit, probat Rudolph⁹ agricola l. 2. inuẽt. Dialect. c. 7. Is. n. teſte Plinio, cũ fuiſſet mos liberatos morbis ſcribere in tẽplo eius Dei qui auxiliatus eſſet, vt poſtea ſimilitudo proficeret, exſcripſiſſe ea traditur. Atq;, vt Varro tradit, iã tẽplo cremato inſtituiſſe medicinã hanc quæ Clinice vocatur. Prodicus eius diſcipulus Iatralepticẽ addidit. Horũ placita Chryſippus ingẽti garrulitate mutauit, ſcholęq; diſsidere

Digitized by Google

cœperunt, dùm omnes famã nouitate aliq a aucupabantur. Hinc illæ circa ægros miseræ concertationes eorũ, nullo idem censente, r e videatur assersio alterius, hinc illa infœlicis monumenti inscriptio, turba se medicorum perisse. Mutatur ars quotidie, toties interpolis, & ingeniorum Græciæ flatu impellimur: palamque est vt quisque inter istos loquendo polleat, imperatorem ilicò vitæ nostræ necesse fieri. Quasi verò non millia gentium sine medicis degant, nec tamẽ sine medicina, sicut populus Romanus vltra sexcentesimum annum, neque ipse in accipiendis artibus lentus, medicinæ verò etiam auidus, donec expertam damnauit. Etenim percensere insignia priscorum in his moribus conuenit. Cassius Hemina ex antiquis auctor est, primùm è medicis venisse Romam Peloponnensem Archagatum Lysaniæ filium, L. Æmilio, M. Liuio Coss. anno vrbis D.XXXV. eique ius Quiritium datum, & tabernam in compito Acilio emptam, ob id publicè vulnerarium fuisse eum tradũt vocatum, mireque gratum aduentum eius initio, mox à sæuitia secandi vrendiq; transisse nomen in carnificem, & tædium artis, omnesque medicos. Quod clarissimè intelligi potest ex M. Catone: Dicam, inquit, de istis Græcis M. fili, quid Athenis exquisitum habeam, & quod bonum sit eorum literas inspicere, nõ perdiscere, vincam nequissimum & indocile genus eorum, & hoc puto vatem dixisse, quandocunque ista gens suas literas dabit, omnia

omnia corrumpet. tunc etiam magis si Medicos suos huc mittet, iurârũt enim inter se barbaros necare omnes medicina. Sed hoc ipsum mercede faciũt, vt fides ijs sit & facilè disperdant. Nos quoque dictitant barbaros, & spurciùs nos quàm alios opicos appellatione fœdant. Interdicit ibi de Medicis. Atque hîc Cato D.C.V. anno vrbis nostræ obijt, LXXXV. suo, ne quis illi defuisse publicè tempora, aut priuatim vitę spatia ad experiendum arbitretur, Quid ergò? damnatam ab eo rem vltissimâ credimus? minimè herculè, subijcit enim qua medicina vsus & se & coniugem vsque ad longam senectam perduxerit: ijs ipsis scilicet quæ nunc nos trademus. Profiteturque esse etiam commẽtarium sibi quo medeatur filio, seruis, familiaribus, quæ nos per genera vsus sui differemus. Non rem antiqui damnabant sed artem. Maximè verò quęstum esse immani precio vitæ recusabãt. Ideò templum Æsculapij, etiam cum reciperetur is Deus, extra vrbem fecisse, iterumque in insula traduntur, & cum Græcos Italiâ pellerẽt, diu etiam post Catonem excepisse medicos. Augebo prouidentiam illorum, solam hanc artium Græcarum, nondum exercet Romana grauitas, in tanto fructu paucissimi attigere Quiritium, & ipsi statim ad Græcos transfugæ. Imò verò authoritas aliter quàm Græcè eam tractantibus etiam apud imperitos expertesque linguę non est, ac minus credunt quæ ad salutem suã pertinent, si intelligunt. Itaque hercule in hac

Digitized by Google

artium sola euenit, vt cuicunque medicum se profitenti statim credatur, cùm sit periculum in nullo mēdacio maius: Non tamen illud intuemur, adeò blanda est, spirandi pro se cuiq; dulcedo, nulla prętereà lex quę inscitiā puniat capitalē, nullū exemplū vindictæ. Discūt periculis nostris, & experimenta per mortes agunt, medicoq; tantum hominem occidisse summa impunitas est: quinimò trāsit in cōuitium, & intemperantia culpatur, vltroq; qui periêre arguuntur. Illa quæ timuit Cato atq; prouidit, innocētiora multò & parua opinatu, quæ proceres artis eiusdem in semetipsis fatē-
I,24.c.1. tur. Illa prodidêre imperij mores, illa quę sani patimur, luctatus, & valetudinis causa instituta, balneę ardētes quibus persuasêre in corporibus cibos coqui, vt nemo nō minùs validus exiret, obedientissimi verò efferrētur. Ita est profectò, lues morū nec aliundè maior, quàm è medicina. Verùm non sunt artis ista, sed hominum. Hæc naturæ placuerat esse remedia, parata vulgò, inuentu facilia ac sine impēdio, ex quibus viuimus, posteà fraudes hominū, & ingeniorū, capturæ officinas inuenêre istas, in quibus sua cuiq; homini venalis promittitur vita. Statim cōpositiones & mixturæ inexplicabiles decātātur. Arabia atq; India in medio æstimantur, vlceriq; paruo medicina à rubro mari importatur, cùm remedia vera quotidiè pauperrimus quisque cœnet. Ita profectò est, magnitudo populi Romani perdidit ritus, vincendoque victi sumus, paremus externis, & vna

& vna artiũ imperatorib⁹ quoq; imperat,&c. Hæc autem de medicis externis,& temerarijs quibusdã, nimisq; auaris hominibus intelligi debere,& ipse Plinius passim,& Blõdus libro nono Romæ triũphãtis testatur. Quorũ inscitia tanta erat, vt venenũ sæpè pro remedio nimis credulis hominibus exhiberẽt, imposturisq; suis atq; loquentia id efficiebant, vt cùm maximè lęderẽt,plus tamẽ veris medicis prodesse vulgò crederẽtur. Adrianus Imp. moribũdus dixisse fertur: Turba medicorũ interfecit Regẽ. Dion. in Adriano. Iã verò si hac arte medica aliqui abutãtur,nõ iccircò fugiẽda ars est,vt pulchrè declarat Basilius Magn⁹, cõfusè explicatarũ quæstionũ vltima. Per quos aũt vera medicina præsertim herbarũ ad Romanos peruenerit, indicare videtur idẽ Plinius: Minus hoc quã par erat nostri cęlebrauere omniũ vtilitatũ & virtutũ rapacissimi: primusq;,& diu solus, M. Cato,omniũ bonarũ artiũ magister,paucis duntaxat attigit,boum etiam medicamẽta nõ omissa. Post eũ vnus illustriũ tentauit, C. Valgius eruditione spectatus,imperfecto volumine ad diuũ August. in choata etiã præfatione religiosa, vt omnibus malis humanis illi⁹ potissimũ principis semper medicetur maiestas. Antę condiderat solus apud nos,quod equidem inueni,Pompeius Leneus magni Pompei libertus, quò primùm tẽpore hanc scientiam ad nostros peruenisse animaduerto. Nanque Mithridates maximus sua ætate Regum, quem debellauit Pompeius

Dolet Plin. falsos medicos imperatorib. imperare, quit id de pseudotheologis & grãmaticis diceret.

omnium ante se genitorum diligentissimus vitæ fuisse, argumentis, præterquàm fama intelligitur; vni ei excogitatum, quotidiè venenum bibere, præsumptis remedijs, vt cõsuetudine ipsa innoxium fieret. Is in reliqua ingenij magnitudine medicinæ peculiariter curiosus ab hominibus subiectis, qui fuere pars magna terrarum, singula exquirens, scrinium commentationum harum, & exemplaria, effectusque in arcanis suis reliquit. Pompeius autem omni regia præda potitus, transferre ea sermone nostro libertum suum Leneum, grammaticæ artis doctissimum, iussit: vitæq; ita profuit non minus, quàm Reipubl. illa victoria. Cùm ergò veterum scriptorum labore & industria vtcunque constitisset, Herophilus quidam, hæreses & sectas introduxit, eamque ad verba & garrulitatem deriuauit, quæ ad hominum salutem à Deo hominibus monstrata erat: sedere namque in his scholis auditioni occupatum gratius erat, quàm ire per solitudines, & quærere herbas alias alijs diebus anni. Et Æsclepiades, tempore eiusdẽ Põpei Rhetoricę magister, nec satis in ea arte quęstuosus vt ad alia sagacis ingenij, huc se repentè conuertit: atque (vt necesse erat homini, qui nec id egisset, nec remedia nosset oculis vsuque percipienda) torrenti ac meditata quotidie oratione blandiens, omnia abdicauit, totamque medicinam ad casum reuocando coniecturã fecit: quinq; res maximè communium auxiliorum professus, abstinentiam frica-

Plin. l. 26. cap. 1.

Plin. l. 26. ca. 3. & 4.

Digitized by Google

fricationem corporis, ambulationem, gestationesque, & balnea. Fauentibus cunctis esse vera quæ facilima erát, vniuersum propè humanum genus circumegit in se, non alio modo, quàm si cælo emissus aduenisset. Trahebat prętereà mẽtes artificio mirabili, vinum promittendo ægris, dandoque tempestiuè tum frigidam aquam, excogitandoque multa dictu grata atque iucunda, magna auctoritate: nec minore fama. Adiuuabant eum multi cura nimis anxia, & rudi, præcipuè autem magicæ vanitates, in tantum euectæ, vt abrogare herbis fidem cũctis possent. Mirum esset profectò hucusque, prouectam credulitatem antiquorum, saluberrimis ortam initijs, si in vlla modum re humana ingenia nouissent: & nisi nos hanc ipsam medicinam, ab Aesclepiade repertam, suo loco probaturi essemus, euectam vltra magos etiam. Sed hæc est omni in re animorum conditio, vt à necessarijs orsa primùm, cuncta venerint ad nimium. Iulius verò Cæsar, auctore Tranquillo, omnes verã medicinam Romæ professos, ciuitate donauit: multique celebres viri eam tunc asseruerunt, exornàruntque. Inter quos Antonius Musa, quia Augustum Cæsarem periculosè ægrum restituerat, à Cæsare, & ab amicis eius, & à S.P.Q. Romano varijs muneribus honoribusque affectus est: & omnes medici immunitate donati fuerunt. Quò pertinet illa imperatoria constitutio: Cùm te medicum legionis secundæ adiutricis esse dicas, munera ciuilia,

Vulgò viliora faciliorają; veriora & optima indicantur.

L.1. de professorib. & medicis. adde l. nec intra. l. medicos, ca. eo. Cic. 1. de diuinatio. Li. 2. de diuinatione. Tertia Tusculana.

uilia, quamdiu Reipublicę causa abfueris, suscipere non cogeris: cùm autem abesse desieris, post finitam eo iure vocationem, si in eorum numero es qui ad beneficia medicis cōcessa pertinent, ea immunitate vteris. M. Cicero medicinam egregiam artem esse ait, etiam si medici aliquando fallantur. Medicoque in sua arte credendum affirmat, & neminem meliùs acutiusque morborum causas atq; naturam perspicere, quàm medicos. Etsi miratur, quòd cùm homines constent ex animo & corpore, corporis curãdi tuendiq; causa quæsita sit ars, Deorum inuentioni consecrata: animi verò medicina nec tantoperè desideretur, nec tam multis grata sit, pluribus etiam suspecta & inuisa. Priscos Romanos, dum certam medicinam non haberent, bonæ valetudinis quasi matrem adhibuisse frugalitatem, scribit Valerius: vt & luxuriosis epulis, & nimio vino, & im̃moderata Venere abstinerẽt. Sic Vespasianus recta valetudine vsus fertur, quod vnius diei inediam per singulos menses interponeret. De officio etiam medicorum, paulatim apud Romanos sapientissimi viri præceperunt. Nam Cicero Asclaponem medicum, ad S. Sulpitium scribens, scientia, & fidelitate, beneuolentiaq; sibi ait abundè satis fecisse. Et Plinius ingenium, eruditionem, atq; experientiam, & vsum, cum omnium rerum, tum præsertim medicinæ magistratū, in medico requirit. In audaciam quoq; inscitiamque medicorum paulatim animaduersum est.

est. Vnde Illud Iustiniani imperatoris: Si medicus qui seruum tuum secuit, dereliquerit curationem eius, & ob id mortuus fuerit seruus, culpæ reus erit. Imperitia quoque culpæ annumeratur: veluti si medicus ideò seruum tuum occiderit, quia malè eũ secuerit, aut perperam ei medicamenta dederit. Porrò tonsores Romam ex Sicilia venerunt, anno 454. post vrbem conditam, adducente P. Ticinio Mena, teste Varrone: primusque omnium radi quotidie instituit Africanus. Augustus cultris vtebatur. Primus Rom. imperatorum Traianus barbam nutrire cœpit, vt in vita eius narrat Dion.

vide Panormitanum in c. ad aures, ext. de ætate & qualitate ordinandor. §. 3. Instit. ad L. Aquiliam.

De Mathematicis artibus.

QVoniam veteres longius respicere, propter veræ historiæ penuriam nequibant: iccircò mathematicarum artium doctrinam, quæ Noacho Iapetoque debetur, Romulo & Numæ Pompilio attribuerunt. Romani, inquit Venerabilis Beda, auctore Romulo X. mensibus annum ordinatum agebãt, 304. diebus. Primum quidem mẽsem genitori Marti dicauit, secũdum ab apertione frugum nominauit Aprilem, tertium verò Maię matri Mercurij, quartũ Iunoni sacrauit. Quintili & Sextili, qui nunc à natiuitate Iulij Cæsaris, & Augusti triumpho nuncupantur, & cæteris à numero nomen imposuit. Horum initia Calendas appellauit, quia tunc calata, id est, vocata in Capitoliũ plebe, dicto quinquies vel septies verbo, calo, id est, voco, quot dies superessẽt

ad No-

Nonas pronunciabatur. Nonas autem, quòd nono antè Idus die confluerent in vrbem, sciscitaturi quid esset in eo mēse faciendum. Porrò Idus diem qui medium diuidit mensem: iduare enim Hetrusca lingua diuidere est. His Numa duos menses adijciens, Ianuarium à Iano, Februarium à Februo Deo lustrationum nominando. 354. diebus annum ad cursum lunæ dispoſuit. Quem Iulius Cæsar XI. dieb. adiectis, ſicut hodie ſeruatur instituit. Et alibi: Iulius Cęſar, Ægyptios imitatus, ad numerum ſolis, vt hodie ſeruatur, annum instituit, decem dies obſeruationi veteri adijciēs, vt annum 365. quibus ipſe Zodaicum lustrat efficerent. Statuit quoq;, vt ſacerdotes quarto anno vnum intercalarēt diem. Iulius ergò Cæſar, poſt ſuperatū Pompeium, ex Ægypto inſignem mathemathicum ſecum in Italiam importauit: & auctor fuit, vt mathematicæ diſciplinæ reſuſcitarētur, & publicè in Italia traderentur. Corruptos quoque annales, auctore Suetonio correxit. Deindè Augustus iterum Iulij annum deprauatum restituit. Sed paulatim homines improbi, ſuaſore diabolo, optimis artibus abuti cœperunt: ideóque vrbe Roma. & Italia cedere iuſſi ſunt, vt nō modò apud hiſtoricos apparet, ſed in Iuſtinianeum quoque codicem eſt relatum: Mathematicos, niſi parati ſint, codicibus erroris ſub oculis epiſcoporum concrematis, catholicę religionis cultui fidem tradere nunquam ad errorem primum redituri, nō ſolum vrbe Roma,

L. de ratide compositio. 1.

ma,

ma, sed etiam omnibus ciuitatibus pelli decernimus. Quod si hoc non fecerint, & contra clementiæ nostræ salubre constitutum in ciuitatibus fuerint comprehensi, vel secreta erroris sui, & professionis insinuauerint, deportationis pœnam accipiant. Item: Artem geometriæ discere, atque exercere publicè interest: ars autē Mathematica damnabilis est, & interpicta omninò.

Lib. Mathematicos. ca. de episcopali audientia.

Domitianus imperator Metium Pomposianum quòd imperatoriam genesim vulgò habere ferebatur, & depictum orbem terræ in membranas circunferret, interfecit. Iunium Rusticum interemit, quòd Peti, Thraseæ & Eluidij Prisci laudes ædidisset, appellassetque eos sanctissimos viros: eiusdemque criminis occasione philosophos omnes vrbe Italiaque summouit, vt auctor est Suetonius. Ascletarionem verò Mathematicum interrogauit, quem ipse finem esset habiturus, cúque responderet: lacerabor breui à canibus, Imperator illicò eum occidi, & honestè sepeliri iussit, vt mendacij argueret: sed confestim orta tempestas sepultum mox eruit, erutumque canes lacerauerunt, quod in Domitiano refert Erphordius chronographus. Liberales verò mathematicæ artes magno apud Romanos in pretio erant: earundemque professoribus Alexander Imperator Romæ salaria & honores proposuit. Et Tiberius mathematicos quidem eiecit, sed deprecantibus, ar-

temque

temque se deserturos promittentibus, veniã dedit.

Plin. lib. 2. cap. 2. Volaterra. lib. 16. Sueton. lib. 7. histor.

Rationem defectus solis & lunæ primus Romani generis in vulgus extulit Sulpitius Gallus, qui Consul cũ M. Marcello fuit. Sicut apud Grȩcos primus omniũ inuestigauit Thales Milesius. Ca. Manilius Antiochenus astrologiam primus Latinis versibus descripsit, & opus illud Augusto dedicauit. Horologia primus Romæ componi curauit Boetius.

Hermãnus Contractus Monachus Benedictinus (qui Salue Regina, & Alma redemptoris Mater, & sequentiam Veni sancte Spiritus composuit) libros tres de cõpositione Astrolabij tam erudite conscripsit, vt à Durando de diuinis officijs lib. 4. cap. 22. ipsius Astrolabij auctor nuncupetur. Quod sic intelligendum est, quod ipse qualiter componatur astrolabium, (quod vsq; ad sua tempora magna ex parte occultum erat) docuerit, multaque noua in eo inuenerit, quæ intelligentiam ipsius longe faciliorem reddiderunt. Nam astrolabium longe ante ipsius tempora fuisse repertum, ait Arnoldus VVionligni vitæ lib. 5. cap. 105.

De corrigendo Calendario multi sæpe cogitarant. Gregorius XIII. reperto qui latebat Ludouici Lilij astrologi libello, qui demonstrabat certis rationibus hoc fieri posse, quod optabatur effecit. Adhibitis ad eam rem insignibus mathematicis. Itaque calendarium Romanum nulli amplius, vt olim fuit, mutationi obnoxium erit. Hæc autem emendatio facta est,

Digitized by Google

cta est, sexto Calend. Mart. anno Domini 1581.

Papyrius Massonus lib. 6. de gestis Romanorum Pontificum in Gregorio XIII. & Cicarella in appendice ad Platinam in Gregorio XIII.

De Poësi.

CVm Romani intelligerent, Poetas & quid vellent, & de quibus vellent, nominatim apud Græcos dicere, nec in homines solùm improbos maxima verborum licentia incurrere, sed prȩstantissimos etiam ciues frequenter versibus violare: ipsi duodecim tabularũ legibus, cùm paucas res capite sanxisset, in his hanc quoque sanciendam putauerunt, si carmen condidisset, quis quod infamiam faceret, iniuriamq; alteri. Ita iniurijs Poetarum subiectam vitam, famamq; habere noluerunt. Et quanquam antiquissimum è doctis erat genus Poetarum apud Græcos: tamen Romani seriùs poeticam acceperunt. Nam etsi in originibus, solitos esse in epulis canere conuiuas de clarorum hominum virtutibus: tamen honorem huic generi non fuisse, declarat oratio Catonis, in qua obiectum, vt probrum, M. nobiliori, quòd is in Prouincia poetas duxisset, duxerat autem Consul ille Ennium. Quo minus ergò honoris erat poetis, eo minora studia fuerunt. Nam si quis ante id tẽpus ea in re studeret, grassator vocabatur. Posteà tamen Romani poëtas magno in precio habuerunt, vt Horat. indicare videtur:

B. Aug. li. 2. de ciuit. Dei, cap. 9.

Ci. 1. Tusc. quæstio.

Gell. lib. 11. cap. 2. Rhodogi. lib. 7. cap. 14.

Musa-

Mutauit mentem populus leuis, & calet in vno
Scribendi studio, pueri, patresq; seueri.
Fronde comas vincti cœnant, & carmina dictant.
Scribimus indocti, doctiq; poëmata passim.

Cic. pro Archia, Plin. lib. 7. ca. 30. Solin. Polihistor. ca. 7. Eutrop. l. 7.

Scipio enim Africanus Ennium sic dilexit, vt non solùm comitem semper haberet, verum etiam statuã in suo sepulchro poni mandaret, clarumq; illud nomen, imò verò spolium ex tertia orbis parte raptum, in cinere supremo eum poëtæ titulo legi vellet, Iulius Cæsar, & Octauianus Augustus gloriosum in primis arbitrati sunt, si in collegium poetarum reciperentur. Nec molestè tulit Cæsar, quod in collegium ingredienti, non assurgeret Accius, quem nôrat poetam esse multò præstantiorem. Nam Augustus quàm poetarum studiosus fuerit, vel ex eo apparet, quod eorum omniũ facilè principis Virgilij Maronis carmina cremari contra testaméti eius verecundiam vetuit: maiusque per hoc vati testimonium peperit, quàm si ipse sua carmina probauisset. Sylla etiam malum poetam præmio dignum iudicabat, si tamé nihil amplius scriberet. Sicut Her. Barbarus scribit de Nicolao PP. V. Cui cùm diceretur: esse bonos Romæ poetas, negauit esse bonos: cur enim inquit, ad me non veniunt, qui etiam malos honoro? Vespasianus præstantes poetas vndique coemit, auctore Trãquillo. Claudij imperio quomodo floruerit hæc ars, Plinius epistola quadam ad Socium Senetionem indicat: Magnũ, inquit, prouentum poetarũ

Plin. lib. 7. cap. 30.

Blond. li. 4. Ro. triump.

hic

Digitized by Google

hic annus attulit; toto mense Aprili, nullus ferè dies fuit, quo non recitaret aliquis, iuuat me quòd vigent studia, proferunt se ingenia hominum & ostentant. Claudium Cæsarem ferunt cùm Palatio spaciaretur, audissetq; clamorem, causam requisisse, cumq; dictum esset, recitare Nouianum, subitum recitanti, inopinatumque venisse. Certabantque carminibus Poetæ in sacris Iouis Capitolini, victoresque corona sine laurea donabātur. Quod Traianus poetas non honorárit tantum, sed promouerit etiam, aluerítq;, refert Iuuenal. sat. 7. *Ale. Sard. li. 3. ca. 21.*

Est spes, & ratio studiorum in Cæsare tantum,
Solus enim tristes hac tempestate Camenas, Respexit.
Nemo tamen studijs indignum ferre laborem
Cogetur posthac, nectit quicunq; canoris
Eloquium vocale modis, laurumq; momordit.
Hoc agite ô Iuuenes, circumspicit, & stimulat vos,
Materiamq; sibi ducis indulgentia quærit.

Alexander, auctore Lampridio, Virgilium poetarum Platonem vocabat, eiusdemque imaginem cum simulachro Ciceronis in secũdo larario habebat. Antoninus Oppianũ poetam tot auris donauit, quot versus scriberet, & post mortem statua honorauit, cum hoc epitaphio: Oppianus sum suauiloquus vates, quem crudelis atq; inhumani inuidia fati ante diem eripuit, quod si longiùs in luce moras dedisset, nullus mihi par in terris foret, vt ex Græco se transtulisse ait Volater. Videbant enim prudẽtiss. Romani, quòd poetæ ipsorũ

res præclarè gestas cum decoro, in omne æuum duraturas conscribere possent, plurimumque futuro oratori conduceret lectio poëtarum. Nam & in rebus spiritus, & in verbis sublimitas, & in affectibus motus omnis, & in personis decor ab ijs petitur, præcipueque velut attrita quotidiano actu forensi ingenia, optimè talium rerum blanditia reparantur. Quapropter Cicer. pro Archia poeta: Sit merito sanctum adud vos, inquit, humanissimos homines poetæ nomen, quod nulla vnquam barbaria violauit, saxa & solitudinis voce respondent, bestiæ sæpè immanes cantu flectuntur, & consistunt: nos instituti rebus optimis non moueamur? quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati esse videantur. Quare in qua vrbe imperatores propè armati poetarum nomen & musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati iudices à musarum honore & poetarum salute abhorrere: præsertim cùm omne olim studium atque omne ingenium contulerit Archias, ad populi Romani gloriam laudemque celebrandam. Nec enim quisquam tam auersus est à musis, qui non mandari versibus æternum suorum laborum facilè præconium patiatur, &c. Poetarum enim industria & clarissimorum virorum res gestas celebrari, & populi Romani nomen illustrari, multis ibi exemplis, atque argumentis Cicero comprobauit. Et in oratione pro Sestio, semper se poetarum ingenia.

Fab. li. 10. instit. ca. 1.

Digitized by Google

ilexisse affirmat. Propterea que in conuiuijs t supra etiam dictum est, fortium virorum pera carmine ad tibias cantabant, vt ad eo- um imitationem iuuentutem alacriorem edderent. Quid hoc splendidius, quid etiam tilius certamine? quas Athenas, quam scho- im, quæ alienigena studia huic exercitio ætuletim? inquit Valerius: inde oriebantur Camilli, Scipiones, Fabricij, Marcelli, Fabij, c, ne singula imperij nostri lumina simul ercurrendo sim longior, inde cæli clarissi- na pars diu fulserunt Cæsares: Et hinc est quod pueri inter honesta & liberalia studia, Tragœdias quoque & Comœdias discere co- gebantur. Claudio ergo Centone Appij Cæci ilio, & M. Sempronio Iuditano Consulibus, post primum bellum Punicum, annis ferè CCCCX. post vrbem conditam, anno ante natum Ennium, Liuius poeta Romæ fabulas primus docuit. Statimque plures in hoc stu- lio egregiè laborârunt, Ennius, Cæcilius, Te- entius, Pacuuius, Næuius, Plautus, Lucilius, Virgilius, Ouidius, Persius, Iuuenalis, quique orum ingenia, & successionem his versibus omprehendit Horatius: *Aug. li. 2.* *Lib. 2. c. 8. de ciu. Dei.* *Li. 2. ep. 1.*

Ennius & sapiens, & fortis, & alter Homerus,
Vt Critici dicunt, leuiter curare videtur.
Quò promissa cadant, & somnia Pythagorea.
Næuius in manibus non est, & in mentibus hæret
Penè recens; adeo sanctum est vetus omne poëma.
Ambigitur, quoties vter vtro sit prior, aufert
Pacuuius docti famam senis; Accius alti.

Digitized by Google

L. 1. de professorib. & medicis. Adde l. nec inuita. l. medicos, ca. eo. Cic. 1. de diuinatio. Li. 2. de diuinatione. Tertia Tusculana.

uilia, quamdiu Reipublicę causa absfueris, suscipere non cogeris: cùm autem abesse desieris, post finitam eo iure vocationem, si in eorum numero es qui ad beneficia medicis cōcessa pertinent, ea immunitate vteris. M. Cicero medicinam egregiam artem esse ait, etiam si medici aliquando fallantur. Medicoque in sua arte credendum affirmat, & neminem meliùs acutiusque morborum causas atq; naturam perspicere, quàm medicos. Etsi miratur, quòd cùm homines constent ex animo & corpore, corporis curādi tuendiq; causa quæsita sit ars, Deorum inuentioni consecrata: animi verò medicina nec tantoperè desideretur, nec tam multis grata sit, pluribus etiam suspecta & inuisa. Priscos Romanos, dum certam medicinam non haberent, bonæ valetudinis quasi matrem adhibuisse frugalitatem, scribit Valerius: vt & luxuriosis epulis, & nimio vino, & immoderata Venere abstinerēt. Sic Vespasianus recta valetudine vsus fertur, quod vnius diei inediam per singulos menses interponeret. De officio etiam medicorum, paulatim apud Romanos sapientissimi viri præceperunt. Nam Cicero Asclaponem medicum, ad S. Sulpitium scribens, scientia, & fidelitate, beneuolentiaq; sibi ait abundè satis fecisse. Et Plinius ingenium, eruditionem, atq; experientiam, & vsum, cum omnium rerum, tum præsertim medicinæ magistratū, in medico requirit. In audaciam quoq; inscitiamque medicorum paulatim animaduersum

est.

eſt. Vnde Illud Iuſtiniani imperatoris: Si medicus qui ſeruum tuum ſecuit, dereliquerit curationem eius, & ob id mortuus fuerit ſeruus, culpæ reus erit. Imperitia quoque culpæ annumeratur: veluti ſi medicus ideò ſeruum tuum occiderit, quia malè eũ ſecuerit, aut perperam ei medicamenta dederit. Porrò tonſores Romam ex Sicilia venerunt, anno 454. poſt vrbem conditam, adducente P. Ticinio Mena, teſte Varrone: primusque omnium radi quotidie inſtituit Africanus. Auguſtus cultris vtebatur. Primus Rom. imperatorum Traianus barbam nutrire cœpit, vt in vita eius narrat Dion.

vide Panormitanum in c. ad aures, ext. de ætate & qualitate ordinandor. §. 3. Inſtit. ad L. Aquiliam.

De Mathematicis artibus.

QVoniam veteres longius reſpicere, propter veræ hiſtoriæ penuriam nequibant: iccircò mathematicarum artium doctrinam, quæ Noacho Iapetoque debetur, Romulo & Numæ Pompilio attribuerunt. Romani, inquit Venerabilis Beda, auctore Romulo X. menſibus annum ordinatum agebãt, 304. diebus. Primum quidem mẽſem genitori Marti dicauit, ſecũdum ab apertione frugum nominauit Aprilem, tertium verò Maię matri Mercurij, quartũ Iunoni ſacrauit. Quintili & Sextili, qui nunc à natiuitate Iulij Cæſaris, & Auguſti triumpho nuncupantur, & cæteris à numero nomen impoſuit. Horum initia Calendas appellauit, quia tunc calata, id eſt, vocata in Capitoliũ plebe, dicto quinquies vel ſepties verbo, calo, id eſt, voco, quot dies ſupereſſẽt ad No-

Nonas pronunciabatur. Nonas autem, quòd nono antè Idus die confluerent in vrbem, sciscitaturi quid esset in eo mése faciendum. Porrò Idus diem qui medium diuidit mensem. iduare enim Hetrusca lingua diuidere est.

L. de ratione computo.1. His Numa duos menses adijciens, Ianuarium à Iano, Februarium à Februo Deo lustrationum nominando. 354. diebus annum ad cursum lunæ dispofuit. Quem Iulius Cæsar XI. dieb. adiectis, sicut hodie seruatur instituit. Et alibi: Iulius Cęsar, Ægyptios imitatus, ad numerum solis, vt hodie seruatur, annum instituit, decem dies obseruationi veteri adijciés, vt annum 365. quibus ipse Zodaicum lustrat efficerent. Statuit quoq;, vt sacerdotes quarto anno vnum intercalarét diem. Iulius ergò Cæsar, post superatũ Pompeium, ex Ægypto insignem mathemathicum secum in Italiam importauit: & auctor fuit, vt mathematicæ disciplinæ resuscitarétur, & publicè in Italia traderentur. Corruptos quoque annales, auctore Suetonio correxit. Deindè Augustus iterum Iulij annum deprauatum restituit. Sed paulatim homines improbi, suasore diabolo, optimis artibus abuti cœperunt: ideoque vrbe Roma & Italia cedere iussi sunt, vt nõ modò apud historicos apparet, sed in Iustinianeum quoque codicem est relatum: Mathematicos, nisi parati sint, codicibus erroris sub oculis episcoporum concrematis, catholicę religionis cultui fidem tradere nunquam ad errorem primum redituri, nõ solum vrbe Roma,

ma, sed etiam omnibus ciuitatibus pelli decernimus. Quod si hoc non fecerint,& contra clementiæ nostræ salubre constitutum in ciuitatibus fuerint comprehensi, vel secreta erroris sui, & professionis insinuauerint, deportationis pœnam accipiant. Item: Artem geometriæ discere, atque exercere publicè interest: ars autē Mathematica damnabilis est, & interpicta omninò.

Lib. Mathematicos. ca. de episcopali audientia.

Domitianus imperator Metium Pomposianum quòd imperatoriam genesim vulgò habere ferebatur, & depictum orbem terræ in membranas circunferret, interfecit. Iunium Rusticum interemit, quòd Peti, Thraseæ & Eluidij Prisci laudes ædidisset, appellassetque eos sanctissimos viros: eiusdemque criminis occasione philosophos omnes vrbe Italiaque summouit, vt auctor est Suetonius. Ascletarionem verò Mathematicum interrogauit, quem ipse finem esset habiturus, cúque responderet: lacerabor breui à canibus, Imperator illicò eum occidi, & honestè sepeliri iussit, vt mendacij argueret: sed confestim orta tempestas sepultum mox eruit, erutumque canes lacerauerunt, quod in Domitiano refert Erphordius chronographus. Liberales verò mathematicæ artes magno apud Romanos in pretio erant: earundemque professoribus Alexander Imperator Romæ salaria & honores proposuit. Et Tiberius mathematicos quidem eiecit, sed deprecantibus, ar-

temque

temque se deserturos promittentibus, veniã dedit.

Plin. lib. 2. cap. 2. Volaterra. lib. 16. Sacem lib. 7. histor.

Rationem defectus solis & lunæ primus Romani generis in vulgus extulit Sulpitius Gallus, qui Consul cũ M. Marcello fuit. Sicut apud Græcos primus omniũ inuestigauit Thales Milesius Ca. Manilius Antiochenus astrologiam primus Latinis versibus descripsit, & opus illud Augusto dedicauit, Horologia primus Romæ componi curauit Boetius.

Hermãnus Contractus Monachus Benedictinus (qui Salue Regina, & Alma redemptoris Mater, & sequentiam Veni sancte Spiritus composuit) libros tres de cõpositione Astrolabij tam erudite conscripsit, vt à Durando de diuinis officijs lib. 4. cap. 22. ipsius astrolabij auctor nuncupetur. Quod sic intelligendum est, quod ipse qualiter componatur astrolabium, (quod vsq; ad sua tempora magna ex parte occultum erat) docuerit, multaque noua in eo inuenerit, quæ intelligentiam ipsius longe faciliorem reddiderunt. Nam astrolabium longe ante ipsius tempora fuisse repertum, ait Arnoldus VVionligni vitæ lib. 5. cap. 105.

De corrigendo Calendario multi sæpe cogitarant. Gregorius XIII. reperto qui latebat Ludouici Lilij astrologi libello, qui demonstrabat certis rationibus hoc fieri posse, quod optabatur effecit. Adhibitis ad eam rem insignibus mathematicis. Itaque calendarium Romanum nulli amplius, vt olim fuit, mutationi obnoxium erit. Hæc autem emendatio facta est,

Digitized by Google

cta est, sexto Calend. Mart. anno Domini 1581.

Papyrius Massonus lib. 6. de gestis Romanorum Pontificum in Gregorio XIII. & Cicarella in appendice ad Platinam in Gregorio XIII.

De Poësi.

CVm Romani intelligerent, Poetas & quid vellent, & de quibus vellent, nominatim apud Græcos dicere, nec in homines solùm improbos maxima verborum licentia incurrere, sed prçstantissimos etiam ciues frequenter versibus violare: ipsi duodecim tabularũ legibus, cùm paucas res capite sanxissét, in his hanc quoque sanciendam putauerunt, si carmen condidisset, quis quod infamiam faceret, iniuriamq; alteri. Ita iniurijs Poetarum subiectam vitam, famamq; habere noluerunt. Et quanquam antiquissimum è doctis erat genus Poetarum apud Græcos: tamen Romani seriùs poeticam acceperunt. Nam etsi in originibus, solitos esse in epulis canere conuiuas de clarorum hominum virtutibus: tamen honorem huic generi non fuisse, declarat oratio Catonis, in qua obiectum, vt probrum, M. nobiliori, quòd is in Prouincia poetas duxisset, duxerat autem Consul ille Ennium. Quo minus ergò honoris erat poetis, eo minora studia fuerunt. Nam si quis ante id tépus ea in re studeret, grassator vocabatur. Posteà tamen Romani poëtas magno in precio habuerunt, vt Horat. indicare videtur:

B. Aug. li. 2. de ciuit. Dei, cap. 9.

Ci. 1. Tusc. quæstio.

Gell. lib. 11. cap. 2. Rhodogi. lib. 7. cap. 14.

Musa

Mutauit mentem populus leuis, & calet in vno
Scribendi studio, pueri, patresq; seueri.
Fronde comas vincti cœnant, & carmina dictant.
Scribimus indocti, doctiq; poëmata paßim.

Cic. pro Archia, Plin. lib. 7. ca. 30. Solin. Polihistor. ca. 7. Eutrop. l. 7.

Scipio enim Africanus Ennium sic dilexit, vt non solùm comitem semper haberet, verum etiam statuã in suo sepulchro poni mandaret, clarumq; illud nomen, imò verò spolium ex tertia orbis parte raptum, in cinere supremo eum poëtæ titulo legi vellet, Iulius Cæsar, & Octauianus Augustus gloriosum in primis arbitrati sunt, si in collegium poetarum reciperentur. Nec molestè tulit Cæsar, quod in collegium ingredienti, non assurgeret Accius, quem nôrat poetam esse multò præstantiorem. Nam Augustus quàm poetarum studiosus fuerit, vel ex eo apparet, quod eorum omniũ facilè principis Virgilij Maronis carmina cremari contra testamẽti eius verecundiam vetuit: maiusque per hoc vati testimonium peperit, quàm si ipse sua carmina probauisset. Sylla etiam malum poetam præmio dignum iudicabat, si tamẽ nihil amplius scriberet. Sicut Her. Barbarus scribit de Nicolao PP. V. Cui cùm diceretur: esse bonos Romæ poetas, negauit esse bonos: cur enim inquit, ad me non veniunt, qui etiam malos honoro? Vespasianus præstantes poetas vndique coemit, auctore Trãquillo. Claudij imperio quomodo floruerit hæc ars, Plinius epistola quadam ad Socium Senetionem indicat: Magnũ, inquit, prouentum poetarũ

Plin. lib. 7. capt. 30.

Blond. li. 4. Ro. triump.

hic annus attulit; toto mense Aprili, nullus ferè dies fuit, quo non recitaret aliquis; iuuat me quòd vigent studia, proferunt se ingenia hominum & ostentant. Claudium Cæsarem ferunt cùm Palatio spaciaretur, audissetq; clamorem, causam requisisse, cumq; dictum esset, recitare Nouianum, subitum recitanti, inopinatumque venisse. Certabantque carminibus Poetæ in sacris Iouis Capitolini, victoresque corona sine laurea donabâtur. Quod Traianus poetas non honorârit tantum, sed promouerit etiam, aluéritq;, refert Iuuenal. sat. 7. Ale. Sar. li. 3. ca. 21.

Est spes, & ratio studiorum in Cæsare tantum,
Solus enim tristes hac tempestate Camænas, Respexit.
Nemo tamen studijs indignum ferre laborem
Cogetur posthac, nectit quicunq; canoris
Eloquium vocale modis, laurumq; momordit.
Hoc agite ô Iuuenes, circumspicit, & stimulat vos,
Materiamq; sibi ducis indulgentia quærit.

Alexander, auctore Lampridio, Virgilium poetarum Platonem vocabat, eiusdemque imaginem cum simulachro Ciceronis in secũdo larario habebat. Antoninus Oppianũ poetam tot auris donauit, quot versus scriberet, & post mortem statua honorauit, cum hoc epitaphio: Oppianus sum suauiloquus vates, quem crudelis atq; inhumani inuidia fati ante diem eripuit, quod si longiùs in luce moras dedisset, nullus mihi par in terris foret, vt ex Græco se transtulisse ait Volater. Videbant enim prudẽtiss. Romani, quòd poetæ ipsorũ

dilexisse affirmat. Propterea que in conuiuijs vt supra etiam dictum est, fortium virorum opera carmine ad tibias cantabant, vt ad eorum imitationem iuuentutem alacriorem redderent. Quid hoc splendidius, quid etiam vtilius certamine? quas Athenas, quam scholam, quæ alienigena studia huic exercitio prætulerim? inquit Valerius: inde oriebantur Camilli, Scipiones, Fabricij, Marcelli, Fabij, ac, ne singula imperij nostri lumina simul percurrendo sim longior, inde cæli clarissima pars diu fulserunt Cæsares: Et hinc est quod pueri inter honesta & liberalia studia, Tragœdias quoque & Comœdias discere cogebantur. Claudio ergo Centone Appij Cæci filio, & M. Sempronio Iuditano Consulibus, post primum bellum Punicum, annis ferè CCCCX. post vrbem conditam, anno ante natum Ennium, Liuius poeta Romæ fabulas primus docuit. Statimque plures in hoc studio egregiè laborârunt, Ennius, Cæcilius, Terentius, Pacuuius, Næuius, Plautus, Lucilius, Virgilius, Ouidius, Persius, Iuuenalis, quique eorum ingenia, & successionem his versibus comprehendit Horatius: Aug. li. 2. Lib. 2. c. 1. de ciu. Dei. Li. 2. ep. 1.

Ennius & sapiens, & fortis, & alter Homerus,
Vt Critici dicunt, leuiter curare videtur.
Quò promissa cadant, & somnia Pythagorea.
Næuius in manibus non est, & in mentibus hæret
Penè recens, adeò sanctum est vetus omne poëma.
Ambigitur, quoties vter vtro sit prior, aufert
Pacuuius docti famam senis, Accius alti

Digitized by Google

Dicitur Afrani toga conuenisse Meandro.
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicarmi,
Vincere Cæcilius grauitate, Terentius arte.
Hos ediscit, & hos arcto stipata theatro
Spectat Roma potens, habet hos, numeratq; poetas,
Ad nostrum tempus Liui scriptoris ab æuo.

Næuius verò & Plautus quid in arte hac promouenda fecerint, eorũ epigrammata declarant, quæ recitantur à Gellio. Li.1.c.24.

Næuij epigramma.

Immortales mortales si foret fas flere,
Flerent diuæ Camenæ Næuium poëtam:
Itaque postquam ex orchio traditus thesauro,
Obliti sunt Romæ lingua latina loqueri.

Plauti Epigramma.

Postquam est morte captus Plautus,
Comœdia luget, scena est deserta,
Deinde risus, ludus, iocusq́ue, & numeri:
Innumeri simul omnes collacrymârunt.

Lucretius verò Græcorum pręcepta in latinum sermonem transtulisse sese refert. *Scripsit autem libros sex de rerũ natura.*

Denique natura hæc rerum, ratioq́ue reperta est
Nuper, & hanc primus cum primis ipse repertus
Nunc ego sum, in patrias qui possum vertere voces.

Nam poeticæ artis apud Romanos professores, Græcorum, præcipuè Homeri, commentarios, iuuẽtuti ad discendum proposuisse, indicare videtur Horatius Flaccus:

Romæ nutriri mihi contigit atque doceri,
Iratus Graijs quantum nocuisset Achilles. L. 2. epi. 2.

Etsi

Etsi Adrianus Imperator repudiato Homero, Antimachum poetam ignotũ, in scholas introducere conabatur, vt in vita eius scribit Dion. Porrò vt lasciuos & obscœnos poetas, Romani sæpe damnasse; & vrbe expulisse legũtur: sic eruditos, & castos, & probos, magnis honoribus ornârunt, modò sapiẽtes, modò diuinos eos appellantes, & morum magistros, atque censores. Vnde illud Horatij ad Augustum Cæsarem:

Obscœni poetæ eiecti, alij vero honorati à Roma.

Os tenerum pueri balbumq́, Poëta figurat,
Torquet ab obscœnis iam nunc sermonibus aurem,
Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Asperitatis & inuidiæ corrector, & iræ.

Vt verò Augustus Cæsar, & S. P. Q. R. huic vtilissimæ in Republica arti fauerent, ipsaque iuuentus eam discere curaret, à plurimis eius vtilitatibus hortari videtur.

Rectè facta refert, orientia tempora notis
Instruit exemplis, inopem solatur & ægrum.
Castis cum pueris ignara puella mariti
Disceret vndè preces, vatem ni Musa dedisset?
Poscit opem chorus, & præsentia numina sentit,
Cælestes implorat aquas docta prece blandus,
Auertit morbos, metuenda pericula pellit,
Impetrat & pacem, & locupletem frugibus annum,
Carmine Dij superi placantur, carmine manes.

Quod enim Poetæ optimas res mysterijs quibusdam vulgò incognitis explicuerint, & humanæ vitæ rationem velut fabulis expresserint, vel vnius Virgilij carmine demonstrari posset.

Historia.

POntifices maximi olim res omnes singulorum annorũ mandabant literis,& annales maximi vocabantur. Cicero enim libro secundo de Oratore: Erat, inquit, historia nihil aliud quàm Annalium cõfectio, cuius rei memoriæque retinendæ causa, ab initio rerum Romanarum, vsque ad P. Mutium Pontificẽ Maximum, res omnes singulorum annorum mandabat literis summus Põtifex, efferebatque in album, & proponebat tabulam domi, potestas vt esset populo cognoscendi, ijque etiam nunc annales maximi vocantur. Hanc consuetudinem scribendi multi secuti sunt, qui sine vllis ornamentis monumenta solùm temporum, hominum, locorum, gestarumq; rerum reliquerunt, qui tamen non exornatores rerum, sed narratores fuerunt, & dum intelligeretur quid dicerent, vnam dicendi laudem putabant esse breuitatem. Rursùs li. 1. de legibus: Postulatur, inquit Atticus, à te tã diu, vel flagitatur potiùs historia, sic enim putant, te illam tractante effici posse, vt in hoc etiam genere Græciæ nihil cedamus. Atq; vt audias quid ego ipse sentiam non solùm mihi videris eorum studijs qui literis delectantur, sed etiam patriæ debere hoc munus vt ea quæ salua per te est, per te eundem sit ornata. Abest enim historia literis nostris, vt & ipse intelligo, & ex te persæpè audio. Potes autem tu ꝓfectò satis facere in ea: quippe cùm sit opus, vt tibi quidem videri solet, vnum hoc orato-

Digitized by Google

rium maximè. Quamobrem aggredere quæsumus & sume ad hanc rem tempus, quæ est à nostris hominibus aut ignorata, aut relicta. Nam post annales Pontificum maximorum, quibus nihil potest esse iucũdius, si aũt ad Fabium, aut eum qui tibi semper in ore est, Catonem, aut ad Pisonem, aut ad Fannium, aut ad Vennonium venias, quamquam ex his alius alio plus habet viriũm, tamẽ quid tam exile, quàm isti omnes? Fannij uatem ætate coniũctus Antipater paulo inflauit vehemẽtiùs, habuitq; vires agrestes ille quidem atq; horridas, sine nitore ac palæstra, sed tamẽ admonere reliquos potuit, vt accuratiùs scriberent. Ecce aũt successere huic bello Clodius Asylo, nihil ad Cœlium, sed potiùs ad antiquorum languorem atq; inscitiam. Nam quid Accium memorem? cuius loquacitas habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex arguta Græcorum copia, sed ex librariolis Latinis. Sisenna eius amicus omnes adhuc nostros scriptores (nisi qui fortè nondum ædiderunt, de quibus æstimare non possumus) facilè superauit. Is tamen in historia puerile quid consectatur. Quare tuum est munus, hoc à te expectatur. Cicero autem etsi eo tempore historiã scribere integrum sibi esse negauit, eo quod præparato otio, & tempore, quibus ipse tunc carebat, ea res indigeret: tamen multi clarissimi viri sic elaborârunt, vt hoc etiam genere Romani non cederent Græcis, quopiam Thucididi Salustium opponere non Li. 10. institim. c. 1.

vereor, inquit Fabius, nec indignetur Herodotus sibi æquari T. Liuium, cùm in narrando miræ iucunditatis, clarissimique candoris, tú in concionibus suprà quam enarrari potest eloquenté, ita dicuntur omnia tum rebus, tum verbis accómodata. Is enim Liuius hoc in genere tam admirabilis euasit, vt ad eum lacteo eloquentiæ fonte mananté, de vltimis Hispaniæ, Galliarumque finibus, multi nobiles vénitarent: & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduceret. Pomponius etiam Atticus versibus Romanam historiam, & fortium virorum res gestas sic descripsisse legitur, vt singulorum facta, magistratusque non amplius quaternis quinisq; versibus complecteretur: vt vix credibile videatur, tantas res tam breuiter potuisse declarari. Arrianus verò historicus, qui Xenophon minor cognominabatur, Romæ sub Adriano docuit, & honoribus consularibus ornatus est. Ad Cornelium Tacitum scribens Plinius: Auguror, inquit, nec me fallit augurium, historias tuas immortales futuras, quo magis illis inseri cupio. Rectè quidem dixit Cicero, literas posteritatis causa esse repertas, quę subsidio obliuioni esse possēt, omnesque sapientissimorum hominum voces, & vtilissima, grauissimaque veterum exempla in tenebris iacitura, nisi literarum & historiæ lumen accederet. Propterea q; maiori in precio apud Romanos erant, amplioribusque honoribus (qui artes alunt) afficiebantur annali-

Li. 10. instit. c. 1.

D. Hieron. ad Paulin.

nalium,& historiæ, quàm Comœdiarum atque Tragœdiarum scriptores, vt Blondus affirmat, & ipse Iuuenalis poeta non diffitetur:

Vester porrò labor fœcundior historiarum
Scriptores, perit hic plus temporis, atque olei plus.

Porrò historiam differre ab annalib. quidam, inquit Gellius, eo putant, quòd cùm vtrunque sit rerum gestarum enarratio, earum tamen propriè rerum sit historia, quibus rebus gerẽdis interfuerit is, qui narrat. Eamque esse opinionẽ quorundam Verrius Flaccus in lib. de significatu verborũ quarto refert. Ac se quidem dubitare super ea re dicit: posse autẽ putari nonnihil esse rationis in ea opinione, quòd historia græcè significet rerũ cognitionem præsentium. Sed nos audire soliti sumus, annales omninò id esse, quod historiæ sint, historias nõ omninò esse id, quod ãnales: sicuti quod est homo, id necessariò animal esse: quod est animal, non id necesse est hominem esse. Ita historias quidam esse aiunt rerum gestarũ vel expositionem, vel demonstrationem, vel quo alio nomine id dicẽdum est. annales verò, cùm res gestæ plurimum annorum, obseruato cuiusque anni ordine deinceps componuntur. Cùm verò non per annos, sed per dies singulos res gestæ scribũtur, ea historia græco vocabulo ἐφημερὶς dicitur, & Sempronius Asellio diariũ interpretatur. Qui libro primo: Nobis ait, non modò satis esse video, quod factum esset id pronunciare, sed etiam, quo cõ-

Differentia historiæ & annalium.

Oo 5 filio,

Mutauit mentem populus leuis, & calet in vno
Scribendi studio, pueri, patresq; seueri.
Fronde comas vincti cœnant, & carmina dictant.
Scribimus indocti, doctiq; poëmata paßim.

Cic. pro Ar- chia, Plin. lib. 7. ca. 30. Solin. Poli hist. ca. 7. Eutrop. l. 7.

Scipio enim Africanus Ennium sic dilexit, vt non solùm comitem semper haberet, verum etiam statuã in suo sepulchro poni mandaret. clarumq; illud nomen, imò verò spolium ex tertia orbis parte raptum, in cinere supremo eum poëtæ titulo legi vellet, Iulius Cæsar, & Octauianus Augustus gloriosum in primis arbitrati sunt, si in collegium poetarum reciperentur. Nec molestè tulit Cæsar, quod in collegium ingredienti, non assurgeret Accius, quem nôrat poetam esse multò præstantiorem. Nam Augustus quàm poetarum studiosus fuerit, vel ex eo apparet, quod eorum omniũ facilè principis Virgilij Maronis carmina cremari contra testamẽti eius verecundiam vetuit: maiusque per hoc vati testimonium peperit, quàm si ipse sua carmina probauisset. Sylla etiam malum poetam præmio dignum iudicabat, si tamẽ nihil amplius scriberet. Sicut Her. Barbarus scribit de Nicolao PP. V. Cui cùm diceretur: esse bonos Romæ poetas, negauit esse bonos: cur enim, inquit, ad me non veniunt, qui etiam malos honoro? Vespasianus præstantes poetas vndique coemit, auctore Trãquillo. Claudij imperio quomodo floruerit hæc ars, Plinius epistola quadam ad Socium Senetionem indicat: Magnũ, inquit, prouentum poetarũ

Plin. lib. 7. capt 30.

Blond. li. 4. Ro. triump.

hic

hic annus attulit; toto mense Aprili, nullus ferè dies fuit, quo non recitaret aliquis; iuuat me quòd vigent studia, proferunt se ingenia hominum & ostentant. Claudium Cæsarem ferunt cùm Palatio spaciaretur, audissetq; clamorem, causam requisisse, cumq; dictum esset, recitare Nouianum, subitum recitanti, inopinatumque venisse. Certabantque carminibus Poetæ in sacris Iouis Capitolini, victoresque corona sine laurea donabātur. Quod Traianus poetas non honorârit tantum, sed promouerit etiam, aluéritq;, refert Iuuenal. sat. 7. *Ale. Sarā. li. 3. ca. 21.*

Est spes, & ratio studiorum in Cæsare tantum;
Solus enim tristes hac tempestate Camanas; Respexit.
Nemo tamen studijs indignum ferre laborem
Cogetur posthac, nectit quicunq; canoris
Eloquium vocale modis, laurumq; momordit.
Hoc agite ô Iuuenes, circumspicit, & stimulat vos,
Materiamq; sibi ducis indulgentia quærit.

Alexander, auctore Lampridio, Virgilium poetarum Platonem vocabat, eiusdemque imaginem cum simulachro Ciceronis in secūdo larario habebat. Antoninus Oppianū poetam tot auris donauit, quot versus scriberet, & post mortem statua honorauit, cum hoc epitaphio: Oppianus sum suauiloquus vates, quem crudelis atq; inhumani inuidia fati ante diem eripuit, quod si longiùs in luce moras dedisset, nullus mihi par in terris foret, vt ex Græco se transtulisse ait Volater. Videbant enim prudētiss. Romani, quòd poetæ ipsorū

[s]e affirmat. Proptereaque in conuiuijs
a etiam dictum est, fortium virorum
armine ad tibias cantabant, vt ad eo-
nitationem iuuentutem alacriorem
ent. Quid hoc splendidius, quid etiam *Aug.li.2.*
certamine? quas Athenas, quam scho-
quæ alienigena studia huic exercitio
etim? inquit Valerius: inde oriebantur
i, Scipiones, Fabricij, Marcelli, Fabij,
singula imperij nostri lumina simul
rendo sim longior, inde cæli clarissi-
s diu fulserunt Cæsares: Et hinc est *Lib.2.c.8. de ciu.Dei.*
ueri inter honesta & liberalia studia,
dias quoque & Comœdias discere co-
ur. Claudio ergo Centone Appij Cæci
M. Semptonio Iuditano Consulibus,
imum bellum Punicum, annis ferè
X. post vrbem conditam, anno ante
Ennium, Liuius poeta Romæ fabulas
docuit. Statimque plures in hoc stu-
egiè laborârunt, Ennius, Cæcilius, Te-
, Pacuuius, Næuius, Plautus, Lucilius,
us, Ouidius, Persius, Iuuenalis, quique
ingenia, & successionem his versibus
ehendit Horatius: *Li.2.ep.1.*

is & sapiens, & fortis, & alter Homerus,
i dicunt, leuiter curare videtur.
nissa cadant, & somnia Pythagorea.
n manibus non est, & in mentibus hæret
ens; adeo sanctum est vetus omne poëma.
ir, quoties vter vtro sit prior, aufert
docti famam senis; Accius alti-

Digitized by Google

Dicitur Afrani toga conuenisse Meandro.
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicarmi,
Vincere Cæcilius grauitate, Terentius arte.
Hos ediscit, & hos arcto stipata theatro
Spectat Roma potens, habet hos, numeratq; poetas.
Ad nostrum tempus Liui scriptoris ab æuo.

Næuius verò & Plautus quid in arte hac promouenda fecerint, eorũ epigrammata declarant, quæ recitantur à Gellio. *Li.1.c.24.*

Næuij epigramma.

Immortales mortales si foret fas flere,
Flerent diuæ Camenæ Næuium poëtam:
Itaque postquam ex orchio traditus thesauro,
Obliti sunt Romæ lingua latina loqueri.

Plauti Epigramma.

Postquàm est morte captus Plautus,
Comœdia luget, scena est deserta,
Deinde risus, ludus, iocusq́ue, & numeri:
Innumeri simul omnes collacrymârunt.

Lucretius verò Græcorum pręcepta in latinum sermonem transtulisse sese refert.

Scripsit autem libros sex de rerũ natura.

Denique natura hæc rerum, ratioq́ue reperta est
Nuper, & hanc primus cum primis ipse repertus
Nunc ego sum, in patrias qui possum vertere voces.

Nam poeticæ artis apud Romanos professores, Græcorum, præcipuè Homeri, commentarios, iuuẽtuti ad discendum proposuisse, indicare videtur Horatius Flaccus:

Romæ nutriri mihi contigit atque doceri,
Iratus Grajs quantum nocuisset Achilles. *L.2.epi.2.*

Etsi

Adrianus Imperator repudiato Ho- *obscæni*
Antimachum poetam ignotũ, in scho- *poetæ eie-*
oducere conabatur, vt in vita eius scri *cti, alij ve-*
on. Porrò vt lasciuos & obscœnos poe- *ro honora-*
mani sæpe damnasse; & vrbe expulisse *ti à Roma.*
r: sic eruditos, & castos, & probos, mag-
ioribus ornârunt, modò sapiẽtes, mo-
inos eos appellantes, & morum magi-
tque censores. Vnde illud Horatij ad
tum Cæsarem:

enerum pueri balbumq; Poëta figurat,
t ab obscœnis iam nunc sermonibus aurem,
iam pectus præceptis format amicis,
atis & inuidiæ corrector, & iræ.

verò Augustus Cæsar, & S. P. Q. R.
vtilissimæ in Republica arti fauerent,
ie iuuentus eam discere curaret, à
nis eius vtilitatibus hortari videtur.

è facta refert, orientia tempora notis
t exemplis, inopem solatur & ægrum.
um pueris ignara puella mariti
et vndè preces, vatem ni Musa dedisset?
opem chorus, & præsentia numina sentit,
s implorat aquas docta prece blandus,
t morbos, metuenda pericula pellit,
at & pacem, & locupletem frugibus annum,
ne Dij superi placantur, carmine manes.

uod enim Poetæ optimas res mysterijs
isdam vulgò incognitis explicuerint, &
næ vitæ rationem velut fabulis expres-
, vel vnius Virgilij carmine demonstra-
let.

Digitized by Google

Historia.

POntifices maximi olim res omnes singulorum annorũ mandabant literis,& annales maximi vocabantur.Cicero enim libro secundo de Oratore: Erat,inquit,historia nihil aliud quàm Annalium cõfectio, cuius rei memoriæque retinendæ causa, ab initio rerum Romanarum, vsque ad P.Mutium Pontificẽ Maximum,res omnes singulorum annorum mandabat literis summus Põtifex, efferebatque in album, & proponebat tabulam domi, potestas vt esset populo cognoscendi, ijque etiam nunc annales maximi vocantur. Hanc consuetudinem scribendi multi secuti sunt, qui sine vllis ornamentis monumenta solùm temporum,hominum,locorum,gestarumq; rerum reliquerunt, qui tamen non exornatores rerum, sed narratores fuerunt, & dum intelligeretur quid dicerent, vnam dicendi laudem putabant esse breuitatem. Rursùs li. 1.de legibus: Postulatur, inquit Atticus, à te tã diu,vel flagitatur potiùs historia,sic enim putant, te illam tractante effici posse,vt in hoc etiam genere Græciæ nihil cedamus. Atq; vt audias quid ego ipse sentiam non solùm mihi videris eorum studijs qui literis delectantur, sed etiam patriæ debere hoc munus vt ea quæ salua per te est,per te eundem sit ornata. Abest enim historia literis nostris, vt & ipse intelligo,& ex te persæpè audio.Potes autem tu profectò satis facere in ea: quippe cùm sit opus, vt tibi quidem videri solet,vnum hoc oratorium

rium maximè. Quamobrem aggredere quæsumus & sume ad hanc rem tempus, quæ est à nostris hominibus aut ignorata, aut relicta. Nam post annales Pontificum maximorum, quibus nihil potest esse iucũdius, si aũt ad Fabium, aut eum qui tibi semper in ore est, Catonem, aut ad Pisonem, aut ad Fannium, aut ad Vennonium venias, quamquam ex his alius alio plus habet viriũm, tamẽ quid tam exile, quàm isti omnes? Fannij uatem ætate coniũctus Antipater paulo inflauit vehemẽtiùs, habuitq; vires agrestes ille quidem atq; horridas, sine nitore ac palæstra, sed tamẽ admonere reliquos potuit, vt accuratiùs scriberent. Ecce aũt successere huic bello Clodius Asylo, nihil ad Cœlium, sed potiùs ad antiquorum languorem atq; inscitiam. Nam quid Accium memorem? cuius loquacitas habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex arguta Græcorum copia, sed ex librariolis Latinis. Sisenna eius amicus omnes adhuc nostros scriptores (nisi qui fortè nondum ædiderunt, de quibus æstimare non possumus) facilè superauit. Is tamen in historia puerile quid consectatur. Quare tuum est munus, hoc à te expectatur. Cicero autem etsi eo tempore historiã scribere integrum sibi esse negauit, eo quod præparato otio, & tempore, quibus ipse tunc carebat, ea res indigeret: tamen multi clarissimi viri sic elaborârunt, vt hoc etiam genere Romani non cederent Græcis, quoniam Thucididi Salustium opponere] non *Li. 10. institut. c. 1.*

vereor, inquit Fabius, nec indignetur Herodotus sibi æquari T. Liuium, cùm in narrando mira iucunditatis, clarissimique candoris, tũ in concionibus suprà quam enarrari potest eloquentẽ, ita dicuntur omnia tum rebus, tum verbis accõmodata. Is enim Liuius hoc in genere tam admirabilis euasit, vt ad eum lacteo eloquentiæ fonte manantẽ, de vltimis Hispaniæ, Galliarumque finibus, multi nobiles vẽtitarent: & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduceret. Pomponius etiam Atticus versibus Romanam historiam, & fortium virorum res gestas sic descripsisse legitur, vt singulorum facta, magistratusque non amplius quaternis quinisq; versibus compleċteretur: vt vix credibile videatur, tantas res tam breuiter potuisse declarari. Arrianus verò historicus, qui Xenophon minor cognominabatur, Romæ sub Adriano docuit, & honoribus consularibus ornatus est. Ad Cornelium Tacitum scribens Plinius: Auguror, inquit, nec me fallit augurium, historias tuas immortales futuras, quo magis illis inseri cupio. Reċtè quidem dixit Cicero, literas posteritatis causa esse repertas, quę subsidio obliuioni esse possẽt, omnesque sapientissimorum hominum voces, & vtilissima, grauissimaque veterum exempla in tenebris iacitura, nisi literarum & historiæ lumen accederet. Propterea q; maiori in precio apud Romanos erant, amplioribusque honoribus (qui artes alunt) afficiebantur annali-

Li. 1o. in-stitut. c. 1.

D. Hieron. ad Paulin.

Digitized by Google

nalium, & historiæ, quàm Comœdiarum atque Tragœdiarum scriptores, vt Blondus affirmat, & ipse Iuuenalis poeta non diffitetur:

Vester porrò labor fœcundior historiarum
Scriptores, perit h.c plus temporis, atque olei plus.

Porrò historiam differre ab annalib. quidam, inquit Gellius, eo putant, quòd cùm vtrunque sit rerum gestarum enarratio, earum tamen propriè rerum sit historia, quibus rebus gerẽdis interfuerit is, qui narrat. Eamque esse opinionẽ quorundam Verrius Flaccus in lib. de significatu verborũ quarto refert. Ac se quidem dubitare super ea re dicit: posse autẽ putari nonnihil esse rationis in ea opinione, quòd historia græcè significet rerũ cognitionem præsentium. Sed nos audire soliti sumus, annales omninò id esse, quod historiæ sint, historias nõ omninò esse id, quod ãnales: sicuti qꝫ est homo, id necessariò animal esse: quod est animal, non id necesse est hominem esse. Ita historias quidam esse aiunt rerum gestarũ vel expositionem, vel demonstrationem, vel quo alio nomine id dicẽdum est. annales verò, cùm res gestæ plurimum annorum, obseruato cuiusque anni ordine deinceps componuntur. Cùm verò non per annos, sed per dies singulos res gestæ scribũtur, ea historia græco vocabulo ἐφημερίς dicitur, & Sempronius Asellio diariũ interpretatur. Qui libro primo: Nobis ait, non modò satis esse video, quod factum esset id pronunciare, sed etiam, quo cõsilio, *Differentia historiæ & annalium.*

silio, quaque ratione gesta essent demonstrare. Nam neque alacriores ad Rempublicam defendēdam, neque segniores ad rem perperam faciundam annales libri cōmouere quicquam possunt. Scribere autē bellum quo initum consule, & quomodo confectū sit, & quis triumphus introierit, exque eo libro, quæ in bello gesta sint iterare, id fabulas nō prædicare, ait: intereà quid senatus decreuerit, aut quę lex rogatione lata sit, neq; quib. cōsilijs ea gesta sint iterare, id fabulas pueris est enarrare, nō historias scribere, &c. Annaliū verò quāta apud Romanos auctoritas fuerit, vel ex eo perspicitur, quod Labeo legum & morum populi Romani, iurisque ciuilis peritissimus, D. Augusto iam principe & Rempublicā obtinente, ratum tamen, pensumque nihil habuisse refertur, nisi quod iustum sanctumque esse, in Romanis antiquitatibus legisset. Quare eos tam frequenter vsurpat Cicero. Hi in varios libros, vt singula faciliùs inueniri possent, distributi fuisse videntur: nam & Ennius duodecimum annalem conscripsisse legitur, & Gellius historiam quādam refert, ex libro II. annalium maximorum. Qui etiam non solum res gestas Romanorum comprehendebant, verumetiam exterarum gentium: claros item viros, tam Græcos quàm Latinos, qui vel imperio vel ingenio floruerant: id enim non obscurè ex Gellio colligitur. Cùm ergo præter annales summorum Pontificum, aliorum quoque scriptorum historias haberent Roma-

Annalium autoritas.

Gell. lib. 13. cap. 12.

Digitized by Google

Romani, historiarũ quoq; professores instituerunt, vt iuuentutem multarum rerum exemplis imperio dignam redderent, & ad immortalis gloriæ (quã bonos viros semper comitari ex historia apparet) virtutumq́; studia excitarent, metuque infamiæ & suppliciorũ à vitijs deterrerent. Nam de Claudij imperatoris historiarum libris quod in Athenæo Romano per singulos annos prælecti siue recitati fuerint, scriptum reperitur. Et Cornelij Taciti historia ne interiret, Tacitus imper. per singulos annos decies scribi, & in omnes Bibliothecas reponi iussit, vt in vita eius scribit Vopiscus, quàm doctissimi viri cum aliorum historicorum libris, diligenter accurateque enarrabant. *Tranquillus Volaterranus. &c.*

Rhetorica.

INter reliquas Græcorum doctrinas, præcipuè Rhetoricen, eleganter ornateque dicẽdi artem, mirificè semper Romani coluerunt. M. enim Cicero in Bruto suo testatur, in florentissima Athenarum vrbe natam & altam esse eloquentiam, quæ post omnes peragrârit insulas, atque in vrbem Romam velut proprium domiclium immigrârit, ac multos quidem ab vrbe condita, disertos semper viros extitisse demonstrat. L. enim Brutus ciuitatem perpetuo dominatu liberatam, magistratus annuis legibus & iudicijs deuinxit. M. Valerius cum plebs secessisset, sedauit discordias. A. Claudius ab inclinata ferè Pyrrhi pace reuocauit: quæ certè sine diserta oratione persua-

persuaderi non potuissent. Quem tamen extet, inquit, memoriæque proditum sit, eloquentem fuisse, & ita esse habitum, primus fuit M. Cornelius Cethegus, cuius eloquentiæ auctor fuit Q. Ennius. Hunc ergò plurimi statim imitabantur, vt iam eloquentes perfectique oratores & haberentur & essent. id enim indicat Cicero libro primo Tusculanarum quæstionum: Nos oratorem celeriter complexi sumus, nec eum priùs eruditum, aptum tamen ad dicendum, pòst autem eruditum. Et libro primo de oratore: Post auditis Oratoribus Græcis, cognitisque eorum literis, & adhibitis doctoribus, incredibili quodam nostri homines dicendi studio flagrauerunt: excitabat enim eos magnitudo, varietas, multitudoque in omni genere causarum. Cùm itaque eam ad permouēdos hominum animos, & in quamcunque sententiam transformandos vtilissimam potentissimamque esse perspicerent, plurimi eam vel honoris & gloriæ, vel præsidij & questus causa diligentissimè sectabantur: quippè qua egregiè instructos ciues ex infima fortuna in ordinem senatoriū, & supremos in Republica Romana honores conscendisse videbant. Filijs quoque suis hūc certissimū honoris aditum patefacturi, præceptis & legibus comprehensam artem, doctissimos viros profiteri voluerūt. Antonius enim Gnipho in domo Cęsaris eam tradidisse legitur, quem inter alios multos clarissimos viros, M. etiam Cicero audiuerit. De optimo
ille

illo T. Castritio, qui & hac arte, & lectissimis moribus discipulos inbuebat, apud Aulum Gellium videre est. Mitileneus ille Potamon sub Tiberio docuit. Eiusdem professor artis Romæ fuit Tacianus Hæresiarcha. Diuus quoque noster Augustinus sex integros annos publicè priuatimque docuit, vt Volaterranus scribit, & ipse libr. 5. Confessionum fatetur. Doctissimus ille Victorinus Afer, quod diu gloriosè docuerat, in foro Traiano statuam accepit. Ipse autem Cicero scriptum reliquit, quòd duorum clarissimorum oratorum inter se contrarias orationes sic conuerterit, expresseritque, virtutibus omnibus, id est, sententijs, figuris, rerumque ordine, vt regula essent hominibus latinis atticè, hoc est, optimè dicēdi. Vespasianus imperator primus Græcis Latinisque oratoribus annuā centena constituit: ea auxit Antoninus Pius, qui per omnes etiam prouincias rhetoribus honoris & salaria constituit, authore Capitolino. Fabius verò primus publicam rhetoricæ scholam tenuit sub Domitiano, & è fisco salarium accepit, inquit Erphordius. Iam verò Romani pueros, quos Oratores fieri cupiebant, ad eum præceptorem ducebant: qui tum princeps in foro appareret, à cuius latere ne latum quidem vnguem, vt Cicero loquitur, discedere liceret: arte verò iam cognita primum peroraturos, viri consulares honoris gratia in forum perducebant.

Gell. lib. 13. cap. 20.

Aug. lib. 7. confess. c. 2.

Hier. & Trithe.

Lib. de claris orator.

Demosth. & Aeschin. intelligit.

Cic. in Lælio.

Quanquàm aliquando vrbe per Senatus con-

cósultum rhetores eiecti fuerunt, quod apud Gellium his verbis recitatur: C. Fannio Strabone, M. Valerio Messala, consulibus, S. C. de philosophis & Rhetoribus latinis factum est, M. Pomponius prętor Senatum consuluit, quòd verba facta sint de philosophis & rhetoribus, de ea re ita censuerunt, vt M. Pomponius animaduerteret, curaretque vti è rep. fideque sua videretur, vti Romæ ne essent. Aliquot deindè annos post id S. C. Cn. Domitius Aenobarb. & L. Crassus censores, de coercendis rhetorib. Latinis ita edixerunt: Renúciatum est nobis, esse homines qui nouum genus disciplinæ instituerint, ad quos iuuentus in ludum conueniat, eos sibi nomen imposuisse Latinos Rhetores, ibique homines adolescentulos toto die desidere. Maiores nostri, quæ liberos suos discere, & quos ludos ita re vellent, instituerunt, hac noua quæ præter consuetudinem moremque maiorum fiunt, neque placent, neque recta videntur: quapropter & ijs qui eos ludos habent, & qui eò venire consueuerunt, visum est faciundũ, vt ostéderemus nostrã sẽtẽtiã, nobis non placere.

Rhetores Romæ pulsi.

Gelli. li. 15. cap. 11.

Huius verò rationem reddet ipse Crassus apud Ciceronem, lib. 3. de oratore: Verborum, inquit, eligendorum collocandorumque facilis est ratio, rerum est sylua magna, quàm cùm Gręci iam non tenerent, ob eamq; causam iuuentus nostra dedisceret penè discẽdo, etiam Latini, si dijs placet, hoc biennio magistri dicendi extiterunt, quos ego Censor

edicto

Digitized by Google

edicto meo sustuleránon quò(vt nescio quos dicere aiebant) acui ingenia adolescentium nollem, sed contra ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam. Nam apud Græcos cuiusmodi esset, videbam tamen esse aliquam doctrinam, præter hanc exercitationem linguæ, & humanitatem dignam sciẽtia: hos verò nouos magistros nihil intelligebã posse docere, nisi vt audirent: quod etiam cũ bonis coniunctum per seipsum est magnopere fugiendum. Hoc cùm vnum traderetur, & impudentiæ ludus esset, putaui esse Censoris, ne longiùs id serperet prouidere. Cornelius quoque Tacitus solam linguam discipulorum eos exercuisse scribit, bonarum artium, & virtutum studijs neglectis, ipsamque eloquentiam velut expulsam regno, quæ olim omnium artium domina erat, tunc sine virtute sine honore quasi inanem verborum strepitum, & tanquam vnam è vilissimis artificijs tradidisse, vt obfutura reipublicæ sæpissimè, profutura verò nunquam videretur. Nam veram Rhetoricen exercere, nunquàm Romę prohibitum fuisse, ex Suetonio scribit Polidorus. Qua nimirùm cum bonis honestisque studijs coniuncta, sic armarentur, vt non oppugnarent patriam, sed propugnarent, iacentes excitarent, afflicti recrearentur, languentes stimularent, vigilantes inflammarent, bonis præmia constituerent, improbis periculum denunciarent, omnes denique efficerent legibus obsequentes.

Cumque

Cumque in alijs rebus publicis plurimum semper honoris atque dignitatis dicendi peritiæ delatum fuisse perciperent, iccirco nobilissimi quique in Romana republica viri non infirmum status sui præsidium in dicendi facultate constitutum arbitrabantur. Quare in ea profecto ciuitate quæ orbis terrarum finibus Imperiũ terminauit, innumerabiles ciues summam auctoritaté & potentiam dicendo consecuti fuerunt. Tantumque Romæ postquam Imperium latissimè propagatum est, eloquentia valuit, vt nemo confideret, quamuis & nobilitate & rebus fortiter gestis excelleret, facilem sibi aditum ad summam potentiam datum iri, nisi dicendi laudem cum militari virtute alijsque ornamentis coniungeret. Inde illi Claudij, Lælij, Scipiones, Calbæ, Catones, Grachij, multique alij in dicendo principes extiterunt, donec gradibus quibusdam ad perfectum illud absolutumqúe eloquentię specimen peruentum est, ad quod nemo deinceps aspirauit.

Iam verò postquam Respublica in vnius potestatem peruenit, minimè hoc eloquentiæ studium principes neglexerunt. Vt enim de IVLII Cæsaris elegantia & vrbanitate nihil dicam, OCTAVIVM certè constat dicendi laude præstantem fuisse. Nec TIBERIVS etsi multis vitijs coopertus fuit, hæc dicendi laude caruit. Nec solum humaniores Principes hanc artem summo studio coluerunt, sed immanes etiam tyranni, qui non per-

perſuadendo, ſed cogendo omnia ſibi conficienda putabant, multum ſtudij & operæ in dicendi peritiam cõtulêre. Nec enim Caligula, neque Nero, neque Domitianus, nec aliæ peſtes hominum, quas dirum reipublicæ fatum in Imperio collocauit, ſeſe ab hoc ſtudio remouerunt. Etſi paulatim præſtantiſsima hæc ars apud Principes nonnihil obſoleuit. Idque ob vitæ mollitiem, & luxum, atque deſidiam accidiſſe videtur. Eloquentiæ enim laus non ſine labore & ſtudio comparatur. Acceſſerunt adulatores, qui à populi totius rationibus principes abſtraxerunt, vt arbitrarentur id ad quod imperio cogere poſſent, non eſſe oratione flagitãdum. Pompeius tertio conſulatu eloquentiæ nimium luxurianti velut frenum impoſuit, Cornelius Tacitus. De oratore Manutius affirmat, nec ante ſecũdum bellum Punicum, quando liberæ adhuc conciones, populique tanta poteſtas non erat, nec poſt dominationem Cæſaris, cùm vniuerſa poteſtas translata erat ad vnum, magnoperè Rhetoricen Romæ floruiſſe. Et Fabius Quintilianus eloquendi rationem nouiſsimè repertam, paucíſque tentatam, ſeſe ingreſſum ait. *Proœ.l.12.*

De Grammatica.

QVoniam nullo modo ferendi, ſunt auctore Fabio, qui Grammaticã vt tenuem ac ieiunam cauillantur, quippè ſine qua ad aliarum artium atque ſcientiarum ſolidam perfectamque cognitionem perueniri non po-

test, omnisque labor, & omne studium nisi super ea construatur necessariò corruat: iccircò cùm Romani aliarum omnium ferè artiũ studia sibi proposuissent, hanc, quæ reliquarum fundamẽtum & ianua est, negligere noluerunt. Nam etsi apud priscos ea Romanos nullo in precio fuisse legitur: tamen cùm Crates Attali regis legatus inter secundum & tertium bellum Punicum, per totum legationis tempus singulis diebus Romæ doceret, ipsis quoque Romanis author fuit, vt ad grammaticæ studium exardescerent, scholamque instituerent, vbi tam necessaria ad philosophiam via traderetur. Strabo enim & Volaterranus authores sunt, quòd Aristodemus cùm magni Põpei filios erudiret Romæ, grammaticæ etiã scholæ præfuerit, omnibusque ea in re cumulatè satisfacerit manè Rhetoricam, meridiè Grammatiticam professus. Cęcilius verò Epirota, libertus Attici equitis Romani, primus Virgiliũ & poetas nouos interpretatus esse legitur: hinc enim est illi Domitij Marsi versus.

Epirota tenellorum nutricula vatum.

Timagenes Alexandrinus sub Pompeio Romam à Gabinio captiuus ductus, & à Fausto Syllæ filio emptus, Grammaticam professus est vsque ad Augustum, quia Cæcilius propter nimiam in dicendo libertatem, & arrogantiam, Grammatica schola exciderat. Domitius ille qui quòd esset morosior ac intractabilior, insanus cognominabatur, celebris

Gell. l. 18. cap. 7.

Digitized by Google

celebris Romæ Grāmaticus fuit, eundemq; doctissimus ille Phauorinus consulere non erubuit. Scaurinum celeberrimū Grammaticum præceptorē Romæ habuit Alexander Seuerus, auctore Lampridio. Appion sub Tiberio & Claudio Theoni in Schola Grāmatica successit, quando & Palemon floruit, qui secum natas, secumq; interituras bonas literas affirmare, vt scribit Volaterr. audebat. L.18.c.6.

Helius autem Melissus summi quidem loci Romæ inter sui temporis Grammaticos extitit, sed maior erat in literis iactantia & σοφίστεια quàm opera, inquit Gellius. Frontonem verò Cornelium nunquam se audiuisse scribit, quin rediret longè & doctior & cultior. De duorum nobiliū Romæ Grammaticorum disputatione, vtrum vir egregi, an potiùs vir egregie dicendum esset, apud eundem Gellium videre est. Gellius enim & didicit Grammaticam Romæ, & crebrò inter grammaticos versatus, eorum prælectiones contentionesque audiuit: viditque librum secundum Aeneados miræ vetustatis, emptum in Sigillarijs aureis viginti, qui ipsius Virgilij fuisse credebatur. Valerius Probus priuatim Grammaticam docuisse videtur, nec enim plures quàm quatuor aut quinque discipulos admisit, quibus pomeridianis horis prælegeret; reliquum tempus studio & meditationi, vt apparet, tribuens: nam & magnam syluam obseruationum antiquarum reliquit. Salustianum illud, satis eloquentiæ, Li.19.c.8. Li.14.c.4. Li.6.c.6. & l.2.c.3. Vol. terra. lib.18. Gell. lib.X. cap.15.

sapientiæ parum, antequàm vita decederet, sic legit. Satis loquentiæ, sapientiæ parum, quòd loquentia nouatori verborum Salustio egregiè congrueret, eloquentia cum sapientia minimè conueniret. Video etiam eius Grammaticam, & de occulta literarum significatione librum citari, quæ mihi tamen adhuc videre non contigit. Philoxenus Alexandrinus scripsit Romæ de monosyllabis, de Græcismo, & generibus linguarum. Verùm his de rebus qui plura scire desiderat, eum ad Suetonij librũ de claris grammaticis, Fabiũ Quintilianum, cæterosque authores, qui ex professo hũc locum perpurgârunt, remitto. Doctißimus tamẽ ille Chrysoloras, cuius grammatica circumfertur, quique literas Græcas in Italiam reduxit, minimè grato lectori prætereundus est.

Volaterra. lib. 18.

De Gymnasiis Romanis, & priuilegijs.

POstquam igitur Romani & imperio, & sapientia, & opibus, earumque rerum, quæ vulgò putantur amplißimæ, gloria abundabant, varia celerrima gymnasia erexerunt, vbi bonæ literæ atque liberales artes, quæ ad Rempub. rectè gubernandam in primis necessariæ sunt, traderentur. Celebris enim ea Academia fuisse reperitur, 700. annos ante Christi natiuitatem. Et diuus Hieronymus ante sua tempora Romæ insignia gymnasia extitisse indicat. In Musæo siue Atheneo omnia doctrinarũ studia florebant. Quò Alexander

Regulæ monachorũ cap. 11.

Digitized by Google

Quo Alexander Seuerus Imperator audiendorum Græcorum & Latinorum Rhetorum & poetarum causa sæpè processit, authore Lampridio. Gordianus Cæsar in Atheneo Romæ magna cum laude controuersias declamauit, teste Volaterrano. Claudius Imperator Græcas scripsit historias, inquit Suetonius, θυρρενικων XX. χαρχηδονικῶν VIII. quarum causa veteri Alexandriæ Musæo additum ex ipsius nomine, institutumque, vt quotannis in altero θυρρενικῶν libri, in altero, χαρχηδονικῶν diebus statutis velut in auditorio recitarētur toti à singulis per vicis. Et Volaterranus: Erat item Romæ Atheneum, ad Alexandrini musæi æmulationem à Claudio principe institutū, vbi historiæ ab eo editæ, quotannis recitarētur: quo & Adrianus ipse quandoq; conuenit, audiendorū poetarū & oratorum gratia. De eodem intelligitur hoc B. Hironymi verbum ab Paulam & Eustochium: Omissa Apostolicorum simplicitate, & puritate verborum quasi ad Atheneum, & ad auditoria conuenitur, vt plausus circumstantium suscitentur. Hoc pòst collegium sapientiæ fuit appellatum. Aliaque multa ab Imperatoribus, & à S. P. Q. Romano, quæ ad retinenda & promouenda literarum studia pertinebant, instituta fuerunt. Et quanquam aliquando Musæ perturbabantur, haud diu tamen pòst, adiutore Deo, & meliorum Principum fauore ac studio, reflorescebant.

Li. 23. anthrop.

Sueton. in Claudio.

Li. 12. geographia.

Proem. li. 3. in epistol. ad Galat.

Sicut Romanam Academiam ex Athenarum reliquijs olim traductam, Eugobinum Pontificem IIII. ab interitu vindicasse, & instaurasse ait Mart. Eisengr. Procancellarius Ingolstadiensis Academię in oratione ibi anno 1571. habita.

De instituta Anglorum schola Romæ, quando tempore Gregorij Magni vera religio per Augustinum, & Mellitum, Iustum Paulinum, Ruffianum in Anglia restituebatur, ex Beda, & Polidoro Virgilio libro 4. historiæ Anglicanæ, refert Bosius lib. 3. de statu cap. 3. Multique non modo priuati viri ex Anglis, sed & ipsi reges, religionis causa ad vrbem ventitabant.

Priuilegia.

Suetonius in vita.

I. Cæsar, liberaliũ artiũ professores vt maiori cũ voluptate, diligentia & fructu docerent, cęteriq; studiosi adolescẽtes vt libenter vrbem appeterent, incolerentq;, ciuitate donabat. August. verò Cęs. imperio quiescentibus armis, & acquisita tandem pace, ingenia hominum atq; liberales artes floruerũt. Qui etsi propter maximã annonæ caritatem omnes peregrinos atq; exteros vrbe eijciebat: tamen bonarum artiũ professores & studiosos permanere voluit. Si quis filiusfamiliâs viaticum suũ, aut studiorum neruũ, incõsideratè alicui, quãdo Romæ studiorũ causa degebat, mutuo dedisset, ei ex sentẽtię Scæuolę extraordinario iudicio subueniebatur. Ipsi quoq; agere licebat absente patre. Præterea Rom. Acad.

Iulius Solinus poly. hist. ca. 2.

Vrspergẽs. in caronicis.

L. Cum filius familias. ff. de rebus credit.

Acad. professores, iure, à muneribus ciuilibus & tutela excusantur, ac si in patria sua docerent. Quo pertinet hoc Vlpiani: Romæ philosophãte eum salario vel sine salario, remissionem habere promulgatũ est à DD. Vero & Antonino, ita ac si in propria patria doceret. Quibus promulgationibus potest quis illam rationẽ adducere, quoniã in regia vrbe, quæ & habetur, & est cõmunis patria decẽter vtilem seipsum præbens, non minùs quàm in propria patria immunitate fruetur. Quo allusit Quint. Mandos. ad Reg. Cancel. Apost. 20. quæst. 10. Qui Romæ philosophantur, habent remissionem, ac si in patria sua docerẽt. Roma enim est cõmunis patria, Legum verò Doctores in aliquo prẹsidatu docẽtes, remissionem non habebunt: Romæ autẽ & à tutela & à cura remittuntur. Quod his verbis in Institut. repetit Iustinianus: Romæ Grammatici, Rhetores, Medici, & qui in patria has artes exercẽt, & intra numerum sunt, à tutela & cura habent vacationem. Porrò saluberrima Theodosij cõstitutio, de alendis profess. rhetoricæ tribus, grãmaticis decẽ, quinq; dialecticis, duobus iuriscõsultis, & vno profundo philosopho, & de promouẽdis studijs leterarum, deq; officio tam professorũ quã auditorum, ac de Gymnasijs ipsis: in codice Iust. reperitur, & alibi à me est producta, omniúq; in manibus versatur. Extat quoque præclara Valentiniani, Valentis & Gratiani sanctio, ad Olybrium P. V. in codice Theodosiano:

L. Sed & reprobari, §. finali. ff. de excus. tut.

§. Ite ma-ior 70. an-nis, Instit. tut. eodē

C. de stud. ijs vrbis Romæ. & Cōstantinop.

L. 1. C. Theodos de studijs.

Quicunque ad vrbem discendi cupiditate veniunt, primitùs ad magistrum census prouincialium iudicum, à quibus copia est danda veniundi, eiusmodi literas proferant, vt oppida hominum, & natales, & merita expressa teneantur. Deindè vt in primo statim profiteantur introitu, quibus potissimum studijs operam nauare proponant. Tertiò, vt hospitia eorum solicitè Censualium nôrit officium, quo ei rei impartiant curam, quam se asseruerint expetisse. Idem immineant Censuales, vt singuli eorum tales se in conuentibus præbeant, quales esse debent, qui turpem inhonestamque famam, & consociationes (quas proximas esse putamus criminibus) æstiment fugiendas: neue spectacula frequentiùs adeant, aut appetant vulgò intempestiua conuiuia. Quinetiam tribuimus potestatem, vt si quis de his non ita in vrbe se gesserit, quemadmodum liberalium rerum dignitas poscit, publicè verberibus adfectus, statimque nauigio superpositus, abijciatur vrbe, domumque redeat. Ad hæc, ex omnium gentium, quas bello superarant, florentissimis academijs, artes, viros, libros, Romam transferebant, vt ea omnibus præclaris & liberalibus studijs ornatissima haberetur, atque adeò sola in vrbe floreret. Iccirco vniuerso ferè orbi suam religionem, & leges, atque linguam obtrudebant, nec cuiquam aliter quàm latinè, & more patrio respondebant, nec aliter dicentes audiębant, primusque Molo, Ciceronis pręceptor, in

Valer. l. 2. cap. 1.

Adrianus studia sapientiæ Athenis Romam transtulit, taustore Erphordio.

Suetonius, & Blond. lib. 4. Rō. triumph.

Digitized by Google

in Senatu Grȩcè auditus fuit. Et Claudius Imperator egregium quendam Græcæ Prouinciæ principem Latini ſermonis ignarum, albo iudicum eraſiſſe, atque in peregrinatum redegiſſe legitur. Latini verò & Romani ſermonis periti, atque Romanis moribus prȩditi, incredibiliter honorabantur. Vt ipſi quoq; Athenien. Romam aliquod pueros dociles mitterent, qui eorum linguam & diſciplinas perciperent, reliquiſque in patria ſua traderent. Quapropter lingua Latina, & Romanorum religio, artes, & doctrina, per vniuerſum terrarum orbem diſpertita eſt. Peculiares etiam pro puellis ſcholæ habebantur. Nihilque in ea vrbe literis & eruditione præſtantius erat. Etſi paulatim neglectȩ fuerunt: donec eorum Pontifices, eas ſummo ſtudio, & indefeſſo labore reſuſcitarēt. Nam Vrbanus PP. IIII. doctiſsimum illum & ornatiſsimum virum Thomam Aquinatem euocauit, qui omnibus dignitatibus honoribuſque contemptis, ad inſtaurandam ornandamque iſtam academiam, ſe totum conuertit: & multa præclara in diuinam & humanam philoſophiam commentaria hortatu Pōtificis Maximi, reliquit. Innocētius 4. reſcripſit: Cùm de diuerſis mūdi partibus multi confluant ad ſedem Apoſtolicam quaſi matrem, nos ad communem tam ipſorum quàm aliorum omnium commodum & profectum, paterna ſolicitudine intendentes, vt ſit ijs mora huiuſmodi fructuoſa, prouidimus, quòd ibidem de cætero re-

Nauclerus.
Platina.

Ca. 1. de priuilegijs in 6.

Quicunque ad vrbem discendi cupiditate veniunt, primitùs ad magistrum census prouincialium iudicum, à quibus copia est danda veniundi, eiusmodi literas proferant, vt oppida hominum, & natales, & merita expressa teneantur. Deindè vt in primo statim profiteantur introitu, quibus potissimum studijs operam nauare proponant. Tertiò, vt hospitia eorum solicitè Censualium nôrit officium, quo ei rei impartiant curam, quam se asseruerint expetisse. Idem immineant Censuales, vt singuli eorum tales se in conuentibus praebeant, quales esse debent, qui turpem inhonestamque famam, & consociationes (quas proximas esse putamus criminibus) aestiment fugiendas: neue spectacula frequentiùs adeant, aut appetant vulgò intempestiua conuiuia. Quinetiam tribuimus potestatem, vt si quis de his non ita in vrbe se gesserit, quemadmodum liberalium rerum dignitas poscit, publicè verberibus adfectus, statimque nauigio superpositus, abijciatur vrbe, domumque redeat. Ad haec, ex omnium gentium, quas bello superarant, florentissimis academijs, artes, viros, libros, Romam transferebant, vt ea omnibus praeclaris & liberalibus studijs ornatissima haberetur, atque adeò sola in vrbe floreret. Iccirco vniuerso ferè orbi suam religionem, & leges, atque linguam obtrudebant, nec cuiquam aliter quàm latinè, & more patrio respondebant, nec aliter dicentes audiebant, primusque Molo, Ciceronis preceptor, in

Valer. l.2. cap.1.

Adrianus studia sapientiae Athenis Romam transtuli, tauctore Erphordio.

Suetonius. & Blond. lib.4. Rō. triumph.

in Senatu Grecè auditus fuit. Et Claudius Imperator egregium quendam Græcæ Prouinciæ principem Latini sermonis ignarum, albo iudicum erasisse, atque in peregrinatum redegisse legitur. Latini verò & Romani sermonis periti, atque Romanis moribus prediti, incredibiliter honorabantur. Vt ipsi quoq; Athenien. Romam aliquod pueros dociles mitterent, qui eorum linguam & disciplinas perciperent, reliquisque in patria sua traderent. Quapropter lingua Latina, & Romanorum religio, artes, & doctrina, per vniuersum terrarum orbem dispertita est. Peculiares etiam pro puellis scholæ habebantur. Nihilque in ea vrbe literis & eruditione præstantius erat. Etsi paulatim neglectę fuerunt: donec eorum Pontifices, eas summo studio, & indefesso labore resuscitarét. Nam Vrbanus PP. IIII. doctissimum illum & ornatissimum virum Thomam Aquinatem euocauit, qui omnibus dignitatibus honoribusque contemptis, ad instaurandam ornandamque istam academiam, se totum conuertit: & multa præclara in diuinam & humanam philosophiam commentaria hortatu Pótificis Maximi, reliquit. Innocétius 4. rescripsit: Cùm de diuersis múdi partibus multi confluant ad sedem Apostolicam quasi matrem, nos ad communem tam ipsorum quàm aliorum omnium commodum & profectum, paterna solicitudine intendentes, vt sit ijs mora huiusmodi fructuosa, prouidimus, quòd ibidem de cætero re-

Nauclerus. *Platina.* *Ca. 1. de priuilegijs in 6.*

gatur, & vigeat studium iuris diuini & humani, canonici videlicet & ciuilis. Vnde volumus & statuimus, vt studentes in scholis ipsis, penes sedem eandem talibus omninò priuilegijs, libertatibus, & immuninitatib⁹ gaudeát, quibus gaudẽt studẽtes in scholis, vbi generale regitur studium, ac recipiant integrè prouentus suos ecclesiasticos sicut illi. Clemens V. in concilio Viennensi decreuit, vt Romæ, & vbicunque Romanam curiam residere contingeret, Hebraicæ, Arabicæ, Chaldaicæ linguæ professores haberentur. Eugenius 4. doctorũ hominum mirificus cultor, multas in Europa Academias instaurauit, omniaq; gymnasia literarum quàm diligentissimè fouit, maximè Romanum, ad quod omne genus literaturæ adhibuit. Præclarum illud, & verò Christi vicario dignum opus, Nicolaus V. diligenter promouit, & per eius industriá Romanæ puritas, & bonæ literæ in lucẽ reductæ sunt. Vnde Perottus: Quę causa est, quòd in pręsens ita vigeát literarum studia, & tot se ingenia proferant, atque ostentent? profectò quia te principem habent Nicolae V. Pontifex Maxime, qui vt es in omni doctrinarum genere excellens, ita doctos & studiosos omnes sustentas, suscipis, foues, amplecteris. Quãdo enim memorię proditum est, in tanta veneratione literas, & literatos viros habitos fuisse, quãto hoc tẽpore habentur? quo vel primi abs te, vel soli honorãtur. Quamobrem omnes iam spe præmij gloriæque erecti, ad studia literarum incum-

Clemẽtina l. d. magistris.

Platina, in vita Eugenij

cumbunt, & pro sua quisque facultate aut cóponunt aliquid nouum, aut Græcum transferunt, multi etiam vetera, & iam absoleta, & ferè deperdita conquirunt. Quæ fusius à Sabellico, in libro, qui Latinæ linguæ reparatio inscribitur, à Volaterrano libro 21. Anthrop. & à Syluio in Europa sua edifferuntur. Vbi & Syluius miratur, cur solum Blondum virum doctissimum neglexerit: putatque factum ppterea quòd rarò extollant Pontifices, qui decessoribus suis chari fuerint amarat enim illum Eugenius IIII. Quocirca tali Epitaphio illum pontificem, honorârunt.

Hîc sita sunt Quinti Nicolai Pontificis ossa,
Aurea qui dederat secula Roma tibi.
Consilio illustris, virtute illustrior omni,
Excoluit doctos, doctior ipse, viros,
Attica Romana complura volumina lingua
Prodidit, en tumulo fundite thura sacro.

Nam breui tempore per illum bonæ literæ suo nitori sic restitutę fuerunt, vt Angelus Politianus, vir apprimè eruditus, meritò affirmaret: Quid mirum, si nos Latini olim Græcorum literis eruditi, nunc Græciam velut anum atque effœtam vicissim suas doceamus literas? LeoX. bonarum literarum patronus & fautor maximus, egregrijs impendijs in vrbem accersiuit, qui linguas & politiorem literaturam, sacramque Theologiam interpretarentur, quarum patrocinio orthodoxa religio, & vera sapientia contra hæreses, quæ tunc exoriebantur, à vi- *Platina in vita.*

à viris doctissimis defenderetur. Vnam eius epistolã, vnde hoc apertè cognoscatur, asscribam.

Leo PP. X. Marco Masuro Cretensi.

CVm magnoperè cupiam Græcorum sermonem, & Græcas disciplinas, iam propè abolitas, atque diperditas restituere, &, quantum in me positum est, consulere bonis artibus, exploratumque habeam & præstanti te doctrina, & iudicio esse præditum singulari: mando tibi, vt suscipias curam diligentem adducendi ad nos è Græcia decem, vel duodecim, aut sanè quot voles ipse, liberalis ingenij indolisque pueros, vnde Latinis hominibus linguæ eius verus germanusque vsus, recta cognitio, & tanquam seminarium quoddam bonorum studiorum commodè confici & comparari posſit. Qua de re Ioannes Lascarus, vir propter suas virtutes, & multam in ijs literis doctrinam mihi valdè charus, scribet ad te pluribus verbis. Te verò, pro tua veteri in me obseruantia, quæ opus esse ad eorum studiorum rationem, & hanc rem, quam paro, cognoueris: sanè confido summa diligentia curaturum. Datum oct. Idus Aug. M.D.XIII. anno primo Roma. Prçclarè dé Leone X. attestatur Onuphrius in vita: Fuit omnium, qui ad eam diem fuerant, Romanorum Pontificum liberalissimus. Musicos magnopere amauit, quum esset eius artis peritissimus. Doctos, & eruditos viros coluit, & magnis muneribus persequutus est. Nihil enim antiquius duxit,

quàm

quàm bonarum artium studia maiorum suorum, maximeque Laurentij patris, exemplo, prouehere, & liberalissimè exornare. Ante omnia ab Epistolis Petrum Bembum, & Iacobum Sadoletum, omnium literatorum eloquentissimos habere voluit. Vaticanæ bibliothecæ Beroaldum Iuniorem præfecit. Gymnasium Romanum, accitis vndequaque grauissimarum artium præstantissimis Professoribus, instaurauit. Augustinus Niphus Suessanus Philosophiam, Christophorus Arretinus medicinam, Hieronymus Butigella iuris sciẽtiam profitebantur: humaniora verò studia Ianus Parrhasius Consentinus: græcas literas Basilius Calchondiles Demetrij filius docebat. Singulos verò, vel mediocris nominis literatos magna liberalitate subleuabat. Romanis porrò vectigal salis imminuit, conseruatorum potestate amplificata, eosque præmijs, ac immunitatibus multis, publicè priuatimq; est prosecutus. Quamobrem solenni decreto fratrem eius Iulianum, Ciuitate donatum, insigni maximoque apparatu, conuiuioque in Capitolio, & varijs ludicris scænicisque artificijs susceperunt, & ei ad testificandũ gratissimi animi studium marmoream statuam in Palatio Capitolino dedicarunt, cũ hac inscriptione.

OPTI.

OPTIMO PRINCIPI LEONI X. MED. IOAN. PONT. MAX. OB RESTITVTAM INSTAVRATAM, QVE VRBEM, AVCTA SACRA, SACRA; BONASQ. ARTES, ADSCITOS PATRES, SVBLATVM VECTIGAL, DATVM CONGIARIVM, S. P. Q. R.

Eius Pontificatu, quem omnium lætissimum, ac Beatissimum Roma vidit; Emanuel Lusitaniæ rex elephantem ad vrbem misit, ante mille annos Romæ non visum, Pontificiq; nobilissimas sacratas vestes margaritis refertissimas dono dedit. Aedificãdi studio intensus Basilicam vaticanam miro artificio à Iulio II. inchoatam, perficiendam, quantum in eo fuit; magno animo suscepit, palatium Vaticanum triplicibus longis & præamplis eximia structura auratis laquearibus, egregijs, nobilissimiq; operis picturis splendidissimũ fecit: Deiparæ virginis ædem, cui præfuerat Cardinalis, in monte Cælio, à fundamentis pæne refecit, & laqueari aureo exornauit. Lauacrum Constantini Lateranense ruinam minitans restituit. Hoc modo vrbem Ro. moderantem, cunctis læta pace fruentibus, mors præpora adhuc ætate florentem eripuit.

Iulius III. collegium Germanium instituisse prędicatur, vbi Pontificis & Cardinalium liberalitate & munificentia, aliquot Germani Adolescentes gratis alerentur, qui pietate & bonis literis instructi, patriam & ciues suos ad ec-

ad ecclesiam Catholicam reducerent. Quod collegium hodie floret, eiusq; cura & gubernatio patribus de societate Iesu est demandata. Sunt prætereà duo præcipua Romæ gymnasia, quorum hoc Sapiétiæ vocatur: ab Alexandro VI. sic instauratum & dotatum, vt honestè omnium artium professores alere posset, In quo omne disciplinarum genus, variæque linguæ à viris sapientissimis publicè tradūtur: ac tam in sacra Theologia, quam vtroque iure, & medicina, atque humanioribus literis honores scholastici conferūtur. Antè & pôst prælectiones studiosi in porticu inuicem acutè disputant, sæpè etiam in ipsos professores, vt & in reliquis ferè Italiæ academijs obseruatur. Alterum Gymnasium est Societatis Iesu, quod velut in duas scholas diuisum est, quarum altera est illorum qui 18. annum excesserunt, altera verò eius seminarium: altera Theologiæ & philosophiæ: rhetoricæ & humanitatis altera. Prior Parthenia dicitur: habetque pro insigni Theologiam in templo sedentem, cui genibus innixæ astant, Physica cum globo terræ, & Mathematica cum orbe cælesti, hac interiecta sententia: Leges impone subactis. Eius Rector antequàm magistratum illum deponat (est autem is trimestris) propositas theses publicè defendere cogitur. In Ecloge motu propriorum, S. Pontificum, extat bulla Gregorij 13. anno 1573. octauo Id. August. Pontificatus sui anno 2. edita. Quà fatetur, à Iulio III. inchoatum Romæ collegiū

Germa-

Germanicum, se perfecisse, in quo ad minus centum Germani adolescentes, gratis, in philosophicis, & theologia, latinis, græcis, hebraicisque literis educarentur, sub cura & disciplina patrum de societate Iesu. Vt in Patriam reuersi, concionibus, disputationibus, hæresibusque refutandis, fideique orthodoxæ veritati dilucidandæ, & exercendæ animarum curæ, alijsque pijs operibus apti, quàm maximũ in ecclesia Dei fructum proferrent. Ad quorum sustentationem reditus annuos decem millium aureorum contulerit. Cum priuilegijs amplissimis.

In collegio Gregoriano sub insigni Pont. legitur.

GRegorio XIII. Pontif. Max. religioni ac bonis artibus M.D. LXXIII. Ad depictã tabulam in Collegio, vbi Gregorius. PP. præsidet, Card. assident, fratres societatis Iesu supplicant.

Gregorio XIII. Pont. Max. huius Collegij fundatori, societas Iesu ampliss. ab eo priuilegijs munita, & ingentibus aucta beneficijs, vniuersa in hoc totius ordinis Seminario parentis optimi memoriam, tanquam grati animi monumentum pos.

Desertis semina terris.

COLLEGII ROMANI ALVMNI AD Gregorium XIII. Pont. Max.

Bella mouere iubes, tribuisq́, ad prælia vires,
Et fortes, qui nos diligis, ipse facis.
Qui dubitas stygium pedibus calcare Tyrannum,

Si

Digitized by Google

Si dux est belli, si mouet arma Deus?
Nos licet imbelles, tanto duce & auspice pugnam
Optamus, vita nulla pericla mouent.
Te monstrante viam curremus ad ardua, nullum
Si iubeas ceruix nostra recuset onus.
Viue diu, felix duce te victoria certa est,
Atque æterna tuum fama sequetur opus.

GREGOR. XIII. AD COLLEGII ROM. ALVMNOS:

Præbet non prohibet:

Fortia tartareis indicite prælia monstris,
Nam vos tanta iubet bella mouere Deus.
Ingemit oppressus varijs erroribus orbis:
Arctoaq; carent religione plagæ.
Innumeræ sitiunt fidei sacra flumina gentes,
Et tendit duplices Indus vterq; manus.
Ardua res: faueat cœlestis dextera Regis,
Et cœptum læto fine secundet opus.
Ite alacres, dat signa Deus, præcedit Iesus,
Vosque operis socios aduocat, ite alacres.

DE COLLEGIO GERMANICO ANNO PONTIFICAT. II.

Gregorius Romæ florentia germina nutrit,
Doctrinisq; rigat, quæ pietate fouet.
Auctori culta generant poma aurea plantæ,
Et Germaniæ sacer pectora fructus alit,
Quid facies versute tuis Caluine labruscis:
Quis comedet glandes praue Luthere tuas:
Vescitur en miti felix germania fructu,

Digitized by Google

Quem bene culta ferunt germina Gregorij.
Inclyta Gregorio nimium Germania debes,
Syncera fidei qui tibi germen alit.

Diuersa quoque aliarum Nationum, partim Romę, partim alibi instituta Collegia per Gregorium XIII. illic enumerantur, Neophytorum, Anglicanum, Gręcorum, &c.

Seminarium quoque Gręcorum, Iccaronitarum, Illyricum, Viēnense, Pragense, Gracense Styriæ, Olmucense Morauię, Braũspergense Prusiæ, Mussipontanum Lotharingię, Vilnense Lituanię, Claudiopolitanũ, Funœnse in Iapone, Vsuquiense in Iapone, Arimaen in Iapone, Anzuchixamene in Iapone, Fuldēse in Hassia, cum pulchris inscriptionibus, quas híc lõgum esset repetere. Refert autem Scrad. lib. 2. Monumentorum Italiæ, & Cythri. in itinerario, & Papirius Masſonus lib. 6. de gestis Ro. Pontificum in Gregorio XIII. Habet igitur curia Romana priuilegia studij Generalis Gloss. cap. vlt. de priuileg. 6. Et Ro. studentes gaudent priuilegijs studij generalis, & in absentia percipiunt fructus beneficiorum suorũ. Q. Mandos ad reg. Cancell. 16. quęst. 30. Theologiæ Doctores promoueri à Magistro sacri palatij, refert super signatura gratiæ, de licentia Doctorandi.

Perquàm honestum semper fuit, Romæ docuisse, vel studuisse.

SIcut olim honestissimũ erat, Athenis operam literis dedisse, ita postquã ex Ægypto & Gręcia musæ Romam immigrarant, honoratis-

Digitized by Google

noratissimum fuit, Romæ docuisse vel studuisse. Quare clarissimis tunc Philosophis ex Aegypto, Græcia, Tharso abundabat Roma. Et Porphyrius Apostata è Tyro Romam venit ad Plotinum insignem professorem. Seuerus etiam Imperator bonorum studiorum gratia, ex Aphrica Romam venit. *Strabo l. 14* *Voluter. li. 18.*

Titus Liuius quàm multos ex remotissimis prouincijs attraxerit: & quam celebres in omni artium genere Roma Doctores habuerit, supra de singulis est declaratum. Nec frustra est, quod vterque Herodis filius Romæ Græcis Latinisque literis fuit eruditus. *Spartianus.*

Aurelius Augustinus ex Carthagine professionis causa Romam venit. Et Alipius vt Ius ciuile ibi addisceret. *Hegesip. l. 1. cap. 38.*

D. quoq; Hieronym⁹ Romę docuit, & iussu Damasi Papæ psalteriũ correxit, Rusticiq; matrem laudat, quòd filium literas, & grauitatem Romanam discere coegisset. S. Germanus Antisiodorensis Episcopus, qui asinum & vitulum resuscitasse legitur, Romæ iurisprudentiæ operam dedit. Ac vt paucis dicam, nobilissimi quinque ex omnibus prouincijs Romam pietatis & sapientiæ studio, proficiscebantur. Quippè vbi Petri Apostolorum principis cathedra, religionis catholicæ arx & domicilium, Christi vicarius, & totius Ecclesiæ Pontifex Maximus, pretiosissimæ SS. Reliquiæ, summum totius tribunal, admiranda veterum Imperatorum monumenta, pijssimi & sapientissimi viri, & denique, quid non? *Augusti. l. 5 Conf. ca. 8. & l. 6. c. 8.*

habebatur. Vt non immeritò Cælius Rhodoginus Zachariam Rhodoginum felicem esse dicat, quòd ipsi in suprema & omnium celeberrima Academia Romana profiteri contigisset: atque ex loco celeberrimo authoritatem caperet. Ideoque rex Catholicus Philippus II. cùm anno superiori seuerissimo edicto prohiberet, ne quis ex prouincijs suis Belgicis ad alias Academias atque scholas studiorum gratia, quàm imperio suo subiectas, proficisceretur, Romanam, communẽ omnium patriam bonorumque studiorum matrem solummodò excepit.

De Bibliothecis Romanis.

QVia prespiciebant Romani, quòd absque libris bonæ literæ conseruari, & ad posteros rectè transmitti non poterant: eorum quoque curam susceperunt. Id quod vel ex Sibyllinis antiquissimis libris apparet, de quorum aduentu atque præstantia, custodiaque diligenti, Aulus Gellius scribit: In antiquis annalibus memoria super Sibyllinis libris hæc prodita est: Anus hospita atque incognita ad Tarquinium Superbum Regem adijt, nouem libros ferens, quos esse dicebat diuina oracula, eos velle dixit venundare. Tarquinius pretium percunctatus est. mulier nimium atq; immensum poposcit. Rex, quasi anus ætate desiperet, risit. Tum illa foculum coram eo cum igni apposuit, & tres libros ex nouem deurit: & ecquid reliquos sex eodem pretio emere vellet, regem interrogauit.

Digitized by Google

gauit. Sed enim Tarquinius multò id risit magis, dixitque anum iam proculdubio delirare. Mulier ibidem ſtatim tres libros alios exuſsit, & id ipſum placidè denuò rogauit, tres reliquos eodem illo pretio emat. Tarquinius ore iam ſerio, atque attentiore animo fit, eam conſtantiam, confidentiamque non inſuper habendam intelligit, & tres reliquos libros mercatur nihilo minore pretio, quàm quòd erat petitum pro omnibus. Sed eam mulierem tunc à Tarquinio digreſſam, poſteà nuſquam loci viſem conſtitit. Libri tres in ſacrarium conditi, Sibyllini appellati. Ad eos quaſi ad oraculum quindecim viri adeunt, cùm Dij immortales publicè conſulendi ſunt.

Lactantius Firmianus decem Sibyllas, egregias vates, fuiſſe probat, earumque ſeptimam Cumæam nouem iſtos libros Romam ad Tarquinium priſcum, & non Superbum attuliſſe ait, & pro ijs trecentos Philippeos poſtulaſſe: eoſdemque libros ſacros occultari ſolitos, nec ab vllo præter 15. viros inſpectos, cùm reliquarū Sibyllarum carmina & haberentur vulgò, & ferrétur. Pulchra extat apud Vopiſcum Fuluij Sabini oratio. Referimus ad vos P. C. Pontificum ſuggeſtionem, & Aureliani principis literas, quibus iubetur, vt inſpiciantur fatales libri, quibus ſpes belli terminandi, ſacrato deorum imperio continetur. Scitis enim ipſi, quotieſcunque grauior aliquis extitit motus, eos ſemper inſpectos,

L. 1. instit. c 6 & de ira dei.

Vopiſ. in vita Adriani imperatoris.

neque priùs mala publica esse finita, quàm ex ijs sacrificiorum processit auctoritas. Literę verò Aureliani tales erant: Miror vos P. C. tam diu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris, proinde quasi in Christianorum ecclesia, non in templo Deorum omnium tractaretis. Agite igitur & castimonia Pôtificum, & cæremonijs solennibus iuuate Principem, publica necessitate laborantem, inspiciantur libri, quæ facienda fuerint, celebrentur. Eodem pertinet hoc Iulij Capitolini in Gallieno: Pax Deûm quęsita inspectis libris Sibyllinis: factumq; Ioui salutari, vt præceptum fuerat, sacrificium: nam pestilentia tanta extiterat Romæ, & in Achaicis vrbibus, vt vno die quinque millia hominum pari morbo interirent. Illos igitur libros, quando periculosa erant tempora, Romani Pontifices ad Cornelium vsque Syllam consuluerunt: tunc autem cum Capitolio igne perierunt, teste Iulio Solino. Nam in templo Iouis Capitolini sub terra, in arca lapidea à custodibus decem conseruabantur, vt refert Marlianus, tandem restituto Capitolio, missi sunt legati Erythras, qui conquisita Sibyllæ carmina, circa mille Romam reportarunt: quæ crebrò citat Lactantius. Sibyllæ vaticinia de Christo tam aperta fuerunt, vt inter scriptores & vates ciuitatis Dei numerari dignæ sint, ait Augustinus lib. 18. cap. 23 de ciuitate Dei.

Solinus po lyhist. c. 8.

L. 2. Ro. antiquitatum ca. 10.

Quot autem, & quales Sibyllæ fuerunt, & quibus temporibus floruerint, eodem loco

Io.

Io.Ludo. Viues annotauit. Quòd afflatu Dei vaticinatæ fuerint, ex Lactantio, Augustino, Iustini cap. 27. contra gentiles, Clementis Alexandrini lib. 6. Stromat. Hieronymi lib. 5. contra Iouinianum, Eusebij lib. 5. histor. Plura referunt Sixtus Senen. lib. 6 Bibliotheçę sanctæ, & pater Antonius Posseuinus lib. 2. bibliothecæ selectæ.

Tandem Augustus cùm Pontificatum maximum susceperat, quicquid fatidicorum librorũ Græci Latinique generis, nullis vel parùm idoneis auctoribus ferebatur, supra duo millia contractos vndique cremauit: ac solos retinuit Sibyllinos, hos quoque delectu habito, condiditque duobus forulis aureatis sub Palatini Apollinis basi. Iulius Cæsar Græcas & Latinas bibliothecas extruendi curam M. Varroni dedit: Augustus autẽ Pompeio Marco. Adhęc, Augustus in Palatio Latinam, Gręcamque Bibliothecam ex Apollinis Thusca nici colossi ære nobilissimo instituit atque exornauit. De Pauli Æmilij, & Octauiæ Augusti sororis bibliothecis, Marlianus & Volaterranus scripserunt. Primus autem Pysistratus tyrannus Athenis omnium disciplinarum libros publicè legendos posuit: Romæ verò Asinius Pollio. Lucius Sylla egregiam illam Apeliconis bibliothecam, quæ Aristotelis & Theoprasti libros continebat, Romam transtulisse fertur, cùm Athenarum vrbe potitus esset. Verùm Neronis imperio tot victorijs quæsitæ opes, tot præstantissimi libri, & celebri-

Vtrũq; scribit. Sueto. in Iulio.

Marlia li. 3. cap. 6.

Plin. li. 7. cap. 30.

Marlia li. 6. cap. 2.

Blond l. 4.

celebrium ingeniorum monimenta, grauissimo & perniciosissimo incendio perierunt, vt nulla ratione sit admirandum, quod veteri historia careamus. Nec enim vlla ferè optimarum rerũ memoria superesset, nisi posteriores imperatotes & magistratus tãtis curis, sumptibusque tantis, per viros doctos maximo studio & labore restituissent. Vespasianus enim Capitolij restitutionem aggressus, ruderibus purgandis primus manus admouit, & suo collo quędam extulit, ærearumque tabularum tria millia, quæ simul conflagrauerãt, restituenda suscepit, vndique inuestigatis exemplaribus. Instrumentum imperij pulcherrimum ac vetustissimum confecit, quo continebantur penè ab exordio vrbis Senatuscõsulta, plebiscita de societate, & fœdere, ac priuilegio cuicunque concessis. Quod Titus Iosephi libros de Iudeorum & Hierosolymæ euersione, approbarit, & in bibliothecam Romanum reposuerit: & Vespasianus exustum Capitolium restituerit, refert Nicephorus Calixtus.

Sueton. in vita.

Suetonius.

Domitianus quoq; bibliothecas incendio absumptas impensissimè reparauit, exemplaribus vndiq; petitis, missisque Alexandriam qui describerent, emendarentque, Vlpius quoque Traianus nouas bibliothecas extruxit, vt auctor est Dionis. Et Gellius in bibliotheca templi Traiani se literis operam dedisse ait. In Biblioth. *V*lpia à Traiano, siue vt multis vi-

L.11.c.17.

tis vi-

tis videtur, Adriano, instituta, lib. lintei asseruabantur, quod Flauius Vopiscus in Aurel. his verbis declarat: Quæ omnia ex lib. linteis, in quibus ipse quotidiana sua scribi præceperat, pro tua sedulitate condisces. Curabo autem, vt tibi ex Vlpia bibliotheca libri lintei proferantur. Et quibusdam interiectis: Inueni nuper in Vlpia bibliotheca inter linteos libros epistolam diui Valeriani. Qui autem lintei libri fuerint, explicat Blondus: Plinius dicit palmarum folijs primò scriptitatum, inde quarundam arborum libris, postea publica monimenta plumbeis monumentis, mox priuata linteis confici cœpta aut ceris. Chartasque pargamum dedisse, & papyrum à ciuitate eius nominis circa Babylonem habitam. Librorum autem linteorum, in quib. annalia essent notata, Liui⁹ sæpè mētionē habet. Cōtinebantur etiam in hac Vlpia bibliotheca libri Elephantini, de quibus Vopiscus in Tacito. Habet in bibliotheca Vlpia in armario sexto librum Elephantinum, in quo hoc Senatusconsultum perscriptum est, cui Tacitus ipse manu sua subscripsit. Nam diu S. C. quæ ad Principes pertinebant, in libris Elephantinis scribebantur. Etsi Elephantinis libris XXXV. Pop. Romani tribus etiam continebantur, vt Marlianus & Blondus testantur. Vtrunque breuiter expresit Marlianus: In thermis Diocletianis Vlpia bibliotheca ab Adriano, vel vt alij volunt, à Traiano eò translata fuit, in qua libri lintei elephantinique, principum gesta,

Digitized by Google

Senatusconsulta, authore Pollione conscripta erant. Porrò Tiberianæ bibliothecę meminit Gellius, qui ea vsus fuit. Et Vopiscus in Probo: Vsus, inquit, sum præcipuè libris ex bibliotheca Vlpia, ætate mea in thermis Diocletianis, item ex domo Tiberiana. Pacis etiam bibliothecæ mentio fit apud Gellium. Erat quoque Tiburti in templo Herculis bibliotheca, Gellij tempore satis instructa M. enim Fuluius Herculem Musarũ ducem in Græcia celebrari audiens, Herculi Musarum templum posuit: & omnium Camęnarum simulacra Romam transtulit, ac sub fortissimi numinis tutela consecrauit, vt mutuis auxilijs iuuarentur, quies Musarum Herculis defensione, & virtus Herculis voce Musarũ. Quapropter veteres Herculi & Musis simul sacrificabant. Gordiani Imperatoris hæc præcipua laus fuit, quòd ad sexaginta duo millia librorum in bibliotheca habuisse dicitur Præclara est illa Valentiniani, Valentis, & Gratiani constitutio ad Clearchum P. V. Antiquarios ad bibliothecæ codices componẽdos, vel pro vetustate reparandos, quatuor Græcos, & tres Latinos scribendi peritos legi iubemus: quibus de caducis, popularibus, & ipsi enim videntur è populo, competentes impartiantur annonæ, ad eiusdem bibliothecæ custodiam conditionibus, & requirendis, & protinus apponendis.

Gell. lib. 13. cap. 18.

Li. 16. ca. 8.

Li. 19. ca. 5.

Marlia. lib. 6. cap. 4.

Blond. li. 4.

Platina in Fabiano 1.

L. 2. C. Theodosiano de studijs liberalib.

Franciscus Patritius Senensis lib. 8. cap. 15. de institutione reip. Habuerunt, ait, Romani plures

plures bibliothecas: cū publicas, tum priuatas: sed diuturnitate temporis, & bellorum tempestate omnes perierūt. Quarum si qua vestigia extarent, magnis nos laboribus liberarēt, & obscuriores literarū tenebras lumine vetustatis illustrarent. Sed Imperatores plerasque restituere conati sunt.

Et Pontifices Maximi egregiam illam Romanorum Imperatorum erga bonas literas, & lectissimos libros curam, nequaquam neglexerunt: sed partim nouas bibliothecas instituerunt, partim quoque veteres restituere, augere, atque exornare studuerunt. Nam Hilarius primus duas bibliothecas reliquisse legitur. Bibliothecam S. Petri restituit Zacharias I. Nicolaus V. per vniuersam ferè Europam misit viros in omni artium genere præstantissimos, qui veterum scriptorum libros conquirerent, restituerentq́;, & quinq; ducatorū millia promisit, qui D. Matthæi Apostoli Euangeliū Hebraicum adferret. Sicut Leo X. Ioannem Lascarum in Turciam misit, qui excussis omnibus ibi bibliothecis, Romanam repleuit. Pius II. bonas artes, quæ in tantum splendorem ipsum euexerant, & doctissimas bibliothecas, vnde tantam eruditionem hauserat, neglexisse credendus est? minimè hercule: nam libros, teste Platina, plus quàm saphiros & smaragdos curare solebat. Sixtus IIII. bibliothecam Palatinam in Vaticano toto terrarum orbe celebrem, aduectis ex omni Europa libris, construxit, certosque prouentus vnde custodes & librarij Latini, Græci, He-

braici, menstrua salaria quibus alipossent, haberent, librique alij emerentur, assignauit. Quod ipsius epitaphium simulacro eius in Platina bibliotheca ascriptum confirmat:

Templa, domum expositis, vicos, fora mœnia, pontes,
Virgineam Triuij quod repararis aquam,
Prisca licet nautis statuas dare commoda portus,
Et Vaticanum cingere Sixte iugum:
Plus tamen vrbs debet, nam quæ squallore latebat
Cernitur in celebri bibliotheca loco.

Volaterra. l. 2. Antropol.

Etsi Volaterranus Vaticanæ bibliothecæ institutionem Nicolao V. tribuere videtur, qui & præter cætera veterum scriptorum monimenta eam conseruare ait, Iamblici libros de Pythagoreis cum Simplicij commentarijs: Aetij quoque hæritici libros de medicina: Agathiæ veterum Poetarum epigrãmata Græca. Iustiniani principis historiam, & Apollonij librum de comicis figuris. Procopij opus quod ἀνέκδοτα inscripsit quo Iustinianus vnà cum vxore grauiter perstringitur. Nec non Arriani historici, qui minor Xenophon cognominabatur, volumina duo, quorum prius Epicteti philosophi doctrinam, posterius historiam Alexandri Magni complectatur. Postremò Symonis Metaphraste commentarios de vita sanctorum, & opera D. Thomæ Aquinatis, è latino sermone transfusa in græcum per Demetrium Cydonium Thessalonicensem. Quanquàm ergò Vaticana bi-

Digitized by Google

na bibliothca à multis Pontificibus aucta, ornataque, & infinitis lectissimis preciosissimisque libris referta erat: tamen quando Borbonius Caroli V. Romanorum imperatoris tempore vrbem diripiebat, plurimùm & ipsa detrimenti accepit. Sed tanto diligentius à posterioribus Pontificibus, atque Cardinalibus restituta, quantò diligentiorem bonarum literarum in Republica Christiana curam gerere supremum magistratum oportere, propter incredibilem earum vtilitatem, intelligebant. Ac longo tempore in necessarios Reipublicæ vsus clarissimæ veterum scriptorum & doctissimorum hominum lucubrationes conquisitæ, & incorruptè hactenus conseruatæ, superioribus annis ad iuuandum ecclesiam Dei, multorumque studia promouendum in lucem prodierunt. Pius enim PP. IIII. officinam libris sanctorum patrum recte imprimendis instituit, accito Paulo Manutio Aldi filio, viro tum in ea facultate, tùm omnibus ferè bonis artib. claro qui ei muneri typographico præesset. Nam quæ in supremam totius orbis bibliothecam fideliter reposita erant; omnium maximè incorrupta & pura esse semper credita fuerunt, quod vel Athanasij pijssimi & vndequaque doctissimi patris, cæterorumque Episcoporum Ægypti epistola ad Marcum Pontificem declarat, qua canones concilij Niceni corruptos perditosque ex Romana potissimùm bibliotheca repetere voluerunt. Gregorius

Onuphri. ad Platin. in vita Pij.

gorius quoque re & nomine Magnus concilij Ephesini ab hæreticis deprauati, verum sese purumque descriptum, Anastasio Episcopo Antiocheno ex Romana bibliotheca transmittere scribit.

Nicęnæ fidei confessionem Romæ fuisse repositam, refert Basilius Magnus epistola 82. Et Hieronymus ad Ruffinum: Si à me fictam epistolam suspicaris, cur non eam in Romanę ecclesię chartario requiris. Ex quo Hieronymi responso colligit Papirius Massonus li. 2. de gestis Ro. Pontificum in Anastasio II. publicum olim Romæ ecclesiasticum chartarium extitisse. Clemens etiam V. clementina de Iureiurãdo, ea, quę ponderis alicuius erãt, in archiuis Romanæ ecclesiæ reponi, diligẽterq; asseruari solere profitetur.

Ne dicam quòd plurimi recentiores, qui in repurgandis veterum scriptis nuper pulchrè laborauerunt, editionis suæ puram veritatem persuasuri, cum Vaticano vel Romano exemplari sese contulisse affirment. Quòd enim veteres Romani tabulis, quę, leges, historiam, acta publica pfoedera, ritus sacros, & veterum legislatorum decreta, continebant, publicos probatosque custodes ordinârint, ne quid fraudis in re tam ardua fieret, scribit Marlianus. Et quòd ipsi scribæ, custodiæ, & cura tabularum, sub Censorum imperio fuerint, author est Fenestella Marcus etiam Cicero & veteres Romanos diligenter id curasse, & posteriores cùm negligerent, grauissima

Bibliothecarũ publi custodes.

Lib. 2. ca. 6.

De magist. Rom. c. 7.

ma in totam Rempublicam mala importâsse demonstrat, libro de legibus tertio: Legum, inquit, custodiam nullam habemus, itaque hę, leges sunt quas apparitores nostri volunt, à librarijs pêmus, publicis literis consignatā memoriam publicam nullam habemus. Gręci hoc diligentius, apud quos νομοφύλακες creantur. Nec hi solùm literas, nam id quidem etiam apud maiores nostros erat, sed etiam facta hominum obseruabant, ad legesq́ue reuocabant. Gregorius Magnus varias etiam suo tempore bibliothecas Romæ extitisse affirmat, epistola quadam ad Eulogium Alexandrinum: Præter illa, inquit, quæ in Eusebij Cæsariēsis libris de gestis sanctorum Martyrum continentur, nulla in archiuo huius ecclesiæ nostræ, vel in Romanę vrbis bibliothecis, esse cognoui, nisi pauca quædam in vnius codicis volumine collecta. Beatus etiam Hieronymus epistola ad Fabiolam, Tertulliani librum de vestibus Aaron (quem ipsi videre nō cōtigerat) in bibliothecis Romanis, propter celebritatē vrbis, reperiri credit. Raphael Volaterranus lib. 6. geographiæ, vigintiquatuor Romæ bibliothecas extitisse refert, inter quas præcipuæ fuerint Palatina & Vlpia.

Li. 7. epist. 29.

Gregorius XIII. optimos libros variarum linguarum, Arabicæ, Syriacæ, Turcicæ, excudi, & ad remotissimas gentes deportari mandauit, vt homines in disiunctissimis regionibus positi, lectione illorum, ad Christianam pietatem, & religionem allicerentur.

Papi-

Digitized by Google

Papirius Massonus lib 6.de gestis Ro.Pontificum in Gregorio X III.

In bibliotheca vaticana.

Vti vnicum bonum scientia: ita inscitia malum.

Dormiens homo nuullius pretij.

INSCRIPTIONES BIBLIOTHECARVM IN PALATINA D. PETRI IN VATICANO:

De Xisto IIII. supra recitatum est.

In Priuata Iulij III. Ad Aulam Constantiui:

Iulius III. Pontif. Max. ad honestam ab ingentibus curis animi relaxationem, literarij ocij fructum, & iucunditatem, Bibliothecam priuatam fieri, & exornarij iussit, Pontificat. sui anno primo.

IN NOVA XISTI QVINTI:

IN PORTA.

Sixti V. P. M. Bibliotheca vaticana.

INTERIVS.

Sixtus V.P.M. Bibliothecam hanc vaticanam ædificauit, exornauitque Anno M. D. LXXXVIII. Pontif. IIII.

IN PORTICV, IN LAPIDE PORPHYRETICO MVRO INFIXO.

Six-

Digitized by Google

Sixtus V. P P. M. Bibliothecam Apostolicam à Sanctissimis prioribus illis Pontificibus, qui *B.*Petri vocem audierunt, in ipsis adhuc surgentis Ecclesiæ primordijs inchoatam, pace Ecclesiæ reddita, *La*terani institutam, à posterioribus deinde in Vaticanam vt ad vsus Pontificios paratior esset, translatã, ibique à Nicolao V. auctam, à Sixto IIII. insigniter excultam, quo fidei nostræ & veterũ Ecclesiasticæ disciplinæ rituum documenta omnibus linguis expressa, & aliorum multiplex sacrorum copia librorum conseruaretur, ad puram & incorruptam fidei & doctrinæ veritatem, perpetua successione in nos deriuandam toto terrarum orbe celeberrimam, cum loco depresso, obscuro, & insalubri sita esset, aula perampla, vestibulo, cubiculis circum & infra, scalis, porticibus, totoq; ædificio à fundamentis extructo, subsellijs, pluteisque directis, libris dispositis, in hunc editum perlucidum, salubrem, magis oportunum locum extulit, picturis illustribus vndique ornauit, liberalibusque doctrinis, & publicæ studiorum vtilitati dicauit, anno M.D. LXXXVIII. Pontificatus sui *IIII.*

IBIDEM IN ALIO LAPIDE.

Sixti V. P P. M. perpetuo hoc decreto de libris Vaticanæ Bibliothecæ conseruandis, quæ infra sunt scripta, hunc in modum sancita sunto, inuiolateque obseruantor: Nemini

Digitized by Google

libros, codices, volumina, huius Vaticanæ Bibliothecæ ex ea auferendi, extrahendi, aliove asportandi, non Bibliothecario, neque custodibus, scribisque, neque quibusuis aliis cuiusuis ordinis & dignitatis, nisi de licentia summi Rom. Pontificis, scripta manu, facultas esto. Si quis secus fecerit, libros, partemúe aliquam abstulerit, extraxerit, clepserit, rapseritque concesserit, corruperit dolo malo, illicò à fidelium communione eiectus, maledictus, anathematis vinculo colligatus esto, à quoquam præterquam Rom. P P. ne absoluitor.

Franciscus Schottus itinerario suo Italiæ, anno Iubilæo 1600. conscripto, de vrbis Romæ admirandis cap. 10. ait: Bibliotheca Vaticana Pontificis. quotidie à doctis hominibus meritò frequentatur. Abundat enim, refertaque est, si quæ alia in Europa, antiquissimis omnium disciplinarum artiumque libris, cũ Græcis, tum Latinis, ac Hebraicis calamo in membranis olim exaratis, multis ante seculis accumulatis à S. Pontificibus, quibus colligẽdi libros, seruandiq; studium fuit, in tot bellorum ciuilium, exterorumq; calamitatibus, direptionibus, quas ea vrbs à barbaris gentibus accepit, quòd vrbium reginam extinctam cuperent. Xistus V. nuper mirificè eam auxit, ornauit, illustrauit picturis atque ædificio immenso. Illud summis votis optant, & efflagitant viri docti, Pontificis Maximi beneficio

indicem

Indicem librorum Græcorum & Latinorũ, bono publico edi, atque euulgari. Sic enim fieret, vt inflãmati eruditi, qui ad veteres ſcriptores illuſtrandos animũ appellunt, frequẽtes Romam venirent: prodirentque innumerabiles Authores, qui vel latent in tenebris, lucemque nondum aſpexerunt, vel lõgè deprauatiſsimi, mutili, ac manci circunferuntur. Præſtitit hoc Auguſta Vindelicorum, per Indicẽ inuitatis eruditis, qui Græcos Patres, cõparando vulgatas editiones cum manuſcriptis, illuſtrare vellent. Sunt & aliæ Romæ egregiæ bibliothecæ, Vt Collegij Canonicorum S. Petri in Vaticano: Cardinalis quoque Sirleti libris Græcis plena. Quæ nũc XX. millibus æſtimata, Aſcanij Cardinalis Columnæ eſt, patetque doctis hominibus. Scorſtia quoque Auctoribus Græcis manuſcriptis abũdat, & Farneſiana. Taceo innumeras priuatorum bibliothecas, rarorum librorum, rerumque pretioſarum. Vaticana verò omnium, quæ in orbe ſunt, inſtructiſsima eſt, optimiſque & antiquiſsimis ſcriptis in membranis libris refertiſsima, quorum numerus ſex millium excedit.

Loca, vbi libros aſſeruabant, Bibliothecæ ſcrinia, archiuia dicebantur, ſicut ex Bibliothecario in vita Cæleſtini, & Leonis, atque Gelaſij, & Bonifacij colligitur. Præfecti horum locorum publicorum Bibliothecarij vel Cancellarij vocabantur.

Qui libros, mēbranas, chartas, accuratiſsimè cuſtodire tenebantur: Bullas quoque ſiue diplomata decretalesq́; Pontificum ſcribebant.

Marcellus Ceruinus bibliothecarius, duos correctores & reuiſores Latinos addidit, annuaque ipſis emolumenta inſtituta ſunt.

Bibliothecæ nomen tam libris ipſis, quàm loco vbi aſſeruabantur libri, applicabant.

Liber verò eſt, lumen cordis, ſpeculum corporis, virtutum repertorium, vitiorum confuſorium, corona prudentum, diadema ſapientum, honorificentia Doctorum, clarificentia Rectorum, comes itineris, domeſticus fidelis, ſocius colloquentis, collega præſidentis, vas plenum ſapientiæ, via recta eloquentiæ, hortus plenus fructibus, fundamenmentum memoriæ, hoſtis obliuionis, puteus aquæ viuæ, hortus concluſus, fons ſignatus, arcana reuelans, obſcura clarificans, rogatus reſpondet, vocatus properat, iuſſus feſtinat. Lucas de Penna rub. c. de Nauic. ſeu Naucler. publ. lib. 11.

Volumen à voluendo deriuant, Io. Pierius lib. 34. titulo de vmbilico.

Chartam in Aegypto tempore Caroli Magni inuentam aiunt, & à loco charta denominatam. Guido Pamirollo, verbo papyrus.

Bibliothecas autem ad Orientem ſpectare debere, admonet Vitruuius Architect. lib. 6. cap. 7. Vſus enim matutinum lumen poſtulat, & libri non putreſcunt eo vento: quando à Meridie & Occidente ſpirantes vēti humidi, humores

Digitized by Google

humores infundunt, & tineas producunt.

De bibliotheca & typographia Xisti V. & alijs ad hanc rem pertinentibus de rebus supra libro primo pertractaui.

Praclara etiam passim Romæ monumenta extant.

Fortiter agere & pati, Romanum est.

In obelisco area S. Petri.

Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat, Christus ab omni malo plebem suam defendit.

In templo Germanorum S. Mariæ de anima.

Gwalt/Gelt vnd Gunst/
Bricht recht/ trew vnd kunst.

Alibi:

Nulli præclusa est virtus, omnibus patet, non quęrit donum, non censum, sed nudo homine contenta est.

Felix nimium prior ætas.

Omnis ætas de suo tempore conquæsta est.

Bonis vita & mors dulcis est.

Viuit post funera virtus.

Post tenebras lucem.

Decipimur votis,
Tempore fallimur,
Mors deridet curas,
Anxia vita nihil.

Malo mori, quàm maculari.

Nunquam malè moritur, qui bene vixit.

Tendimus huc omnes.

Mors certa, incertum mortis genus.

Digitized by Google

Time Deum,& viues.

Viuere vis semper,cęlumq; ascendere lector:
Hîc bona,dum fueris,vita sit atque fides.
Certa dies nulli est,mors certa,incerta sequétum
Cura,licet tumulum, qui sapit ante sibi.

Fui, non sum, estis,non eritis,nemo immortalis moriens vt viueret.

Vixit vt moriturus:

Mors mihi vita fuit.

Roma caput orbis plurima admiranda & cósideratione dignissima monumenta spectatoribus prębet: Vt sunt Hospitalia,quibus infirmi recipiuntur,& magna diligentia curantur, partim publica omnium Nationum, partim priuata. Germanorum,Gallorum, Hispanorum, Anglorum, Vngarorum,Suecorum, Flandrorum,Florentinorum, Genuensium. Pupillorum ædes multæ. Viæ,Palatia, Porticus,Thermæ,aquæ ductus, fora,putei,fontes, Amphitheatra,Arcus triũphales,theatra,Circi,Columnæ,Colossi,obelisci,Statuæ, Horti, Atria,Basilicæ,rostra,Curiæ,tabernæ,Campi, Sepulchra,Templa,ædes sacræ,Fana,macella, Turres in murorum ambitu circiter 360. Portæ 21.&c.similia infinita propemodum,quæ admirari citius,quàm verbis dignè explicare poteris.

Acade-

Digitized by Google